MUSEI CAPITOLINI ANTIQUAE INSCRIPTIONES

A FRANCISCO EUGENIO GUASCO
Ejusdem Musei Curatore P.

NUNC PRIMUM CONJUNCTIM EDITAE
NOTISQUE ILLUSTRATAE

TOMUS TERTIUS



ROMAE ANN. JUB. MDCCLXXV
EXCUDEBAT JOHANNES GENEROSUS SALOMONIUS
Praesidum Facultate

APPROBATIONES

CLariſſimi viri Marchionis Franciſci Eugenii Guaſco Patritii Alexandrini Volumen tertium, cui titulus: *Muſei Capitolini Antiquæ Inſcriptiones*, jubente Reverendiſſimo P. F. Thoma Auguſtino Ricchinio Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici, ſumma animi voluptate perlegi tum ob præclaram veterum monumentorum congeriem, tum ob auctoris indefeſſum ſtudium, atque eruditionem. Cum vero nihil prorſus quod ſanctæ Fidei Catholicæ dogmatibus, aut bonis moribus adverſetur in eo offenderim, dignum propterea illud exiſtimo quod publica luce donetur. Ex ædibus S. Calliſti die VII. Octobris anno MDCCLXXVIII.

Petrus Aloyſius Galletti Epiſcopus Cirenenſis.

MUſei *Capitolini antiquas inſcriptiones* perlegi diligenter; magnamque gratiam clariſſimo Auctori habendam puto, quod rem literariam locupletaverit præclaris tot monumentis profanæ ac ſacræ antiquitatis in lucem prolatis, ac tanta obſervationum copia doctiſſime ac laborioſiſſime illuſtratis. Nec vero quidquam reperi, quod impedimento ſit quominus opus præclarum typis vulgari poſſit.

Romæ id. Octob. anni MDCCLXXVIII.

Raimundus Cunich Eloquentiæ ac Linguæ Grecæ profeſſor in Collegio Romano.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Marcucci ab Immaculata Conceptione Epiſc. Montiſalti, ac Viceſgerens.

IMPRIMATUR,

Frater Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Mag.



CAPUT VII.

Parentes, Liberi, Fratres, & Sorores.

518.

MEMORIΛE
TVRRΛNNIΛE PREPVSΛE
VIX. ANN. VII. MENS III
TVRRANNIA POLYBIA
DELICATAE ANIMAE
DVLCISSIMAE INIQVITATE
FATORVM SVBITO
RAPTAE VT NON POTVERT
CONSVMMARE IN SE
DESTINATA BENEFICIA
MAMMAE SVAE

LAMBDA pro A in primis tantum lineis, nexus TE pro TE in ſexta, & T pro IT in *potuerit*, interpunctiones demum in tertia appoſitæ, in reliquis vero omiſſæ, ſcalptoris ignaviam teſtantur.

DELICATAE ANIMAE. Non ſane eo ſenſu, quo utitur Cicero in epiſt. ad Atticum ſcribens: *odia illa libidinoſæ, & delicatæ juventutis*; & de N. D. lib. I. *molles, & delicatæ voluptates*. Heic enim *delicatæ animæ*, ad delicias referri debere perinde crediderim, ac ſi Mater dixiſſet *Animæ*, qua ſummopere delectabar, ſeu *in qua vitæ meæ delicias reponebam*. Martialis lib. 1.

Et delicati dulce Betrodi nemus,

ubi Joſ. Juvencyus in notis, *Delicati*, inquit, *nempe deliciis pleni*. Hic eſt, uti reor, ſenſus verborum Jeremiæ cap. 31. dicentis: *ſi filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus*: confer Hieron. Raban. Tirin. aliosque; nam etiamſi vox χλίδανον *luxurioſum* ſignificet, heic tamen Propheta de Ephraim alloquitur, qui Deo in deliciis foret. Andreas Dacerius, cui aſſentiri videtur Dauſquius in orthogr. tom. 1., de-

delicatos homines esse scribit (in not.ad Pomp. Fest.) qui muliebria patiuntur : verum quam falsò , præter authoritates hujusmodi sententiam improbantes , quas adducit Marcellus Donatus *in Dilucid.* p. 539 , testantur etiam lapides , in quibus , si vox ista obscænos constanter mores indicasset , nec TEIA EVPHROSINA VIRGO VESTALIS ap. Turnebum *Adversar.* lib. 22. nec triennis quidam puer CRISOLOGVS ap. Fabrettum cap. v. , nec septennis hæc nostra PRAEPVSA , *delicati* dicerentur . Advertendum insuper , Menandrum , honoratas ancillas , *delicatas* appellasse in INFIDO

——— Ὤιμην , εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
Ὁ γέρων , θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
Ἅβραν ἔσεσθαι .

——— *Putabam , si aurum acciperet*
Senex , ancillam continuo emptam
Delicatam futuram

idest ex numero Ancillarum , quæ magis honorabantur , Vide Hug.Grotii , & Jo. Clerici, in hoc Menandri fragmentum adnotationes .

INIQVITATE FATORVM . Dirarum precationum formulæ sæpe in antiquis marmoribus occurrunt hujusmodi . FATIS *extinctus* INIQVIS . *Eripuit* FATVS MALVS . *Male judicantibus* FATIS . *Ereptus* FATIS INIQVISSIMIS . *Si eum* FATA NON INVIDISSENT . In ludrica demum cujusdam bibacissimi viri inscriptione a Fabretto cap.III. edita

CVM MIHI MORS ANIMAM
RAPIET . ET . IAM . NON . POTE
RO . BIBERE . FATAQVE VI
NVM INIQVA APSTVLERINT
SIC SEPELITE ROGO SENECA

Hinc argute ejusdem nominis Philosophus in Ep. ad Lucil. XCIII. *Multos* , inquit , *inveni æquos adversus homines* ; *adversus Deos* , *neminem* . *Objurgamus quotidie Fatum* . *Quare ille in medio cursu raptus est ? quare ille non rapitur ? quare senectutem , & sibi , & aliis gravem , extendit ?* At , huic valde consentanea argumento , verba Servii *ad Æn.* lib.IV. accipe . *Tribus modis humana omnis vita continetur* . Natura , *cui ultra centum , & viginti solstitiales annos concessum non est luce frui* . Fato , *cui nonaginti anni , hoc est tres Saturni cursus exitium creant , nisi forte aliarum stellarum benignitate tertium ejus superet cursum* . Fortuna , *idest casu qui ad omnia pertinet , quæ extrinsecus accidunt , ut ad ruinam , incendia , naufragia , venena , vim , fatique diem occupatum* . Hinc Didonis mortem (quæ nec fato , nec merita peribat morte) ad Fortunam retulisse videtur Virgilius , sic Didonem ejulantem inducens

Vixi, & quem dederat cursum Fortuna peregi.

Est enim luctuosissimum genus mortis , ut Calestrio scribit Plinius lib. I. ep. XII. *quæ non ex natura , nec fatalis videtur* . Mortem igitur filiæ suæ (ante diem vita functæ) Mater infelicissima *Fatorum iniquitati* tribuit , quod nimirum ejusdem vitæ cursum , Fortunæ concesserint.Notandum tamen obiter iniquitatem non semper *nequitiam* significare ; interdum enim *difficultatem* denotat , sensu scilicet Liviano : *servierunt temporum iniquitate pressi* , atque Pliniano , *communi temporum iniquitate , & colonorum penuria* : aliquando angustiam : unde Virgilius Georg. lib. IV.

——— *ipse equidem spatiis exclusus iniquis*

non semel *immensitatem* , ut apud eumdem Vatem ibid.

——— *& iniquo pondere rastri* .

molestum denique , ut in Plinianis epistolis lib. I. ubi de Corellio Rufo : *Sed tam longa , tam iniqua valetudine conflictabatur* . Ast ut in viam redeam , quamvis Ethnicis (ut eruditissimus docet P.Paciaudus in Græci anaglyphi elucidatione Romæ edita an. 1751.) numina diris precationibus insequi liceret , si mors acerba , & præmatura parentes , & propinquos communi luce privaret , tamen mitius interpretanda est Turranniæ Polybiæ exclamatio , atque existimandum intellexisse *sic volente fato , sic judicantibus fatis* , ut in allatis Gruteri lapidibus .

SVBITO . Non quod repentinam , sed quod præmaturam mortem occubuisset . Sic Muratorius p.1341. ex Ligorio . PIO NATO QVI CITO RAPTVS ABIT .

VT

VT NON POTVERIT CONSVMMARE. In marmore Ancirano CONSVMATAM, ſimplici M, ut in Aldina utraque, Juntæ, & Schurerii epiſtolarum Plinianarum editionibus. In Janſſoniana vero quam emendatiſſima, nec non in lapidibus Manutii, (quibus noſter addendus) duplici.

CONSVMMARE. *Perficere. Qui cœpit ædificare*, inquit Luc. XIV. 30. *& non potuit conſummare*. Turraniæ tamen noſtræ verba, aliuſmodi accipienda ſunt; nimirum: *ut non omnibus beneficiis Mammæ ſuæ frui potuerit*. Hæc adeo ſunt amore, atque dolore plena, ut facile mihi perſuadeam pro *Mamma* (quæ interdum *Nutricem* ſignificat) Matrem heic intelligi debere. Confirmatur opinio nominum ſimilitudine. Matrem inſuper, pueros *mammam* vocare, docet Cato: *pueri* inquit *Matrem*, mammam, *& Patrem* tatam *vocant*. Ita *mammula*, & *tatula* in quibuſdam ſaxis Gruterianis, aliiſque. Vide de his, ſi vacat, quæ diſerte ſcripſit Raderus in comm. ad illud Martialis Epigr. lib. I.

Mammas atque Tatas habet Afra: ſed ipſa Tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma poteſt.

Nunc quidem italico ſermone pro *mamma*, conſtanter Mater, & pro *tata*, pater intelligitur. Ceterum Mater iſta, Ciceroni dicenti *Tuſc.* lib.I. *Si puer parvus occidit, æquo animo ferendum*, minime aſſentiebatur.

519.

D . M
SVETORIO PATROCLIANO
FILIO DVLCISSIMO QVI
VIXIT ANNIS VIII MEN
SIBVS VII DIEBVS XXV
HORIS VIII PARENTE:::
B - MF

HORIS VIII. Scrupulos nedum dies, & horas in ſepulcralibus monumentis ſignare moris fuit præſertim Chriſtianorum, ut videre eſt apud Boſium, Aringhium, Boldettum alioſque. Inſcriptio Piſis reperta, hanc confirmat ſententiam

BENEMERENTI . IN . PACE
SILVANAE . QVAE . HIC . DORMIT
VIXIT . ANN . XXI . MENS . III.
HOR . IV . SCRVPOLOS . VI
DEPOS . IX . KAL . IVLIAS
QVI IN.·.·.·.·.·

adi Reineſium, & Fabrettum. Apud Manutium vero ethnicus extat titulus, in quo hora mortis, eaque nocturna diligentiſſime notatur

D . M
MERENTI . QVAE . VI
XIT . ANNUM . ET . DIES
LIII . HORAS . NOCTIS . II
FELICISSIMVS . ET . FELI
CISSIMA . PARENTES

Ita in Gudiana quadam, *Blaſtio vixit an.* VI. *menſibus* VIIII. *hora* I. *natus* V. *k. Septembr. hora prim. diei Dei Saturn.* Et ap. Bellorium in deſcript. Sep. Naſon. tab.35. L. *Cæcilius Surus natus eſt menſe Majo hora noctis* VI. *die Mercurii, vixit ann.* VI. *dies* XXXIII. *mortuus eſt* IIII. *kal. Julias hora* X, *elatus eſt hora* IIII. *frequentia maxima*. Porro ſi Antiqui ea diligentia, & ſtudio, quo annos, menſes, & dies, aliquandoque horas ſignabant, ſeculum, ac ſeculi annum indicaſſent, litterata hæc monumenta utiliora nunc fore nemo non affirmabit.

520.

520.

D . M
CAVCASVS
ET IVSTA
PARENTES
PHILONI-FILIO
B . M . FECERVNT
VIXIT . ANN . I
MENSES . V.

STHE.FANO. Transpositio adspirationis H, & substitutio latini F in locum Φ græcorum, inscitiæ tribuenda sunt Quadratarii. Sic etiam in saxo Goriano

M . AVRELIO . AVG . L.
STEFANO
AB AEGRIS
CVBICVLARIOR

521.

D . M
STHE.FANO FILIO
Q. VIXIT . AN. XVIII
LVCIAS MATER
FECIT

☧

LVCIAS. *Lucias Luciadis*, non sane *Luciæ* a *Lucia*. Propria sic in AS, atque casu recto desinentia fæminarum nomina nonnulla exhibent antiqui lapides. In nostris, præter istud Luciadis, habetur DORCAS, DIONYSIAS, AMIAS, OLYMPIAS. Cum his tamen socianda haud sunt cognomina *Voluptas*, *Felicitas*, *Dignitas*, *Civitas*, *Hilaritas*, & similia, quæ interdum in saxis occurrunt.

522.

.·.·.E. FILIAE VIRGINI . DVLCISSIMEQ.·.·.
.·.·.VII . DXIII . PARENTES . INFELICISIM . FECE.·.·.

.·.E. *Juliæ*, puta, *virgini dulcissimæ*. Laudatur heic virginitas, quæ non solum a Christianis, sed ab Ethnicis quoque summopere commendabatur, quod patet ex tot honoribus, & privilegiis quæ Vestalibus Romani decernebant. Triumvirali insuper supplicio Virgines affici cum inauditum haberetur; *Sejani filia*, teste Tacito, *a carnifice laqueum juxta compressa est*. Hinc in lapidibus laudes Antoniæ Magnæ *virginis sanctæ*, & Muniæ Modestinæ *virginis innocentissimæ*. Encomium hinc denique *Elpidis*, cujus virginalem zonam, neminem solvisse mortalium asserit græcus quidam lapis a Fabretto editus p. 144. Neque Virgines tantummodo in honorem habebantur, sed & viduæ, quæ uno contentæ matrimonio a secundis nuptiis temperavissent; *post mortem*, inquit Valerius Max. *corona pudicitiæ coronabantur*. Quare Dido secundas nuptias *culpam* vocat apud Virgilium, qui moribus Romanorum imbutus, miseram illam Sichæi viduam sic alloquentem repræsentat

Si mihi non animo fixum, immotumque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare jugali
Postquam primus amor deceptam morte fefellit,
Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpæ.

De laudibus virginitatis perpulchrum habes Ausonii epigramma in Parental. 165.

523.

T . FLAVIVS . AVG . LIB
SEVERVS . ET
CERV:::::HEDYLE . MAT
SARCOPHAG . SIBI
MACERIAS . LIB
LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM

CERV::: *Cervaria* Fortuna, *Cervonia* Galena, *Cerula* Ingenua, mulierum nomina apud Gruterum. MAT. *Mater*, Severi scilicet, ac T. Flavii.

SARCOPHAG. Priusquam de sarcophago loquar, vocabulariolum, ut ita dicam, sepulchrale, collectionem nempe diversarum appellationum, quibus ad indicandum sepulchrum, cæteraque cinerum receptacula usi sunt antiqui heic accipe.

Ædicula. Inter Donianas C. Trebicius AEDICVL. ET HYPOG CVM . OLLAR. LXXVII. *sua pecunia* fecit. Cl. II. num. 185.

Arca. Voce hac, sepulchrum significandi caussa, utuntur Plutarchus *in Num.* Dioscorides lib. 5., atque Jurisconsulti Marcianus, & Cajus; item Petronius (Satyr. cap. 72.) apud quem Matrona illa Ephesia jubet *corpus mariti tolli ex arca, atque illi, quæ vacabat, cruci adfigi*. Cedrenus pariter, sepulchrum in quo Juliani ossa sunt reposita, *Arcam* appellat, & apud Muratorium HAEC ARCA HEREDEM NON SEQVITVR. p. 1289.

Area. Pro cœmeterio, ut ex Baronio in not. ad Martyrol. Rom. *Erant*, inquit, *cœmeteria omnia, vel areæ extra civitatem positæ*. Afris quoque *aream* fuisse quod nobis sepulchrum, patet ex Tertulliano (ad Scapulam) persecutorum verba referente: *Non sint areæ*; hoc est, *loca sepulturarum Christianorum destruantur*. Ita corpus S. Cypriani *in* areis *Candidi procuratoris* humatum apud Ruinartium in act. ejusd. In nostris cap. VIII.

AREA
L. MVNATI . PLANCI . L
SOSTRATI

Arenaria. Anastasius Bibl. *in Theod.* & Altaserra *observ.* in eumd. p. 27.

Atrium. Pro cœmeterio, habes apud Ebardum a Ducangio, & Boldetto laudatum.

Bisomum. Seu *Bisomus*: locus in quo duo conduntur cadavera. Hybrida vox, idest ex latino BIS., atque ex græco ΣΩΜΑ, ut advertunt eruditissimi Ant. Lupus, & Bened. Passionæjus. Conf. Fabrettum, Aringhium, Boldettum: in Reinesianis TRISOMVM, QVATRISOMVM.

Carnarium. Reperitur apud Boldettum lib. II. cap. 19. *Carnarium*, inquit Ducangius, *locus ubi ossa mortuorum ponuntur*; gallicè *Charnier*.

Casa. Semel tantum, ac apud Ant. Lupum p. 119. hanc vocem reperio;

CLAVDIA AVG::::
OPSEQVENS
HANC CASAM::::
CVM AGRO::::::
ET POMARIS:::
OPTIMAM MA XIMAMQVE:::
EMI . ME . VIVA CONSACRA:::
CVSTODIAM SEPVLCHR::::
MEORVM . QVI IN.HAC.AR:::
INSCRIPTI ERVNT
POSTERISQVE EORVM

Eamdem inſcriptionem retulit Muratorius Cl. xiv. num. 7. at arbitrarie in prima linea addito LIB, & in decima *ſunt*, pro *erunt*.

Catacumbæ, & *Cumba*. Vide Anaſt. in *Cornelio*, Altaſſerram p. 12. 13. Surium 20. Jan. Boldettum, Ducangium &c.

Cenotaphium, & *Cepotaphium*, immo apud Philoſtratum in vita Apollonii lib. 18. cap. 13. *Pſeudotaphium*; tumulus ſcilicet ſine corpore, *tumulus honorarius*. Excitabatur inſepultis, in prælio, aut in mari defunctis, quorum reliquiæ haud poterant reperiri. Fiebat ſane religionis cauſſa, quod veteres exiſtimarent animas non poſſe prius quieſcere, quam ſepulchro eſſent condita corpora, ac ne ideo centum annos circum Cocyti littora errare cogerentur. Ob hanc cauſam ψυχαγωγία, & κενοταφια inſtituta fuere, ad quæ defunctorum animas vocarent. Virgilius Æn. lib. III.

> .... *in luco falſi Simoentis ad undam*
> *Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat*
> *Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem*
> *Et geminas, cauſam lacrymis, ſacraverat aras.*

Hinc legionibus ab Arminio cæſis, Cenotaphium extruxiſſe Germanicum, author eſt Tacitus Annal. lib. 1. Græco hoc vocabulo, latina civitate donato uſus eſt Lampridius *in Alex*, ubi, *cenotaphium*, inquit, *in Gallia*, *Romæ ampliſſimum ſepulchrum meruit*. Scriptorum verbis addo lapidum teſtimonia: apud Donium igitur Cl. II- 178. habes.

HOC . MUNIMENTUM . SIVE . CEPOTAFIUM sic
DE . NOMINE . MEO . ALIENARI . VETO

& apud Phil. Bonarotam (vetr. ant. p. 190.) M. *Aurelius Alexander*

HOC . CEPOTAPHIVM
SEPARAVIT DE DOMO
ET FECIT OMNIBVS . SVIS

De hoc inani ſepulchro fusè Virgilius, Callimachus in *Anthol.* III. 22. Auſonius *in Parental.* Licetus *in gemm. ant.* Fabrettus cap. III. Gloſſarii, Noriſius, & ego in opuſc. *i Riti fun. di Rom. ant.*

Cinerarium. In ſaxis Gorianis CINERAR M. *Hirrio Pyladio*, & CINERAR *Æmiliæ Fortunatæ*: in Fabrettianis cap. 1. p. 19. CINERARIVM MEDIANVM.

Cippus. Lapis in agro poſitus, quemadmodum ſunt ut plurimum baſes illæ marmoreæ ſepulchrales, quæ tum a Judæis in collis Aventini hortis, tum ab Anglicanis in agro pone pyramidem Ceſtianam excitantur. Horatius Sat. lib. 1.

> *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum*

& Perſius Sat. 1.

> —*non levior Cippus nunc imprimit oſſa?*

De cippis fuſe diſerteque (in inſcript.) Gorius, Fabrettus, aliique.

Concha. Urceus forte unguentarius, vel vas cinerarium, aut potius pars quædam monumenti ubi manibus ſacra fierent. Inf. C. VIII. *Marius Socrates* dat *Mario Blaſio* CONCHAM, & TECTVM, & OLLAM.

Concilia. Baronius in not. ad Martyrol. 23. Jun.

Conditorium. Conditi pro *ſepultis* ap. Arnobium lib. 1. *Condere* namque verbum eſt mortuale, ut ait Rithershuſius ad Phædr. vel ſepulchrale. Ter hanc vocem adhibuit Petronius cap. 71. *In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum*; & paulo poſt: *deſcendit igitur in conditorium*; ex quo colligitur ſubterraneum fuiſſe; ſic ex ſequentibus ibid. *præcluſis conditorii foribus*, januas habuiſſe patet. Attamen Svetonio in Aug. & in Calig. ubi de Alexandri M. conditorio, non monumentum eſt, ſed loculus. De conditoriis tandem mentionem facit Gorianus lapis T. III. ſed de ollis intelligendum ex ipſo titulo conjicitur.

DIS.

DIS . MAN
Q. SAENI . Q. FIL . FAB
POMPEIANI
CONDI . III PAER
FVFICIA CLVMENA
VXOR
PROSPECTVS . ET
TRYPHERVS

Consulendi sunt Plinii junioris illustratores lib. VII. ep. 27. Seneca *conditivum* appellat in epist. LX. ubi hæc: *qui latitant & torpent, sic in domo sunt, quasi in conditivo.*

Cryptæ. Anastasius in *Adriano*, Altaserra p. 124. S. Hieronymus, Gregorius Turonen. Hist. Franc. lib. X. cap. 31.

Culinæ. Seu *Culignæ* juxta Scaligeri lectionem. De his mentio in lapidibus, ex quibus liquet *Culinam* locum fuisse Diis dicatum, in quo, ut censeo, sacerdotes, perfecto sacrificio victimarum reliquias comburebant. Sic apud Gruterum p. 24. M. *Magius Amaranthus* SIGNA . PORTICVM . CVLINAM IVNONI *dicavit*, & p. 49. *Ser. Sulpicius Trophimus* dedicavit ZOTHECAM, *et* CVLINAM HERCVLI SAXANO. Verumtamen ad rem funeream pertinuisse, præter Festum scribentem: *Culina est locus, in quo epulæ in funere comburuntur*, testatur *Aggenus* Urbicus, qui *de limit agror. lib. 1.* scribit: *sunt in suburbanis loca publica inopum destinata funeribus, quæ loca* Culinas *appellant.*

Cupa. Inter vasa vinaria recte numeratur; nihilominus ex lapidibus Gruteri, & Donii constat vocabulum hoc interdum a veteribus accipi pro urna cineraria. Sic in epitaphio Eutychiæ, & Eutichetis (Gruter. p. 845.) IN HAC CVPA MATER ET FILIVS POSITI SVNT; & in Donianis cl. XI. *Olus Publicius Polytimus Matri defunctæ* LOCVM EMIT, MASSAM CALCAVIT, CVPAM (apud Fabrettum *copam*) AEDIFICAVIT.

Domus æterna. Eccli. XII. 5. *Ibit homo in domo æternitatis suæ*; at perspicuius pro sepulchro Psalm. XLVIII. 12. *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum*, sive ut Vatablus vertit, *Domus illorum in perpetuum.* Hinc formulæ in antiquis etiam Gentilium epitaphiis DOMVM AETERNAM *sibi viva posuit.* DOMVM AETERNAM *sibi vivus curavit.* De *patrimonio suo* DOMVM AETERNAM *posuit.* Adi Fabrett. *cap.* I. & VIII. Bold. *lib.* I. *cap.* 34. Mabill. in *Itin. Ital.* Gor. *Tom.* 1. p. 56. De Vita *Ant. Benev.* Diss. XI. Bosium lib. IV. cap. 47.

Fossa. Opportunè Sophocles *in Antiq.* Ζῶς εἰς θανοντων ερχομαι κατασηαφας: i. e. *in mortuorum fossas viva deferor*: in saxo Goriano T. I. p. 251. BONVS . AMORATVS . FILETIVS. VSQVE AT FOTSA; usque *ad Fossam*, idest usque *ad Sepulchrum.*

Funus. Hoc usus est vocabulo (ad quod hæsit Fabrettus cap. X. ubi *Funus* male pro *exequiis* interpretatur) L. Canulejus in sequenti titulo

ET L. CANVLEIVS TIBI
FVNVS FECIT
SIBI
SE VIVO
ET TV

Adi Andream Adamum *St. di Volseno* lib. IV. & Bonadam Differt. III. p. 227.

Heroum. Monumentum quod erigi solebat viris virtute insignibus. Malvasia Marmor. Felsin. p. 522.

D . M
AVRELIVS . HERMAS . AVG . LIB.
PROC. K . HEROVM
CINCTVM . CVM . CVPERFICIO
INSVLA . COMPARAVIT

Locus insuper Ciceronis extat, ex quo *Heroum* ad sepulchrum pertinere colligitur. *Heroum*, inquit de leg. lib. 2., *idest vestibulum sepulchri, bustumque usucapi vetat, tuetur jus sepulchrorum.*

Hospitium. Habetur in saxo a cl. Zaccaria in Exc. litter. p. 193. publici juris facto

AMISSA . INCERTA . VITA
OSPITIO . SIBI . COMPARAVIT
&c.

& in

& in Narbonensi apud cl. Maffejum Antiq. Gall. Ep.IV.

HOSPITIVM TIBI
TIBI . HOC
INVITVS VENIO
VENIVNDVM
EST TAMEN

Ita S. Gregorius, a Carolo Macro Dom. F. in Hierolex. laudato, *qui certe*, ait, *rationis causa novum suo corpori quærit hospitium*.

Hydria. Pro Cippo in nostris inf. M. *Lollia Æschine* &c. HAEC HYDRIA POSITA EST. ITVM. AMBITVM *permissu Flaviæ Theageniæ*.

Hypogeum. Sepulcrum concameratum, arcuato opere instructum, ac parietibus circumseptum, in quod tamquam in cellas per gradus aliquot descendebatur, Vid. Petron. cap. 71. & Egesippum quem citat Philander Vitruvii interpres lib.1. cap.9. Salmasius in Exercitat. Plinianis IESV CHRISTI sepulchrum Hypogeum fuisse opinatur. Adi Kirchmannum *de fun. Rom.* lib.III. cap. 15. Bonadam Tom. 1. aliosque. Interea notabimus ex Fabretto cap. III. Fulvium quemdam Charisium instruxisse IN HYPOGEO N̄ XIII SIBI ET SVIS &c.

Latebræ. Adi Boldet. op.cit. lib.II. cap.19.

Loculus. Sedes cadaveris: italice *Nicchia*, ubi scilicet cadavera in capsis inclusa collocabantur. Valfr. Strabo in vita S. Galli: *Invenit autem corpus viri sancti jam involutum, & in loculo repositum; aperiensque sarcofagum, & exanime amici cadaver inspiciens* &c. Sunt tamen qui pro *Loculo*, feretrum intelligunt, nam Varnefridus *de gest. Longob.* lib.2. *cujus corpus*, inquit, *positum in locello plumbeo Constantinopolim est perlatum*. Consulendus Ant. Lupus in *Epist. S.Sev.* p.2.not.3. & vide Ant. Altaserram *Observ. in Anastas.* p. 53.

Martyrion, nimirum SS. Martyrum sepulchrum ut in inscriptione quondam in pronao S. Mariæ trans Tiberim a Boldetto ejusdem Basilicæ Canonico collocata, in qua *Aurelius Imerius deposuit Stratonicen neophytam* IC TO ΑΓΕΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΝ (seu ut apud Lupud p. 34. εἰς τὸ ἅγιον παρτύριον) *in sancto Martyrio*. Vid. etiam Dom. Macrium in *Hierolex.* voc. Martyrium. Sic in Ceremonial. Episc. lib. 1, cap. 12. *sub Altari majori locus ubi Sanctorum corpora requiescunt, qui Martyrium sive Confessio appellatur*. Vide Altaserram loc. cit. p.15. & ex recentioribus Cast.Innoc. Ansaldum V. C. in egregio opusc. adv. Davidem Clarksonum pag. 265.

Mausoleum, & *Mosoleum* a Mausolo Cariæ rege dicto; unde deinceps sepulchra Regum *Mausolea* sunt vocata. Florus de Cleopatra: *in mausoleum se recepit*; & de Augusti cadavere Svetonius *reliquias legerunt, & in mausoleo condiderunt*; in illo scilicet, *in quo*, inquit Pitiscus, *Imperatores ad Adrianum usque fere omnes conditi fuere*: immo vero ne unus quidem. Nam de Tiberii cadaveris monumento id haud innuunt historici Dio, Svetonius, & Tacitus. Caligula sepelitur in hortis Lamianis. Claudius, in Deorum numerum relatus, sepulchrum non habuit, sed templum in monte Cœlio. Nero, in colle Hortulorum humatus est. Galba, viâ Aureliâ. Otho, apud Brexellum. Vitellius non ad Tiberis ripam (ubi Augusti mausoleum) sed in ipso Tiberi, in quem meritissime tractus est unco. Vespasiani, ejusque filii Titi monumenta ignorantur. Domitianus, in suburbano viâ Latinâ. Trajani denique cineres, in urna Columnæ imposita, milites condidere.

Mensa. Pro lapide sepulchrali. Hanc adhibent vocem Minicia Domitia, quæ apud Gruterum p. 850. *Miniciæ Rufinæ* POSVIT MENSAM CONTRA VOTVM, & Fabia Secunda, quæ apud eumdem p. 1049. Attio Proculo *contra votum* MENSAM POSVIT. Hinc Ducangius: *mensa est tumba, seu lapis qui sepulchro insternitur*.

Obrendarium. Urna, seu Olla cineraria. Posthabita Gutherii lectione, qui OFFERENDARIUM pronunciat, Rigaltianam a Fabretto laudatam sequor, atque legendum reor

Obruen-

Obruendarium: unde *obrutus*, pro *sepulturæ traditus*. Inter Donii lapides cl. XIV. L. *Pomponius Cladus*, aliique fecerunt

OLLARVM N̄ XII . AB IMO
IN SVMMO . CVM . OBRENDARIO

Vide Fabretti inscriptiones Cap. I. pag. 15.

Orensium. Sic denominatum invenio sepulchrum in lapide, quem retulit Dominicus Bertoli in ant. Aquil. p. 422. ubi

SODALICII MEI ORENSIVM
CONTRA VOTVM FECERVNT

nec profecto cum eruditissimo Collectore legendum MEIORENSIVM, neque de *Mejorensium sodalitate* intelligendum, sed *Sodalitii mei Orensium*, hoc est sepulchrum, *contra votum fecerunt*: vox ab ὅρος, *terminus*, *meta*.

Polyandrion. In epitaphio quorundam militum ap. Fabricium Monum. antiquit. p. 139.

FORTISS . MIL . V . ET . XIX . LEG.
QVORVM OPERA FORTITER
VETERA CASTRA DEFENSA SVNT
POLYANDRION

Fides sit penes Fabricium.

Puticulæ. De quibus Varro lib. 4. seu *Puticuli*, ut apud Festum, qui *sic dicti*, inquit, *quia ibi cadavera putrescerent*, quæ tamen verba, si de Romanis agatur, ad ætatem, quæ Sullanam dominationem antecessit, sunt referenda; compertum enim est Romanos post Sullam, cadavera in cinerem redigere consuevisse. Quidam scribunt *Puteolæ*.

Requietorium. Cippus ad hunc usque diem adservatur in ædibus Maximorum vulgo *delle Colonne*, in quo P. Scantius Philetus fecit .... REQVIETORIUM. *Sedes requietionis*, & *locus requietionis* in Ducangii glossario, & ap. Boldettum lib. II. cap. 19.

CHMA. *Sepulchrum* inquit Gorius in Inscript. T. I. pag. 454. sed *proprie explicandum esset* signum, *lapidem scilicet*, *aut columellam*, *qua ubi mortuus fuerit positus*, *indicatur*. *Plato in Cratylo arguta quadam etymologia* σῶμα *corpus ait esse a* σῆμα *sepulchrum*, *quasi anima ibi sit tumulata*. Hactenus Gorius. Revera in veteribus Glossis στήλη *cippus* redditur. Hinc merito ab Henrico Valesio *Annot.* in Eusebii H.E. lib. II. reprehenduntur Joannes Langius, atque Sigismundus Gelenius, hic Philonis, ille Nicephori interpretes, quod στῆλαι *statuas* verterint, cum potius *columnas inscriptas* vertere debuissent.

Solium. Arca, sive loculus, in quo defunctorum ossa includebantur; sic πύελον, in quo Cyri corpus jacebat Q. Curtius *solium* est interpretatus. *Quin & defunctos*, ait Plinius lib. 35. *se multi fictilibus soliis condi maluere*. Svetonius tandem de Neronis cadavere: *in eo monumento solium porphyretici marmoris superstans Lunensi aræ circumseptum est lapide Thasio*. V. Chimentellum *de Hon. Bisell.* cap. XVIII. in fin.

Spelæum. Spelunca. Virgilius Ecl. 10.

——— *inter spelæa ferarum*
Malle pati.

In provinciis spelæum Mithræ adsignatum testatur Justinus in Dial. cum Tryphone p. 296. Sepulchrum etiam fuit peculiare Judæorum, authore Lud. de Deo, qui in Comm. in Jo. XI. hæc habet. *Judæorum sepulchra speluncæ erant ante se fossam habentes*, *in quam primum descendebatur*, *deinde per ostium*, *in antrum speluncæ intrabatur*. Σπήλαιον pro *sepulchro*, ubi de Lazaro, idest cap. XI. Joannem dixisse ostendunt N. T. interpretes.

Suggrundaria. Sic dicebantur sepulchra infantium, qui nec dum quadraginta dies adimplessent. *Quæ*, inquit Fulgentius expos. serm. ant. §. 7. *nec busta dici poterant*; *ossa enim quæ comburerentur non erant*, *nec tanta cadaveris immanitas*, *qua locus tumesceret*; unde Rutilius Geminus in Astyanacte

Melius suggrundarium quæreres quam sepulchrum.

Adi, ſi tantum eſt otii, Papiam in Lexic. Suggrundarii vero formam vide apud Joan. Bapt. Suarez in antiq, Gadit. lib. IV., & ap. Th. Bartholinium de Puerp. vet. p. 166. ed. Amſtelod. 1676.

Tribunal. Poſita mortuis Tribunalia antiqua ſaxa teſtantur; Gruterianum ſcilicet pagina 751. ſed diverſo linearum ordine

P. AELIVS VENERIANVS
HOC VAS DISOMVM SIBI
ET. FELICITATI SVAE
POSVIT ET TRIBVNAL
EX PERMISSV PONTIFICIS
FECIT

& pag. 170. in hoc fragmento

SERGIO PAVLO. II. COS
:::RIB. V. SEDEM. EXTRVCTO. TRIBVNALI
:::RIO. MILITES. INFRA. SCRIPTI
FECERVNT

Sequuntur militum nomina.

Τάφον. *Taphon*. In epitaphio apud Placentinium *de ſigl. Græc.* p. 94.
Ο᾽ δὲ σπάξας κ᾽ἀν βραχὺν μοι τὸν τάφον,
& in noſtris ΜΑΡΚΕΛΛΟCΤΑΦΟΝ

Tumba. Latinis: Græcis vero τυμβος. Sic Luitprandus in quodam epitaphio

PRECIOSO LAPIDE TYMBVM
DECORAVIT DEVOTVS

apud Ughellium *in Epiſc. Bobienſ.*

Tumulus. Valerius Max. lib. IV. de Mauſoleo ab Artemiſia extructo: *quid*, inquit, *de illo inclyto tumulo loquare? cum ipſa* &c. Cicero de N. D. ex Homero

Quo magis eſt æquum tumulis mandare peremptos.

& Ovidius Faſt. lib. 2.

Poſtea præteriti tumulis redduntur honores,
Prodigiiſque venit funeribuſque modus.

His, ſequentia addi poſſunt vocabula, nimirum

Ædicula oſſuaria.	Munimentum.
Ager ſomni.	Olla.
Ara.	Ollarium.
Cœmeterium.	Oſſuarium.
Columbarium.	Quietorium.
Domus defunctorum	Poſſeſſio æterna.
Domus mortui.	Sacrarium.
Domus quietis.	Sedes.
Dormitorium.	Sepulchretum.
Monumentum, &	Titulus.
Monimentum, &	Urna.

quæ omnia ſunt ſinonyma aut valde per allegoriam affinia: quædam tamen Ethnicorum, quædam propria Chriſtianorum, nonnulla vero tam Ethnicis, quam Chriſtianis communia. Sunt qui opinentur *Capulum*, (de quo Tertullianus *de Reſur. carnis* circa med.) *Orcinum*, atque *Seſtertium*, ſepulchri pariter ſinonyma veteribus fuiſſe. *Capulus*, inquit Pitiſcus, *eſt ſarcophagus, quem veteres capulum dici volunt, quod corpora capiat*. At tum ex Lucilio dicente lib. II.

Cæteri item in capulo

tum ex incerti libro verſ. 147.

——— *pergit capulare cadaver*

demum ex Feſto, & Fulgentio, conſtat capulum fuiſſe ſandapilam, in qua mortui efferebantur. Idem dicendum de *Orcino*, ſeu *Orciniana ſponda* quam memorat Martialis lib. x. ep. 5.

Vocet beatos clamitetque felices
Orciniana qui feruntur in ſponda

ideſt, ait Raderus, *qui in ſandapila feruntur ſeu feretro*. Vide Beroaldum in *not.* ad Apul. *Met.* lib. 3. Nicol. *de ſep. Hebr.* atque Moreſtellum in *Pomp. fer.* Claudius vero Guichardus in Op. quod gallicè inſcripſit *Des Funerailles* &c. lib. I. *Seſtertium* pro ſepulchro ſumi excogitavit. Verum *Seſtertium*, ſeu *Seſtertius* de quo Plutarchus *in Galba*, locus fuit *ſupplicii*, non *ſepulchri*. Author vitæ S. Cypriani: *& cum*

& cum perveniſſet in locum qui dicitur Seſtertium, tradidit ſe carnificibus. Conf. Rycquium *de Capitol. Rom.* cap. IV, & Lipſium ad Tacit. *Annal.* lib. XV. *Digeſtum* etiam a quibuſdam appellari ſepulchrum monet Maffejus V. C. Art. Crit. lapid. Sed ad noſtra redeundum. Sarcophagus ergo lapis eſt hac dote inſignis, quod cadaverum carnes brevi temporis ſpatio conſumat. *Circa Aſſon naſcitur* teſte Plinio lib. II. *lapis, quo conſumuntur omnia corpora; ſarcophagus vocatur*; & lib. 36. *In Aſſo Troadis ſarcophagus fiſſili vena ſcinditur; corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra undecimum diem, exceptis dentibus*. Vide Licetum *de lucernis* lib. VI. Urnæ quamplurimæ pergrandes, ſeu arcæ marmoreæ, in aquarios æquinos converſæ, Romæ viſuntur in præcipuarum ædium cavædiis, quarum nonnullas potiore dignas fortuna ego quidem exiſtimo. Has improprie *Sarcophagos* vocant: improprie inquam; non enim ex lapide illo Pliniano, ſed ex vario marmorum genere conſtare videntur.

MACERIAS. Maceria, ut alibi diximus, eſt fabrile ſepimentum è lapide, aut lateribus coctilibus, aut ex terra & lapillis compoſitis factum. Monumenta, atque ſepulchra maceria erant circumſepta l. 73. §. *de contrah. empt.* T. Flavius Severus igitur SARCOPHAGUM MATRI *&* SIBI; *Libertis* vero MACERIAS aut extruxit, aut donavit: *eis* ſcilicet *intra, ſecuſque* monumenti ſui maceriam, *ollas*, & *cineraria collocare conceſſit*. De maceriarum varietate adi Urſatum in *Marm. Patav.* lib. I. ſect. 7.

524.

DIS . MANIBVS
TI . CLAVDI
TI . F . PAL
PROCVLI . VIX
ANN . III . MENS . XI
TI . CLAVDIVS
FELIX . PATER
FECIT

PAL. Ex Palatina tribu, quæ inter Urbanas quarta fuit, a Palatino colle denominata, quem cum Foro Romano, & Capitolio obtinebat. Plinius: *quatuor ſolae erant a partibus Vrbis in queis habitabant; Suburrana, Palatina, Collina, Eſquilina*. Livius: *Q. Fabius Cenſor, ne humillimorum in manu Comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam, in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit; inde* Maximi *cognomen adeptus eſt*. V. Flor. *in Epiſt.* lib. x. & Aſcon. *in Comm.* ad Orat. *pro Mil.* Innumera fere ſunt vetuſta monumenta, quæ de hac tribu mentionem faciunt, in quibus PAL. PALAT. PALATIN. & PALATEINA appellatur. Inſcriptio extabat olim in hortis Angeli Colotii, in qua PALATINA per extenſum legebatur.

Turpiter erravit Sponius, qui tribum pro cognomine ſumens ſiglas

TI.CLAVD.TI.FIL.PAL.QUARTIN.

interpretatus eſt

TITVS CLAVDIVS TITI FILIVS
PALATINVS QVARTINVS

Neque typographi mendum dici poteſt, quod ſcilicet ediderit *Palatinus* pro *Palatina*, nam in alio pariter marmore hujuſmodi

L.HELVIO.L.FIL.VOLTIN.FRVGI

Medicus hic noſter tabulam fuiſſe poſitam aſſerit *a l' honneur de* LVCIVS HELVIVS VOLTINVS: in ſequenti tandem, in qua legitur

SEX . LIGVRIVS . SEX . FIL
GALERIA MARINVS

c' eſt

c'est un monument (inquit, ut solent Galli, confidentissimè) *erigè a la glorie de* SEXTVS LIGVRIVS *surnommè* GALERIAMARINVS, V. *Antiq. de Lyon.* p. 25. 26. Porro si Sponius haud felicius infirmos curabat, quam lapides, Lugdunensium sui ævi ex corde misereor.


PATER. Nec mœrens, nec benemer. *fecit.*

525.

:::ODITENI:::
SORORI.PIENTIS
SIME.FECIT
AVRELIVS
VICTORINVS
FRATER.Q.V.A
XXX.M.III.D.VII.

526.

D M
HOSPITI.SOTE
RI CHV



FRATRIB.M

527.

D :::
NYMPIDIA :::
VIXIT.ANN'S.II
MENSIBVS.V
NYMPHIDIVS
PATER.FECIT

525. :::ODITENI. *Aphroditeni.*

526. HOSPITI. Hospes inter prænomina recenset Val. Maximus de Nomin. num. 13, que SOTHERICVS, quod inelegantem significat, sive archaicum, ab Archia artifice quodam rudi.

SOTERICHV, *Sothericus*: suspicor enim adspirationem H quadratarium ex secunda syllaba, in quartam transtulisse, scribendumque SOTHERICVS, quod inelegantem significat, sive archaicum, ab Archia artifice quodam rudi.

FRATRIB.M. *Fratri* B.M. ideſt Soterichus *Hospiti* fratri suo. Lucius Hospes habetur inferius cap. VI.

528.

D.M SVCCESSI PRIMIGENIA. SOR
FECIT FRATRI BENEMERENTI.
ET PIISSIMO ITER.VII ANNIS.EGO
IAM FATALE PEREGI NVNC RAPI
ORTENEBRIS.ET.TEGIT OSSA.LAP::
DESINE SOROR ME IAM FLERE
SEPVLCRO HOC ETIAM MVLTIS
REGIBVS ORA TVLIT

SOR. *Soror* fratri Successo benemerenti, & piissimo. Quæ subsequuntur metrice scripta sunt, sed adeo inculte, ut facile & auctoris, & marmorarii dignoscatur inscitia. Nam præter pedes, qui in secundo pentametro desiderantur, quis unquam pentametrum a brevi exorsum vidit, scilicet a vocabulo ITER, cujus primam, brevem esse, ipsi προσωδίαι tyrones norunt? quis unquam *septem*, numericis notis insculptum? illud præterea HOC ORA, quid significat? Num supplendum sic, HOC *infortunium*, ORA, ideſt *tempus* ETIAM REGIBVS TVLIT? At quoniam ita epitaphiographo placuit, cumque aliter, nisi immutato vocabulo, legi nequeat, versiculos saltem metrice ordinatos accipe

Iter, septennis, ego jam, fatale peregi;
Nunc rapior tenebris, & tegit ossa lapis.
Desine cara *Soror me jam deflere sepulchro:*
Hoc etiam multis Regibus ora tulit.

VII ANNIS. *Mors infanti felix*, ait Publius Syrus, *juveni acerba*, *nimis sera seni.*

ITER

529.

C . IVLIVS
MYRETVS . ET
AQILIA . PROCLA .
PARENTES
INFELICISSIMI
AVRELIE . ISIADI . FILIE
DVLCISSIME QVE VIX
ANN . XVIIII . M . VII .
DIEBVS . XXI

530.

DIS . MANIBVS
L . OTACILIVS
HERMA . ET
TVSSANIA TROPHIME
PARENTES
CN.TVSSANIO FORTVNATO
FILIO . BENEMERENTI

531.

D M
ME . FLAMINALI
VIX . AN . XX . M.II
ME . COR . PAT
B . M . F

532.

D M
TIGELLIAE
RESTVTAE
MATRI . FEC
M . TIGELLI
VS . RESTVTVS
FIL

533.

D . M
T . FL. RESTITVTO
PATRI . BENE
MERENTI
FECIT
T . FL . PINVS

529. AQILIA . *Aquilia* .

AVRELIE . Quosdam quadratarios perpetuum diphtongis bellum indixisse, ex hac inscriptione liquido apparet.

531. ME . Prænomen his notis indicatum, omnibus licet consultis antiquarum inscriptionum Collectoribus, haud reperi. Ego quidem primam hanc Mettii prænominis syllabam crediderim : hinc interpretor METTIO *Flaminali*, & METTIVS *Cornelius pater*.

534.

L . VNGONIVS - PIERVS . VAL
HIC . SITVS . EST . CVM . F . SVO
FECIT . CLARA . COLLIBERTO
BENEMERENTI

VAL. Reinesius quamdam excogitavit tribum, quam VALERINAM denominatam afferit: verum cum vir eruditissimus in suæ collectionis indicibus id, nulla fretus authoritate, affirmarit, ita *Valerinam* hanc, a tribuum serie expungendam opinor. Heic ergo aut E, ubi A; idest VEL *Velina*; aut G ubi V, idest GAL *Galeria*, aut tandem VOL, scilicet *Voltinia* .

HIC SITVS EST CVM *Filio* SVO. Formulæ huic consimiles habentur in collectaneis hujusmodi.
HIC SEPVLTI SVNT
HIC EST
OSSA HIC SITA SVNT .
OSSA HIC ECCE QVIESCVNT
CINIS HIC ADOPERTA QVIESCIT .
HIC IACEO .

HIC REQVIESCIT.
HEIC SVNT CINERES.
SEPVLTVS HIC SVM.
HIC ME COND.
ME HIC POSVIT.
HIC EGO SVM INLATA.
HIC INCLVSVS EST.
HIC PAVSAT.
HIC RECVBO.

535.

D M
SEX. IVLIO
ATHENACORA
V.A.XVIII.M.III.D.XII
IVLIVS SEXDIVS
F.FILIO PIISSIMO

ATHENACORA. Veteres, *Athenagora*. Perilluſtrem ejuſdem nominis virum celebrant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores: Hunc, imperantibus M. Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo floruiſſe, inſignemque pro Chriſtianis ſcripſiſſe Apologiam tradit Epiphanius *de hæreſi Orig.* Ceterum, elementum, G abſque adjuncta baſi, τοῦ C videre eſt in Duilliana columna, aliiſque veterrimis monumentis. MARCARITA in recentiſſime reperto marmore legitur.

F. FILIO. *Fecit filio*.

536.

M.M.LOLLI
ANTIOCHVS.ET
HERMES.FECERVNT
CHRESCENTI.FILIO.SVO
VIX.ANN.II.MENS.VIII.

537.


L.CORNELIVS
CHILO
VIXIT.ANN.XVII.
CORNELIA.MERO∴
MATER

526. M.M. *Memoriæ* aut *Manibus* M. Lollii. *Manibus*, ommiſſa D. exhibent lapides Fabrettiani & Maffæjani.

537. L. CORNELIVS. Quamvis in lapide trita Manium invocatio deſideretur (quod utique in aliis permultis obſervavimus) titulum tamen ſepulchralem eſſe ex *ly* VIXIT ſatis liquet.

CHILO. Celebre hoc fuit nomen unius ex ſeptem Græciæ ſapientibus, cui, in victoris filii complexu Piſis vita functo, quotquot ad ludos Olympicos convenerant, juſta ſolverunt. Ceterum, *Chilones* appellati videntur qui labiis eſſent craſſioribus. Latini hos vocabant *Labeones*. Chilonis autem cognomentum fuit etiam ingenuorum, inſignium que civium: ex his P. *Vectius Chilo* in Sicilia Quæſtor; *Fabius Chilo* conſul deſignatus imperante Commodo; P. *Magius Chilo*, M. Marcelli interfector; J. *Cæſius Chilo*, aliique, qui ab Hiſtoricis laudantur.

538.



Titulum heic inſculptum vides circum operculum cujuſdam urnæ oblongæ, quam anno elapſo 1776. in vinea ſua ad S. Agnetis extra muros invenit Dn. Victorius Carlevati. Hoc mihi operculum ab humaniſſimo viro dono traditum, in muſ. Capitol. inferri curavi. Mera profecto heic nomina habentur Tib. Claudii Honorati, & Cl. Ruſticiani; ſed notatu dignum eſt elementum ⊏. Veteres hac nota ⊏, pro C uſos fuiſſe conſtat ex aliis ſaxis. Apud Cl. Lupium in epit. S. Severæ pag. 104.

.·.THEREAM IVSTIS
.·.HVN⊏ NOBILE CORPVS
.·.⊏ENS HOMINVM

Longe igitur erravit diſertiſſimus Lirutus, qui quadratam hoc pacto ⊏ tertiæ latinorum litteræ formam, propriam peculiaremque Langobardorum fuiſſe contendit in op. vulgò „ Monete del Friuli „ p.40. En ejus verba „ La lettera C formata in queſta „ guiſa ⊏ abbiamo giuſto motivo di aſſerirla coſtume di ſcrittura dei Langobardi, „ poſciache in alcuni degli antichi monumenti di quella età, così formata la ravviſiamo, e particolarmente in altro antichiſſimo monumento della medeſima noſtra città di Friuli: quattro volte è in eſſo „ intagliata la lettera C, e tante volte ella „ è fatta nella maniera che la veggiamo in „ una moneta (*nempe* VENE⊏IA) il che „ non ſi oſſerva coſtumato ai tempi degli „ Imperadori Franceſi, almeno frequentemente „ At Liruti argumenrum, nullius eſſe momenti liquido patet ex eo, quod quadratum hoc elementum in monumentis, imperio Gallico vetuſtioribus, reperiatur. Eodem modo ſignatum quoque Græcorum ſigma, accipe ex præmemorato Anton. Lupo ibid. p.102.

EN EIPHNH KOI
MH⊏EI⊏MO
⊏E⊏TOY

In pace dormitio Modeſti: item in numo Philippi Tertarchæ ab eruditiſſimo Fontenuſio vulgato habes KAI⊏APO⊏ ⊏EBA⊏TOY. In ſchædis denique meis græcam habeo (inſcriptionem (in qua pariter ⊏ pro S) ad Pompejum Dioclem *pluribus præcellentem alis, terminoſque tenentem ſapientiæ* virum, ſpectantem, quam Dn. Nicolaus *la Piccola* in quodam Caſiæ gentis prædio via Præneſtina invenit anno 1774. cujuſque exemplum mihi, una cum eruditiſſimi Dn. Ennii Quirini Viccecomitis verſione, tradidit -

Θ K

Θ K
ΕΝΘΑΔΕ ' ΚΕΙΤΑΙ
ΑΝΕΡ, ΠΟΛΛΩΝ . ΑΝΤΑ
ȜΙΟϹΑΛΛΩΝ

ΠΟΜΠΗΙΟϹ, ΔΙΟΚΛΗϹ
ΤΕΡΜΑΤΕΧΩΝ
ϹΟΦΙΗϹ,

At si latinam alteram quæris, hanc, ex Gorianis tom. II. p. 32. excerptam, habe

DS . M
AVRELIA ϹECV
NDA ARIϹTOLAo
MARITO CARISSI
MO dVLCIϹϹIMO
BENEMERENTI CVN
QVO VIXI ANNIS XXXV
M. VI. DIEBVS VIII

Apud Lupum denique litteram S, sic formatam Ɩ non semel notavi, potissimum p. 101. ubi DEƖƖOLEƖ, ideſt *dies Solis*.

539.

M. VLPIVS
GALLIO . ET
AELIA . SATVRNINA
PARENTES
FECERVNT
M. VLPIO
VICTORINO
FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT . ANN . XI
MENSIBVS . VII

540.

D . M
FORTVNATA
MATER . FILI
AE . ET . FRATR
EIVS . T . EVPLI
AE . BENE . ME.·.

541.

D . M
ABASCANTVS
PAT . VENERIA
MAT . VENERIÆ
FILIAE . FECERV

542.

D . M
L . NOBIVS . EVTYCHES . ET . IVLIA
STEFANIS . ET . HORVM . LIBERORVM
ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE
EORVM

543.

C . MAMMIVS . ECHIO . ET
MAMMIA . ROME
.·.MES . SCELERATISSIMI . TITVLVM . POSVERVNT
.·.MMIO . ROMVLO . F . SVO VIXIT ANIIX

Fi-

540. FILIAE. Ideſt *Filiæ* Eupliæ, & *Fratri* ejus T. Euplii. *Euplia* eſt herbæ genus, de qua Plinius.

541. VENERIÆ, Qui cum Cellario figuram Æ antiquitati incognitam dictitant, hanc in Veneriæ noſtræ nomine videant, & in MVNTÆRII, BARNÆI, ÆRARIO apud Calogerium, Odericum, & Bonadam. Videant in denariis Urſinianis quos ipſemet laudat Cellarius, in quibus ÆBVTIVS, CÆCINA, LÆCA, CÆSIVS; in ſaxo Taurinenſi (*Marm. Taurin.* tom. I. p. 190.) ubi

IN HONOREM . CLAVDII . CÆS . AVG
GERM . SEXTVS . PÆTICVS . Q . F
TERTIVS . ET . C . PÆTICVS
SEXTVS . PRIMVS . HORILOGIVM
CVM . SEDIBVS . PAGANIS
LÆBACTIBVS . DEDERVNT

Plurima ſimili modo ſignatæ diphtongi exempla promit è ſuo cimeliarcho Carolus Malvaſia in *epitaph.* Aeliæ, Leliæ &c. p. 171. PLÆTORIVM, PRÆFECTVS, ORÆ: item in lateribus apud eumdem: denique in lapidibus, *Deæ*, *propinquæ*, *dulciſſimæ*, *meritæ*, *optimæ*, *patronæ*, *quæ*, *perpetuæ*, *præſidibus*, *Clatiæ*, *Heraclæ*, *Decimiæ*, *Parthenopæo*, *Tiburtinæ*, *Aemiliæ cariſſimæ*, *ſuæ*. Quamobrem, cur Cellarius diphtongum hoc pacto nexam eliminandam judicaverit, non aſſequor.

541. HORVM. *Eorum*. H. pro E ut in Tarviſana quadam a Calogerio edita tom. 40. ubi nomina *Arveniæ*, *Cutellæ*, *Nigellæ*, *Arvenius*, ſic ſunt inſulpta, ΔRVHNIAH, CVTHLLAH, NIGELLAH, ΔRVHNIVS. In lapide qui adhuc viſitur prope militum ſtationes, via quæ dicitur *di Ripetta*, legi his diebus HVIVS pro EIVS; nempe HV pro E. M. Valerius Receptus &c. PARENTES HVIVS, *& ſibi*.

543. SCELERATISSIMI. Parentes ſcilicet infeliciſſimi; ſcelus namque pro *infortunio* accipitur interdum a Lexicographis. Ficoronius in Tract. *de Bull. aur.* epitaphii fragmentum retulit hujuſmodi p. 19.

∴FL. VALERIANVS PATER CVIVS
∴FVNVS FECI∴E VITAM QVAM
∴VIDISSE TANTVM SCELVS

Inter Fabrettianas cap. III. *Potiolana* MATER SCELERATA *filio Salbio*; & *Claudia Agapomene filiis ſuis qui ætate ſua non ſunt fruniti* MATER SCELERATA *fecit*, ubi *ſcelerata* procul dubio *infeliciſſimam*, non vero *ſcelere pollutam*, ſignificat.

∴MMIO. *Mammio Romulo filio* ſuo, qui *vixit annos* octo.

544.

L . MAECIVS H ZENO
ANNOR . XX
PHRONTIS . MATER

545.

D . M
VLPIAE . GRA
TAE
M . VLPIVS MARVL
LVS . MATRI PIENTIS
SIMAE . BENEMEREN
TI . FECIT

546.

M . TVCCIO VENVSTO
M . TVCCIVS FAVSTVS
PATRI

547.

D M
P.OCTAVI.KARI
OCTAVI
CORINTHIANV
ET.KARVS.PATRI
KARISSIMO.AD
QVE.INCOPARA
BILI

548.

D . M
M . ANNIO
PAVLINO
V.A.XVII.M.II.D.II
ANNIA.SMYRNA
FILIO.PIENTISSIMO

549.

DIS 7 M
M . LOLLIO . AESCHINE
LOLLIA . HELENE . MATER
FILIO . BENEMERENTI . V
ANNIS . XVIIII . DIEB . V
HAEC.HYDRIA POSITA.EST
ITVM . AMBITVM
PERMISSV.FLAVIAE.THEAGENI
AE

544. H. Exuberat heic adſpiratio, quæ nihil ſignificat.

547. INCOPARABILI. Deeſt M inter O & P. Ita apud Lupum TYPANVM, REDEPTA, pro *tympanum*, *redempta*.

548. SMYRNA. Fœminas ab urbibus cognominatas vidimus cap. 5. num. 285. Illis hanc adde *Anniam Smyrnam*, & *Mammiam Romam*, immo & *Italiam*, *Galliam*, *Aſiam*, *Europam*, quæ in noſtris occurrunt.

549. HYDRIA. Proprie eſt *vas aquarium*, ſed heic pro *cinerario* accipi debet.

550.

D M
CALLINICO . FRATRI
BENEMERENTI . QVI
VIXIT ANNIS . XIII
MENS.VIII.DIES.XVI
FELICISSIMA.ROSVLA
PRIMIGENIA.SOROR.FF

551.

D M
P.ALBI.P.F FAB.MEMORIS
VIX.ANN.V.M.VI.D.VI
P.ALBIVS.THREPTVS
ET.ALBIA APOLLONIA
PARENTES.FILIO.DVLCISSIMO

552.

D M
HERMETIS
IONICE . CONTVBER
NALI . DE . SE . BENEMER
FECIT ET
EVPHROSYNE . F . KARISSIM

553.

D . M
EDYALO . FE:::
EVTICIA . MATER
FILIO PIISSIMO
QVI VIXIT A . XIIII

554.

BRVMASIVS:::
DEOMESA.POSVIT
:::SAIBVM:::
PATRI . CVM
:::MNISBVVRIS::::
:::CRATIS

555.

DIS MANIBVS
AVIAE TERPVSAE
FECIT
AVIA . TYCHE
MATRI . SVAE
DVLCISSIMAE

556.

D . M . T . FLAVIO :
PROCLO . FECIT
T . FLAVIVS . EPAGATHVS . FILIO

550. CALLINICO. Qui egregiam victoriam est assequutus, *Callinicus* dicitur: hinc Hercules Callinicus. FF. *Fratri fecit*.

ROSVLA. Quædam ejusdem nominis virgo, atque sub Valeriano martyr, habetur in *Martyrol. Rom.* Alia laudatur in inscriptione ab eruditissimo Cajetano Marinio edita in epist. ad cl. virum Gasparem Garatonum, ubi Christianis fœminis diminuta nomina placuisse ostendit; sed & Ethnicis, quas inter *Lupula*, *Verula*, *Virgula*, *Bussula*, *Mansuetilla*, *Gaudilla*, *Firmilla*, *Versicula*, *Crispinella*, *Fabulla &c.*

551. FAB. *Ex tribu Fabia*. THREPTVS. *Threpterius* est capillus defectus, atque fluminibus, aut Apollini sacratus. Saxum græce inscriptum profert Gudius pag. 348. in quo *Threpti* nomen, sic ΤΡΕΠΤΩ, absque adspiratione cernitur. Huic cippo imminet adolescentis, bullam e collo pendentem gestantis, imago.

552. HERMETIS. *Hermes*, *Trismegistus*, *Evhodius*, Mercurii sunt cognomenta. Hermetis gladiatorum princi pis, locariorumque delicii, præconium habes apud Martialem lib. 5.

EVPHROSINE. Animi voluptas. Una ex Charitibus quæ Venerem sequuntur. F. *Filiæ*.

DM

557.

D . M
CRESCES . ET OLIMPIAS
PARENTES . BENIGNO FI
LIO CARISSIMO BE
NE . MERENTI FECERVNT
QVI VIXIT ANNIS XVIIJ
MENSES TRES DIES
XV

558.

D . M
PACILIO . ACHILLE
O . QVIXIT . ANNIS
VI . MENSIBVS
PARENTES . FECE
RVNT . ET . SIBI

559.

D . M
M . VLPIO RESTVTO
PATRI

560.

D . M
FLAVIA . LVCRE
TIA . T . FLAVIO
VICTORE FRA
TRI . SVOCARIS
SIMO . BENE . ME
RENTI . FECIT

561.

D . M
N . MYRO
NI . FORTV
NATA FI
LIA PATR
FECIT . b . M

558. PACILIO . P. *Acilio* . Apud Fabrettum tamen habetur PACILIA *Sospita Pia* & ap. Vignolium , P. *Pacilius* .

559. RESTVTO . *Restuti* , & *Restituti* cognomina occurrunt sæpe in antiquarum inscriptionum sylloge . Sepelientis filii nomen omissum , alibi vidimus .

560. VICTORE . *Victori* .

561. MYRONI . *Myronem* inter muliebria ornamenta enumerat Pollux . Nomen fuit egregii Statuarii , Ageladis discipuli , de quo sic canit Propertius lib. 2.

Atque aram circumsteterant armenta Myronis
Quatuor artificis vivida signa boves .

b . M sic cum b parvo , non ut apud Muratorium B . M . Minuscularum litterarum in inscriptionibus insertarum exempla affert nonnulla Gruterus , quem adi .

562.

D M
EVDAEMON VIXIT
ANN XXXX . ET
POSIS QVI . VIX . ANN . XI
AVRELIVS DIOGENESTER FR
LIBERTI.S SVIS BENEMER . FEC

563.

D M
RVBRIVS
ANDRONI
CVS . EVP-IO
SYNO . FILIO

564.

D ☧ M
BENEMERENTI . FILIO
CLAVDIO . LICINIO
QVI . VIXIT . ANNO
VNO . MENSIBVS . VIIII
FECIT . PATER . LICINIVS
HEVTYCIVS

565.

CL . FORTVNAT . C
LIB . B . M . QVI . VIX
ANN . XXII . M . II
D . XXII . CL . SPE
RATVS . PAT . FEC

562. EVDAEMON. Nomen cujusdam Grammatici, æqualis Libanii, de quo Suidas. Eudemon *fortunatus* : Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος, ἐγὼ δ' εἰμὶ Τενεάτης, *Fortunatus es Corinthius, ego vero Teneates*. Eudæmonia, *felicitas*. Εὐδαίμων tamen est etiam *dives*, *& virtute praeditus*.

DIOGENESTER. Ejusdem desinentiæ nomina habentur VESTER, MNESTER, DEXTER, SEQVESTER,

FR. *Fratribus*, & *libertis*, aut *Frater* fratribus suis, & *libertis*.

563. EVP-IOSINO. Qui lætitiam adfert, *Euphrosynus* a Græcis dicitur.

566.

C.MATIVS.L.Ɔ.L.AVXE
TVS.VAXI
C.MATIVS.L.Ɔ.L.BVCO
LVS.V.AV
FRATRES

567.

D M
Q. MEMM
DAILOCHO
PRIVIGNO

568.

D . M
M . CLODIO PIO
VIXIT ANNO . I
MENSES XI D . I
PARENTE S. FECERVNT

566. VAXI. *Vixit annos undecim*

BVCOLVS. C. Matii cognomentum; sed (hæc cursim) & cognomentum quorumdam Liberi sacerdotum, quorum princeps *Archibucolus*, & *Archibuculus*.

567. DAILOCHO. Muratorius mendose DAILOCVS. Cognomen istud, cujus hactenus mentionem nullibi inveneram, legi hisce diebus in lapide nuperrime in quadam vinea extra portam Portuensem reperto, quem ipse excripsi, ac nunc publici juris facio.

D M
CLAVDIO DAILOCHO FILIO
DVLCISSIMO . FECERVNT
PARENTES AVIDIVS DAILOCHVS
ETTYCHARO . SIBI . ET SVI . *sic* LIB
LIBERTAB . Q . POSTERIS, Q . EOR.
H . M . D . M . A

idest, *huic monumento dolus malus abesto*.

PRIVIGNO. Egelidus nudusque hic titulus, cui Q. Memmius ne *carissimo* quidem, aut saltem B. M. ad junxit, confirmat quod in dies experientia ostendit, privignos scilicet raro a vitricis diligi, rarissime novercas a privignis, istosque a novercis. Inscriptiones, ad hanc rem opportunissimas refert Gorius tom. I. p. 16. num. xx,

PHILAETVS . PRIVIGNVS
ET DVSERIS . NOVERCA
IN . VITA . VIX . CREDIBILE
VNANIMES
MORTVI . HAC . EADEM . VRNA
CONCORDES . REQVIESCVNT

& ibid.

& ibid. num. xxi.

D M
PHILONICI . PRIVIGNI . ET
DYSCHERAE . NOVERCAE
CINERES . HEIC . CONDITI
PRISTINI . ODII . MEMORES
VNA RENVVNT COMMISCERI

æ68. M. CLODIO PIO. Puerum heic habemus cum prænomine. Vide infra ſub num. 608.

569.

D . M . S
M . POPILLIVS . FAVSTVS
PATER . ET . POPILLIA . MO
DERATA . MATER . F . FILIS .
PIISSIMIS . M . POPILLIO . PRO
BATO . VIX . ANN . XVI . ET . M . POPI
LLIO . FAVSTINO . VIX . ANN . XV .
M . VIII . D . XXV . ET . SIBI . ET . SVIS . ET . LIB
LIBERTABVSQ . POSTERISQ . EORVM

570.

D M
AGATEMERIDI
LVCCEIA . AELPIS
ET CALPVRNIVS
SOZOMAENVS
FILIAE . PIENTIS
SIMAE . Q . VIXI
AN . VIII . MS . V .

571.

D . M
BAEBIAE . ELPIDI . VIXIT . ANNIS . XXII . C . BAEBIVS . ARIES
FILIAE . PIISSIMAE . SACRAVIT . PERMISSV . PATRONAE . OPTIMAE

572.

::: M
M . PLOTIO
M . F . COR . HO
NORATINO
SABINVS
PATER

573.

D . M
CALLISTO . ET . SEVERAE
FILIS . B . M . PARENTES
FEC . ALEXANDER . ET . C:::
LISTRATE . CALLISTVS . V:::
SEVERA . ANNoS X . MENS:::
ET . C . GALLONIO . ABASCANTO
ET . POSTERISQ . EORV

574.

D . M
ATTIAE
SCYRENES
EVTICIIVS
AVOS . FEC
VIX . ANNIS
XVI .

570. AELPIS. H pro AE alibi vidimus: heic AE pro H. ideſt *Helpis* (ſpes) aut *Elpis*. Aſpirationem enim a vocibus Græcis interdum Latini ſubtrahebant: ſic PILETVS, POTVS, STEFANVS, pro *Philetus*, *Pothus*, *Stephanus* ut in ſaxis videre eſt.

SOZOMAENVS. Sic in autographo, quod non advertit Vignolius. Abſque diphtongo, nomen eſt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoris, quem Novatianorum erroribus faviſſe, Bellarminus teſtatus eſt.

571. SACRAVIT. *Conſacravit*, *dedicavit*, *poſuit permiſſu optimæ Patronæ ſuæ*, cujus nomen ignoratur.

572. COR. *Ex tribu Cornelia*, ex qua originem duxiſſe ejuſdem nominis Familiam, innuit Livius lib. 38.

574. SCYRENES. Nomen e quodam Minervæ cognomento. *Scyron* enim cognominatam hanc Deam docet Gyraldus: unde ΣΚΙ-

ΣΚΙΡΑ, & ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΑ, festum fuit Atheniensium, ut tradit Hospinianus *de Orig.fest.* cap. xv.

EVTICIIVS. Duplicatum I, modo pro j modo pro H habetur in marmoribus Gruteri, apud quem MARIINVS; in nostris EMERIIOS, CANVLEIIE, RIIODI AE. Pro E, videbis Cap. VIII.

AVOS. *Avus*. O pro V, ut passim in antiquioribus saxis. Vide inf. Cap. x.

575.

D M
AVR SPICA
AVCVRIANO
FILI O

576.

D M
PRIMITIVO
CALYBENI
SORORI . EIVS
C. ATTIVS HERMES
DISCENTI
PIISSIMO . ET
HERENNIVS
FORTVNATVS
TATA . ET
HERENNIA
RHODINE . MAMMA
B. M. FECERVNT

577.

D . M
L. LVCIO IVLIANO
V. M. VII. D. XXII
MVNATIVS PHOEBIA
NVS. ET . IVLIA ADI
ECTA . PARENTES
FILIO DVLCISSIMO

578.

D M
IANVARIO
NERAT. R. SER
INVENTA FILIO
B M
VIX. ANN. VII
MENS VIII

579.

. D . M .
ATIMETVS . ET . ALEX
ANDREA . EPICTETO
FIL. K. VIX. A. VIII

575. AVR. *Aurelia Spicà Aurelio Curiano* filio.

576. PRIMITIVO. *Primitivo, & sorori ejus Calybeni* legendum puto: nam si Calybenus cognomentum est Primitivi, omissum sororis nomen affirmare necesse est. Calybæ sunt pergulæ, & attegiæ; *calybium*, tuguriolum apud Salmasium.

DISCENTI - *Discipulo*. Sic inter Fabrettianas pag. 570.

D M
LI. CLAVDIO
AGRIPPINO
FECIT. SYMPOR
PRAECEPTOR
DISCENTI . B . M

& in saxo Christiano apud Philippum Bonarotam *vetr. ant.* p. XXIV.

POSVIT . TABVLA . MA
GISTER DISCENTI
PANPINO BENEM
ERENTI

in quibus *discentem*, procul dubio, discipulum significat. Ita a Tertulliano (apud quem in libro *de Anima* habes *discentiam*, pro notione) discipuli Domini non semel *discentes* vocantur; præsertim in *tract. de Patientia*, ubi de Malcho verba faciens: *ne unius quidem*, ait, *discentis* (Petri scilicet) *gladium ultorem* (Dominus) *probavit*. Attamen Fabrettus loc. cit. valido quippe argumento, existimat Discentium appellatione Alumnos indicari.

RHODINE. *Rosacea*: ita vestes *Rhodinæ*, & *Rhodicæ* dicuntur vestes rosacei coloris. De Tata, & Mamma paulo superius egimus: heic intelligendum censeo *Nutricius*, & *Nutrix*.

577. L. LVCIO. Fortasse L. pro C. nam Lucii prænomen pariter, & nomen tulisse Julianum, mihi incredibile.

578. R. SER. Puto R pro F scripsisse quadratarium: idest *Januario*, *Neratii filio*. SER. ex tribu Sergia de qua num. 141. Quis enim legat *Servo*, cum Januarius vixerit tantummodo annos circiter octo?

NE-

NERAT. Sine diphtongo: cum diphtongo apud Gruterum.

NAERATIVS SCOPIVS . V . C
CONS . CAMP.

& in baſi viri Conſularis ſtatuæ ſuppoſita in ædibus Roſpiglioſorum principum

NAERATIVS V C
CONS . ORD
CONDITOR
BALNEARVM
CENSVIT

INVENTA. Matris *Januarii* nomen: ap. Muratorium

INVENTA . LIBERTA . OLLAS . II
SEX . SERVILIO . APOLLONIO

& in hortis Juſtinianæis ad S. Joannis Later.

D M
T . MESCENIO
OLYMPO
MESCENIA INVENTA
PATRONO

579. D. M. Ineptiſſimæ hujuſce interpunctionis, tum in Græcis, tum in quibuſdam Latinis inſcriptionibus adhibitæ, nonnulla afferuntur exempla a cl. Fabretto cap. v. atque ab eruditiſſimo Zaccaria in *Inſt. lapid.* lib. 1I. cap. xI.

ALEXANDREA. Sic pro Alexandria veteres ſcripſiſſe aſſerit Vulpius in *tab. Antiat.* ut Laodicea, Apamea, Cæſarea, Heraclea, Nicea. Quippe Horatius lib. IV. Od. 14.

——— nam tibi quo die
Portus Alexandrea ſupplex,
Et vacuam patefecit aulam.

Haud diſſimulandum tamen nomen iſtud in nummis, æque, & in lapidibus Latinis effari ALEXANDREA, & ALEXANDRIA. Apud Gruterum p. 617. *Graxia* ALEXANDRIA, & p. 272. AVG. ALEXANDRIA; item inter Reineſianos *Flabia* ALEXANDRIA, & Aurelia ALEXANDRIA. Urbium autem nomina proparoxytona, ſive in antipenultima accentum acutum habentia, in εια exeuntia, dubium accentum apud Latinos habere docet Cellarius *in Orthogr.*

FIL. K. *Filio cariſſimo*.

580.

D ❦ M ❦ S
PANNYCHIDIS
FII . B ❦ M
FECERVNT . PAREN
PANNYCHIS . ET
HIMERTVS . ET
ETVROPVS . QVAE
VIX . ❦ AN . IX . M . IIX
DIEB ❦ XXVIII

PANNYCHIDIS. Ex *nominat*. PANNYCHIS, uti in linea quinta. Nomen eſt Græcum, quod interpretari poteſt *Pervigilium*, ſive *feſtum per totam noctem celebratum*; quemadmodum ſolent Fœminæ nobiliores, quæ diem in noctem, noctemque in diem vertunt; quare eas *Pannychidas* vocare licet. De cordis figura vide inf. *in not. ſub num.* 694.

L. BEN-

581.

L . BENNIO OLYMPIA
CO . QVI . VIXIT . ANNIS
TRIBVS . MENSIBVS
TRIBVS . DIEBVS . XVII
L . BENNIVS . HILARVS . ET .
BENNIA . HELPIS FECE
RVNT . FILIO . INFELI
CISSIMO . SIBIQVE
ET . LIB . LIBERISQ
EORVM

L . BENNIO . Ecce & heic Puerum triennem, licet nondum virili toga indutum, prænomine tamen decoratum, contra illorum sententiam (Panvinii præsertim, & Robortellii) qui, ut diximus, pueros ante virilem ætatem prænomine caruisse excogitarunt.

OLYMPIACO. Cognomen istud magna quidem ostentatione redolet; videtur namque nobilissima illa imitari cognomina, Macedonici, Asiatici, Numidici, Allobrogici, quæ fortissimis Reipublicæ Ducibus interdum Senatus decernebat. Nec a Patroni nomine desumptum putarim: tunc enim tituli auctores, OLYMPIANO scripsissent, non OLYMPIACO. Sic in Delphiniorum quodam lapide apud Castalionem p. 5. MEMORIAE P. AELI OLYMPIANI: sic alibi CORINTHIANVS, GERMANICIANVS, MACEDONIANVS, non CORINTHIACVS, GERMANICVS, MACEDONICVS. Habemus heic igitur Græca cognomenta, nempe *Hilarum*, *Helpidem*, & *Olympiacum*, latino familiæ Benniæ nomini sociata.

FILIO INFELICISSIMO. Infelicissimi potius Parentes, ut passim in titulis sepulchralibus: *mors* enim *infanti felix*, ut ait Publius Syrus *in Mim.* 476. Lapis iste, nitidissimis integrisque characteribus inscriptus, repertus est duobus abhinc mensibus in cella vinaria egregii viri D. Johannis Pizzellii, eumque in museum Capitolinum invexi.

582.

D . MARIVS . 7 . L .
EX ORIENS
V . A . XXXV
HVNC . LEGES . LETI . PRAEPOS
TERAE . ERIPVERE
MATRI . QVAE . VT . ANNIS
MORTE QVOQ ESSET . PRIOR

583.

D M
ATHENAIDI
B . M
VIX . ANN . I . M . II
D VIIII
HILARA NVTR
ET THESMVS
ET EVTYCHVS
PATER
FECERVNT

584.

D . M
M . COCCEII
CHRYSOGONI
COCCEIA . AVG . LIB .
PLVTIN . FRATRI
B . M . FEC


585.

AFNAE . TROPHIME MATRI
TI . CLAVDIVS . VERVS . F ꝯ
ARBITRATV . M . TITI . CHRESIMI ꝯ

582. HVNC . Filium scilicet D. *Marium Exorientem, leces* (leges) *præpostera leti eripuere Matri*. Ovidius conf. ad Liviam.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

LETI . Ab oblivione quam Græci λήθη dicunt, Festus ducendam vocem hanc asserit; Priscianus, a supino antiquissimi verbi *leo*, unde *deleo*. Hinc modo *lethum* cum adspiratione, modo *letum* reperimus. Ipse Festi etymon, Prisciani interpretationi præferendum censeo. Verumtamen in saxis constanter *letum*, *leti*, *letale*, amota *h*. Utcumque sit letum quippe accipitur pro Morte cui Lacedemonii teste Plutarcho *in Cleom.* templa extruxerunt: hanc Romani ut Deam, nomine Libitinæ venerabantur, cujus simulacrum hoc pacto effictum exhibet Mus. Etr. vol.I.tab. 82.



QVAE VT ANNIS . Nimirum: *Quæ, ut ætate prior erat filio, ita prior mori debuerat;* at *Mortis*, seu Parcarum, aut Fati *leges præposteræ*, filium *matri eripuere*. Huic consimiles quæ in epitaphiis occurrunt formulæ, hanc profecto interpretationem confirmant. Sic enim apud Gruterum p.686. QVAE PRIOR DEBVI MORI . VRGENTIBVS FATIS FILIVS VNICVS ME PRAEVENIT ; & pag. 717. INFELIX FATVM . PRIOR DEBVIT MORI MATER . tandem in saxo Brixiano ap. Oct. de Rubeis p. 261. Pater filio: QVOD SI FATA QVIVISSENT TV NOBIS PONERE DEBVERAS. De ordine moriendi vacuus apud Ausonium (n. 254.) Cari tumulus sic fatur.

Me sibi & uxori, & natis commune sepulchrum
Constituit seras Carus ad exequias.
Jamque diu monumenta vacant, sitque ista querela
Longior; & veniat ordine quisque suo.
Nascendi qui lege datus: placidumque per ævum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

Alterum, eamdem proferentem sententiam, habes Epitaphium in *Anthol.* lib. III. ubi Androtionis tumulus sic loquitur:

οὕτω καὶ μείναιμι πολιω χρονον . εἰδ᾽ ἄρα καὶ δεῖ
Δεξαιμεν ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτερους

Sic quoque (ut vertit Jo. Souchajus) *maneam multo tempore. Si autem forte etiam oportet*
Excipiam in me priores, priores.

583. HILARANVTR . *Hilara nutrix*: fortasse mater, & nutrix (Vid.C.5. num.246. *in not.*) aut Hilara nutrix, & Thesmus nutricius, una cum Eutycho patre. Somniculosum quemdam Eutychum, qui disserente diu Paullo, depressus somno ex tertio cœnaculo deorsum decidit, nominant Acta Apostolor. Cap. xx.

584. PLVTIN. Fortasse *Plotina*: V pro O habetur in *unu*, *locu*, *consubrinus*, *sacerdus*, *suboles*, *epistula* &c. in Gruterianis, in Reinesianis, in nostris.

D M

586.

D M
AVILLIAE . FIRMINAE
QVA EVIXIT . ANNO V
NO . MENS . IIII . DIE . VIII
ET . AVILLIO . VITALI
QVI . VIXIT . ANN . IIII
MENS . VI . FILIS DVL
CISSIMIS . FECERVNT
CAVILLIVS . AGATHION
ET . LICINIA . FIRMINA
PARENTES

587.

D M
L . BΛEBIDIO . FELI
CISSIMO . FILIO DVL
CISSIMO . Q . V . Λ . XII.
PΛRENTES FECERVNT

588.

D M
VLPIAE SEPTIMINAE
·MARCIA MATER

586. PARENTES. Perſpicuum eſt τὸ Parentes heic Avilliæ Firminæ, & Avillii Vitalis patrem matremque enunciare : advertendum tamen aliquando latiorem, ad omnes adfines uſque, notionem accepiſſe, ut ſcite monet eruditiſſimus Dominicus Cerullus, cujus Exercitationem in Metrobii titulum, clariſſimo viro Guilielmo Hamiltonio dicatam, Neapoli 1775. Raymundii fratres edidere.

587. BΛEBIDIO. Lambda pro A, paſſim in noſtris.

589.

D M
CASSIA VERECVNDA . C . CASSIO
VERECVNDO . FILIO PIISSIMO
V . A - XXVII
CASSIVS HERMES . ET . CASSIA . PAVL
LINA PARENTES INFELICISSIM
CASSIO PAVLLINO FILIO DVLCISSIM
V . A . III . D . V .
IN . FR . P . XII . IN . AGR . P . XII

590.

D M
M . CLAVDIO ZOSIMO PA
TRI PIENTISSIMO . M . CL
IVSTVS FILIVS
FECIT

591.

D M
COCCEIA
IRENE F
MATRI . BE
NEMEREN
TI . V . ANNIS
LXXVIII

D.M.S.

592.

D.M.S. SATRIA
MATER . PIENTISSIMA
FILIO KARISSIMO
CAECILIO . PROBO . TI
TVLVM . SEPVLCHRI
QVI . DEFVNCTVS
EST . ANNORVM . III
MENSVM. *sic* VII

589. CASSIA. Lapidem hunc (in quo quadratarius ad sculpendas litteras pigerrimus, quintæ & sextæ lineæ postremas omisit) & sequentem, donum mihi dedit Dominus Vict. Carlevati.

590. ZOSIMO Ζώσιμος grecè, *vitalem* latinè sonat, vel *qui vivere potest*: nomen filiis impositum, ut Jacobonio placet, a parentibus, qui diu liberis caruerunt, vel qui liberos superstites exoptabant.

591. V. ANNIS . LXXVIII. Romanorum vitæ curricula productiora hodiernis fuisse, vulgaris fama est. Hujusmodi opinionis absurditatem partim in Militaribus p.73. demonstravi. Attamen consulendi sunt Fabrettus cap. VIII. p.560. Mazzocchius in tab. Heracl. P. II. p. 445. & nuper laudatus Dominicus Cerullus p. 32. not. 24. Interea notandum me usque adhuc neminem in saxis Mus. Capitol. invenisse, qui ætatem LXXXVIII. superaverit, præter C. Julium Medicum, Sabidium libertum, & Volumniam nutricem, quorum primus octogesimum, secundus nonagesimum attigit, tertia vixit annos CV.

592. TITVLVM. Hoc est lapidem, seu tabulam sepulchralem inscriptam posuit. *Titulus*, etiam in sacris litteris, signum perpetuæ memoriæ denotabat: sic Gen. 28. *Surgens Jacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum*: item 2. Reg. 18. *Porro Absalom erexerat sibi, cum adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis: dixerat enim; non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur* Manus Absalom *usque ad hunc diem*. Causa denique CHRISTI IESV inscripta atque Cruci affixa, TITVLVS vocatur ab Evangelistis Marco XV. 26. & Jo. XIX. 19. 20.

DEFVNCTVS. De usitata etiam ab Ethnicis voce *Defunctus*, ad mortuum significandum, vide quæ diximus Cap. VI. num. 512.

593.

D M
HERMODORVS . ET
KATASTASIS . THEODO
TE FILIAE DVLCISSIME
QVA . VI . M . VIII . DI
B . M . F

594.

DIS : M
PRIMIGENIAE . VIXIT
ANN . VIIII . MENS . V
DIEB . XII . SECVNDA
MATER . ET . NAICVS
PATER . FECERVNT

D M

595.

D M
PAENIAE . MAXI.·.
QVAE VIXIT . ANN.·.
PAENIA . LAETA . M·.
FECIT

596.

MARCIAE
HYMNIDI
V.A XX
EPAPHRA PATER
FECIT

597.

D M . FORTVN..............
A. VIII . M . III . D . XX.......
T . FLAVIVS BLAS...........
EVTICIA.·. ....
DVLCISSI.·. ....
SIBI . ET SVIS . POS..........
QVE AEORVM..................

598.

D M
EVTIC
ES VIXIT
ANIS IIII . M . I.·.
D.XII.PARENTES

593. Nomina tum parentum, tum filiæ defunctæ, familiam aut Græcam, aut è Græcia oriundam indicant. Nam Hermodorus *donum Mercurii* interpretatur; Theodote *a Deo data*; Katastasis, Κατάστασις pecunia, seu militare quoddam stipendium significat, de quo Eupolis apud Suidam. Heic K in nomine latino pro C. Advertere hinc operæ pretium existimo, priscos quandoque Romanos græcas litteras latinis sociasse, potissimum in allocutionibus quas Duces militibus pugnaturis habebant. Hujus rei auctor est Urbicus in *Tacticis* (cujus mspta in M.D. Etruriæ Bibliot. adservantur, quemque citat Lindenbrogius *Observ. in Amm. Marcellini* lib. XXIII.) in hæc verba: CIΛENTIO MANΔATA KOMΠΛΕΤΕ . NON BOC TOYPBATIC . OPΔINEM CEPBATE . BANΔA CEKTITE . NEMO ΔΕΜΙΤΤΑΤ BANΔOYM ET INIMIKOC CEKE. In lapidibus quoque Latina Græcis, Græca Latinis elementis exprimi, & utriusque sermonis vocabula misceri, non insolens est, præsertim in Christianis apud Aringhium lib. III. p. 597. & Fabrettum cap. V. Inscriptio hæc nostra nonnullis solœcismis, atque barbarismis fæda, reperta est via Salaria in vinea nobilium de Naris, ut tradit Marangonius „ Delle cose gentilesche &c. „ cap. 81.

QVA . VI . M . VIII . DI . Sic elementa distingui debent. Q . V . A . VI . M . VIII . D . I . *Quæ vixit annos sex, menses octo, diem unum*.

595. M. *Mater*.

596. EPAPHRA. Nomen a venustate: nam Epaphrodisia *venustatem* significat, & leporem. Nomen quoque Christianum fuisse colligitur ex Adonis, Usuardi, Bedæ, & Baronii martyrologiis, immo ex S. Pauli epist. ad *Colossens.* cap. 1. & ep. ad *Philem.* 23. in quibus Epaphram quemdam nominat, atque *concaptivum* appellat, & *conservum*.

597. DM . FORTVN. *Dis manibus. Fortunato* qui vixit *annos octo, menses tres dies* plus minus *viginti*. T. *Flavius Blastus*, vel *Blastianus*, & *Euticia* filio *dulcissimo*.

AEORVM. *Eorum*, sic in aliis cum diphtongo.

599.

SEX . FRESIDI
CRESCENTIS
FRESIDIA FELICIA
MATER . FECIT
FILIO . OPTIMOET
COLS.·.·.·.·.·.·.·.·LAR
VECTI . ART
PL.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
·.·.·.·IMIO . REDEMPTO

600.

P.P.HIPPARCO ET P
HERMIONE.FILI.PA
RENTIBVS.FECERVNT

601.

ANTONIA . SALVIA
MATER
L . PONTI ACTARI

602.

D M
ROMVLO
ABASCANTVS . PATER
FILIO.CARISSIMO.FECIT
QVI.VIX.ANN.II.M.III.D.X. SIBI
POSTERISQVE . SVIS

603.

PAPIRIA
HILARAE
MATRI

604.

C , ERONTIAE
FILIAE KRM

599. FRESIDI. *Fresidii*. Veteres in genitivis geminantibus *ii*, alterum ex iis demere solitos liquet tum ex Poetarum libris, tum ex lapidibus. In nostris, ne alibi quærantur, Titi CLAVDI, Titi TERENTI, Caji MATI, Caji FANNI, Marci NVMISI, L.CORNELI HILARI &c. pro *Claudii*, *Terentii*, *Mattii &c.* Subtrahebant interdum in recto casu, & in sexto, scribentes scilicet DI, & FILI, pro *Dii* & *Filii*, & DIS, FILIS, pro *Filiis*, & *Diis*.

600. P. P. Redundat P. Lectio enim est P. *Hipparco*, & P. *Hermione*.

601. ACTARI. Cognomen C. Pontii; nam ACTVARII (quod tunc nomen esset officii, illius scilicet qui acta, actionesque describebat, hodie vulgo *Notaro*) pro ACTARI legi haud necesse est. Nearchum Actarium nominatur in lapide Fabrettiano pagina 52.

604. C, ERONTIAE, *Gerontiæ filiæ carissimæ*. Quam, nomine *senectutem* enunciante, contenta fuerit hæc Fœmina, Lectoribus expendendum relinquo. Titulus extat in fronte ornatissimi cujusdam sarcophagi Musei nostri.

605.

OSSA
MEMMIAE. A.L.:HILVMINAE
ET . FELICIS . FILI

606.

BAEBIA . POSIL.:
PERPERNIAE
FILIA

D.M.S

607.

D : M : S
M . COCCEIO . EVPREPETI . FILIO
PIENTISSIMO . QVI . VIX . ANN . X . M . III
D . XV . FECERVNT . PARENTES . M . COC
CEIVS . EVPRAPES . ET . COCCEIA DOR
CAS . ET . CRANIA . ZOSIME SORORVI
VS . ET SIBI . ET . LIBERTABVSQ .
P . TRQ . EORVM

607. EVPREPETI . *Euprepes* , eximie decorus latine diceretur.

DORCAS. *Capra silvestris*; damæ genus. Syris *Thabita*, Græcis *Dorcas* dicta est piissima illa Apostolorum discipula, quam Petrum ad vitam revocasse, Apostolorum acta enarrant.

CRANIA. Rhodigino, *Cranius* est mensis sacer Lacedemonum.

ZOSIME. *Vivax*, *vivida*,

SORORVIVS. Sorores ejus. P . TRQ. *Posterisque*.

608.

D M
PRIMITIVO

VERI LCISSIM

MO RNE

LIVSS LVS



VIXIT . MENSES . X
DIES . XXI

608. ::VERI. *Puero* dulcissimo, Cornelius. *Pueri* a priscis vocabantur servi, præsertim Tabellarii, ut crebro apud Tullium in Epistolis. In sacris Litteris *Armigeri*; apud nos vero *Fanciulli*. Scio servos antiquissimis temporibus inflexum sæpe Domini prænomen tulisse, ita ut Lucipores, Marcipores, Julipores dicerentur, quasi Lucii, Marci, Julii *pueri*. Helias Argentarius, licet annos quinque & triginta natus, PUER appellatur in saxo Gruteriano p. 1053. & ap. Mabillon. in *suppl. Rei Diplom.* legimus:

PVER . VICTORINVS . QVI . BIXIT
ANNVS . XXXVII. M. X. D. X.

At hic de *filio* intelligendum opinor: Nam quo titulo Cornelius, *Primitivum* vocasset *dulcissimum*, nisi paterno amore commotus? num Puerum hunc Cornelii servum, aut libertum fuisse existimabis? quis hæc de infante, undecim, nedum expletis mensibus nato? Haud ignoro *pueri* vocabulum, proprie correcteque loquendo, filio non convenire: ve-

verumtamen Poetas quandoque filios, *puerorum* voce, Græca consuetudine enunciasse asserit Porphirio, constatque ex illo Horatii hellenismo carm. lib. 1.

Dicam, & Alcidem puerosque Ledæ.

Castorem nimirum & Pollucem, Ledæ filios. Ex Terentio in Andr. act. 11. sc. 3:

———puerum autem ne rescifcat mihi
esse ex illa, cautio est.

ita Virgilius de Ascanio, Aeneæ filio lib. 2.

Non prius aspicies, ubi fessum ætate Parentem
Liqueris Anchisen? superet conjuxne Creusa?
Ascaniusque puer?

& Ovidius in *eleg.* Tibulli, de Cupidine Veneris filio

Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram.

Poetarum exemplis addo lapidum authoritatem. Grut. p. 689.

C. IVLIO MERCVRIO
EVNIA MATER PIA
ET, Q. ACVTIVS LEVCON
PVERO DVLCI MEMORIAE

item p. 673.

Q. CAESIO SABINO
PVERO DVLCISSIMO
CAESIA VENVLEIA PRISCA
MOESTISSIMA. POS

in Christianis vero hunc retulit titulum Reinesius (quem adi in not.) Cl. xx. 62.

ARGENTEA MATER
CLARISSIMO PVERO

Nomen pueri in nostro lapide sine prænomine, sententiam utique confirmaret Francisci Robortellii, qui, nulla fuisse pueris aute virilem togam prænomina, probare enixe conatus est. Hanc secutus videtur etiam Panvinius in opusculo *de antiq. Romanorum nominibus*, ubi sic scripsit: *pueros ego crederem, & puellas prænominibus caruisse*. Utrique tamen, ac pariter Sigonio in lib. *de emend.* 11. imposuisse cujusdam Pseudovalerii adulterinum *de Rom. nominibus* librum, perspecte comprobavit Josephus Castalio, quem adi in Differt. *de ant. pueror. prænom*, Tot insuper extant vetusta marmora, ex quibus prænomen pueris datum manifeste colligitur, ut Robortellii, atque Panvinii opinionem omnino respuendam censeam. Quo anno virilis toga sumeretur, controversum est: quidam annum ætatis xv. attigisse oportere aiunt, ut puerile indumentum exueretur? alii in annum xvi rejiciunt. JCIti sane virilem ætatem ab anno xvii desumunt, itaque & togam, quæ *libera* vocabatur, tunc sumendam contendunt. Cumani denique teste Dionysio A. R. lib. 7. non ante annum xx, viros se profitebantur, neque vestem virilem induebant. Verum hæc inter Auctores discrepantia parum refert, cum multæ possint afferri inscriptiones, in quibus prænomen Pueris, ætatis plus minus anni unius, adsignatum reperimus; ita ap. laudatum Castalionem: L. THORIO EVTICHE, qui V. A. I. M. VI. D. *duodecim*. T. FLAVIO VIBIANO qui vixit *anno VNO*, MENS *oct*. T. LCAVDIO EVTICHE, qui vixit *anno VNO*. M. VIII. *dies* XXIX. in nostris M. CLODIO. PIO. VIXIT. ANNO. I. MENSES XI. D. I. Immo Pueris ne anno quidem *uno* expleto, ut ex sequenti ab eodem Castalione edita

SEX. TRVTTEDIO. SEX. F
POL. MAXIMIANO
FVIT. AD. SVPEROS. MENSES. VII
TRVTTEDIVS. CLEMENS

ex hac tandem quam Castalio invenit in arce S. Angeli

L. VALERIO INFANTI
RAPTVS. QVI. EST. SVBITO
QVO. FATO. NON. SCITVR
NATVS. NOCTIS. H. VI
VIXIT. DIEBVS. LXXI

Siglas autem L, T, SEX, M, prænominis indices esse, nemo huc usque negavit.

L. PA-

609.

L . PAPIRIVS . L . F . SPERATVS
VIXIT . ANN . III . M . III
QVI . POST . MORTE . MATRIS . SVAE . DECES

. DIS . MANIBVS
L · PAPIRIVS

: : : : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : : : :

609. POST MORTE. *Præmortua Matre obiit*; quod profecto sæpissime contingit, ideoque nec mirandum, nec tamquam eventum notatu dignum in epitaphiis enunciandum, nisi de puero agatur, illico, aut paulo post matris obitum extincto, ut in lapide Patavino apud Ursatum notavi, in quo FLAVIAE QVINTILLAE, L. CVRVLLO VNA H. ideſt *una hora* SVPERSTITI. Omiſſam litteram M in fine verborum, non heic tantum, verum etiam in Gruterianis inveni, ubi *extra* PARIETE, *extra* TERRA ITALIA, MONVMENTV, *ante* ARA POSITV, MARMOREV, *propiorem* DIE, immo, & ut in noſtra, POST MORTE. p.939.

CVNCTORVM HAEC SVBOLI SEDEM
POST MORTE RELIQVIT

DECES. *Deceſſit*. Panvinius in Faſtis p.304. *Cœlius Herodianus prægustator* &c. DE CESSIT *Non. Aug.* Decedere pro *mori* in ſepulcralibus Gentilium titulis perraro deprehenditur: attamen ipſemet latialis elocutionis Pater, hoc uſus eſt vocabulo, atque ad morientes retulit in opuſc. de Senect. 92. *Vetat*, inquit, *Pythagoras injuſſu Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere*; item in Epiſt. *ſunt qui putent, ſi decedas, a te relinqui poſſe qui provinciæ præſit*. In inſigni vero M. Ulpii Phædimi inſcriptione, ABSCESSIT, pro *deceſſit*

VIXIT ANN . XXVIII . ABSCESSIT
SELINVNTE . PRI . IDVS . AVGVS

In tabula Antiatina quam illuſtravimus T. II. cap. VI. *Auguſtus* EXCESS IT. Inter Chriſtianas, *Receſſit*. Vid. Cap. IX. num. 1165. in *not.*

610.

D M
L CALPVR
NIVS FELIX
ET FVRIAVIC
TORIA F C
FELICI FILI
O DVLCISSI
MO . Q . V
AN . X . M . VII

611.

D M S
PVB LILIO
FOR TV
NA o TO
PA TR
SEPV NIA
OLYMPIAS FECIT
B . M . D . S

612.

D M
FORTVNATO
FRATRI . P . E . N
CRE. TE . SOROR
FE CIT
V . A . VII . D
XXX

613.

D M
L CAMERIVS
ATIMETVS PATE R
CAMERIA EVCHI
MATER PHILOCOMO
FIL . FEC . QVI .
V . ANN . XXV

614.

POMPONIA CALE
VIX . ANNO . VNO MENS . X .
DIEBVS . VIII
NAVPLIVS . ET
METROPOLIS . FILIAE

611. PATR. *Patrono*. B. M. D. S. *Benemerenti*, D. S. *de suo*; rectius fortasse *de se*, ut Cap. VIII. P. AVRELIVS ONESIMVS &c. *benemerenti* DE SE . FECIT.

612. P. E. N. *Pientissimo*.

613. PATE R. Littera R aut ob tabulæ angustiam, aut potius ob quadratarii in ordinandis litteris negligentiam, in ejusdem tabulæ corona insculpta visitur.

EVCHE. Figurate loquendo, *precationem* significat; unde *Euchelogium*, libellus est preces quotidianas continens,

PHILOCOMO. *Commessationum amatori*.

614. POMPONIA. Aut *Pomponiæ*, aut subintelligendum *hic jacet*.

NAVPLIVS. Idest Nauplius *pater*, & Metropolis *mater*, FILIAE *fecerunt*. Nauplius, piscis nomen, sæpiæ similis.

615.

.:·LIAE IVNIAE
.:·AE . DVLCIS
.:·AE QVE . VIXIT
.:·NIS VII MENS . III
.:·XX . FELICISSI
.:·PATER . FECIT
.:·VTYCHES . PATER
B . M . F

616.

D . M
FL . VOLVPTATI
MARI *sic* DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT ANN LI
M . III . D . VII . VOLVPTAS
ET . IONICVS FILII
B . M . F

617.

PRIMILLA
T . DVLPI . LVPERCI
ET DVLPIAE EROTINIS
DELICIVM . VIX ANN . XIII

618.

D M
IVL . ONESIPHORAI
IVL . NETHE MATRI
IVL . TYCHE . SORORI
IVL . EVPHROSINE
:::ARISSIMIS SVIS
FEC

619.

MESSORIO GENESIO
PARENTES FILIO OPTIMO

615. LIAE. *Juliæ*, aut *Corneliae &c.* IVNIAE *filiæ dulcissimæ, quæ vixit annis* VII. *mensibus* III. *diebus* XX. Quæ sequuntur, ineptissime a quadratario insculpta, nauseam movent.

D M
PRIMILLVS
VIXIT . AN.·.
MEN . VIII . AIVL.·.·

616. VOLVPTAS. Ejusdem nominis Deam, quæ *Voluptia*, & *Volupia* est appellata, Romani colebant. De ea nihil, teste Augustino *de* C. D. cap. 8., apud Scriptores invenitur, nisi quod sacellum habuerit prope portam Romanulam. Voce hac quandoque Latini usi sunt, benevolentiam in aliquem demonstrandi causa, ut sæpissime apud Plautum notavi, ac præsertim *in Rud.* Act. II. ubi Ampelisca *suam voluptatem* Sceparionem vocat

Immo, etiam tibi mea voluptas; quæ voles faciam omnia.

& hinc Sceparo

Eugepæ! salvos sum: hæc jam Me suam voluptatem vocat.

617. PRIMILLA. In aliis SECVNDILLA, TERTILLA, QVARTILLA, QVINTILLA, SEXTILLA, SEPTIMILLA, OCTACILLA. Primillum, viri nomen habeo in schedis meis ex saxo ad S. Pauli, via Ostiensi, reperto ann. 1773.

LVPERCI. Ita L. *Potitius* Bulico, C. *Pinarius* Marcellus, L. *Flaminius* Preco. M. *Salius* apud Muratorium; nomina videlicet analogiam cum Sacerdotiis habentia, ut heic T. Dulpii *Luperci* cognomen.

DELICIVM. Erotica appellatio. Vid. C. VI. in notis num. 517. Eodem ferme sensu Sex. Brittidius MARGARITION a parentibus vocatur apud Fabrettum Cap. I. 253.

618. ONESIPHORAI. Idest *Lucrum ferenti*: diphtongum, Græco more AI, Latinis, primis potissimum Reipublicæ temporibus usitatam, demonstrant nomina in denariis impressa, ut AI*lius*, AI*milius*, CAI*sar*, AI*butius*; ita in lapidibus *de*AI, *terr*AI, *frugifer*AI, *bon*AI, *pulchr*AI, *foemin*AI.

METHE. *Methium* Græcis, Latinis est *donatio nuptialis*.

619. De humani cordis typo heic efficto, vide inf. *num.* 694.

620.

D M
Q. FABIO . Q. F
FABIO . PROCV
LO VIXIT . MEN
SIBVS . VIIII . DIE
BVS . XXIIII
CLAVDIA SPENDV
SA . NEPOTI . FECIT

621.

APVLEIA . SEX . F
ARCHELAIS . VIXIT
ANNIS . XVI . MENSES . VII
DIES . XVIIII . FECIT . PATER
FILIAE CARISSIMAE

DIIS

622.

DIIS MANIBVS
P. GESSI . FELICIS
VIXIT . ANNIS . XVII
MENSEN . VII . DIES . X
GESSIA . PROTE . MATER
FILIO . PIISSIMO . FECIT . ET
P.GESSIO.PHILOCALO PATRO
ET . P . GESSIO . AMPLIATO
FRATRI . BENEMERITO

623.

CHRYSARIVM . LIVIAE . L.
HERMAE . F . SVO . DAT
OLLAM

624.

D 7 M .
::OCCEIAE IANVARIAE
AVLIVS . CRESCES
.·.IVGI . ET COCCEIA
·.·.VINQVATRALIS MATE
·.·.RVNT . V . A . XXIII. M.VII

620. FABIO . De perperam iterato Fabii nomine, ablepticum quadratarium culpandum autumo. Legendum fortasse *Fabia*, idest *ex tribu Fabia*.

NEPOTI. Etsi per NEPOTES quandoque enuncientur posteri, ut apud Virgilium Æn. lib. VI.

Forte recensebam numerum charosque nepotes.

heic certe puerum indicat ex fratre, vel sorore natum.

622. MENSEN, *Menses*. GESSIA. *Gessiæ*, Isidoro sunt *divitiæ*. PHILOCALO. *Honestatis studioso*. PATRO. *Patrono*

623. F. SVO. *Filio suo*.

624. CRESCES. *Crescens*. Litteram N ante S, Latinos constanter omisisse testatur doctissimus Ant. Augustinius Dial. X. Innumera quippe afferri possunt monumenta in quibus hoc scripturæ genus deprehenditur. In numis optimi sæculi frequenter *Roma* RESVRGES pro *resurgens*. In pandectis Florent. PRAEGNAS, DAMNAS, pro *prægnans*, *damnans*. In SC de Bacchanalibus, quod illustravit Math. Ægyptius COSOLERETVR pro *consuleretur*. In saxis demum ubertim PVLVINESIS, OSTIESIBVS, NARBONESIVM, ATHENIESIS, INFAS, CASTRESE, LIBES, HORTESI, PERMASERAT, MORIES, COSERVO &c. Verumtamen cum innumeri similiter lapides elementum N ante S exhibentes extent, ita Augustinii sententiam nec amplecti, nec tueri queo.

.·.VINQVATRALIS. Cap. VI. num. 106. (ubi de hoc cognomine quædam innui) M. Aimilium Quinquatralem vidimus. Apud Fabrettum hoc Quinquatralis nomen, his enunciatum siglis QQ. reperies.

.·.RVNT. *Fecerunt*.

DIS


625.

DIS MANIB
IVLIAE C.F
SYNEGORIDI
VIX. ANN XVIIII
C. IVLIVS
AGATHOPVS
PATER
PIENTISSIMAE
FILIAE. FECIT

626.

D M
DIONYSIO FEC
L. IVLIVS DIONYSI
VS. ET. IVLIA COMI
CE MATER. FILIO
PIENTISSIMO
VIX. ANN. VIII
, D , XX ,

627.



625. SYNEGORIDI . Synegorus , lat. *Advocatus* : Synegoria , *defensio causæ* ; Synegoricum , *merces patrocinii* .

627. FILETE . *Philete* , amabilis . F pro Φ græcorum , non semel exhibent marmora, præsertim Gruteriana , in quibus *Hierofanta* , *triumfator* , *Bosforani* , *Pamfylus* , *Filonicus* , *Filumenus* ; & in nostris *Onfale* , *Farus* , *Stefanus* .

VIXIT . Fortasse menses xv. dies xxx. Nota enim Λ non modo pro A ut apud Fabrettum pag. 27. ubi PLΛCENTIOS . MΛRTE . SΛCROM , verum etiam pro M sæpe in saxis barbare inscriptis occurrit. Porro ævi barbariem quo insculptus est lapis , ostendunt parvæ hæ litteræ b & d pro B & D: ita apud Gorium h pro H

D M
hOSTILIA
ZOII. hIC

628.

D M
∴VIVIAE . CHERVSE . FI
∴ET.VCERIAE.SORORI.G
∵VS.ET HELIADES.S.FEC.PIENTIS
∴MIS . ET . SIBI . ET . SVIS . LIB
LIB . QVE . POS . QVE . AE
H . M . D . M . A

629.

D M
OBINIA
EVTYCHIS . EV
VEMERO . FIL . Q .
VIXIT A II.M. VIIII. D
XXVII . HXI ET VR
BANAE SORORI
QVI VIX.ANN.XVII.M.X
D.XVIII.REN.M

630.

A . VITELLIVS . A . L . SALVIV
SIBI . ET
A . VITELLIO . CELERI . F . VIXIT . A . XX
VITELLIAE . A . L . MEROE . CONLIBERT.∴
C . TROLIO . Ͻ . L . TERTIO . FRATRI . SVO
TROLIAE . Ͻ . L BVDE . FRATRIS . F .
C . TROLIO . C . ET . Ͻ . L . TERTIO . FRATRIS . F
LIBERTIS.LIBERTABVS.QVE.POSTERISQVE.EORVM

628. VIVIAE . L. *Vivius Constitutus* in Mus. Kirch., & apud Muratorium *Vivia Hilaria*. At heic *Viviæ* nostræ nomen ob marmoris fracturam fortasse imperfectum habetur.

HELIADES . Viri nomen a sole derivatum . In Gruteriana, HELIADES ADRASTI.

S. *Sepulcrum*. LIB . QVE . POS . *Libertabus posterisque* AE . *eorum* H . M . D . M . A . *Huic monumento* (trita interpretatio) *dolus malus abesto*.

629. OBINIA . Forte *Ovinia*, B pro V. De gente Ovinia ex qua Paternus ille Ovinius M. Aur. Claudii Gothici in consulatu collega, uti nonnulli opinantur vid. Cap. IX.

EVVEMERO . *Evhemero* filio qui vixit *annos* II. *menses* VIII. *dies* XXVII. *horas* II., & *Urbanae sorori quae* &c.

REN . M . *Merentibus*, quod sic ineptissime expressum, nescio an alias reperiatur.

630. A . VITELLIVS SALVIVS . Prænomen, nomen, atque cognomen Imperatorum A. Vitellii, & Salvii Othonis impudentissime usurpata dicerentur, si constaret Libertum hunc nostrum, horum Imperatorum fuisse coævum.

MEROE . Nomen fuit cujusdam cauponæ ab Apulejo ex re fictum, tamquam esset merobiba . Apud Ausonium etiam jocus est de anu bibacissima, cui ideo *Meroes* nomen inditum ludit, quod vinum aqua dilutum bibere nunquam patieretur.

Et tu sic Meroe: non quod sis atra colore,
Ut quæ Niliaca nascitur in Meroe:
Infusum sed quod vinum non diluis undis,
Potare immixtum sueta, merumque merum.

Vide Lucanum lib. 10. & Jo. Bapt. Souchajum in *not.* ad Ausonii *epigr.* 20. Nomen insuper fuit matris Cambysis Persarum regis, ex qua Meroe est nuncupata civitas Niliacarum, insularum clarissima.

MIMA

631.

MIMA L·L·MARONIA
DAT

MEROPI. TI. ET. AVG. L | TIMOTHEO. AVG. L.
DEMOSTH. VIR. FIL. SVAE | MARON FILIO SVO

MIMA. Mimæ, & Mimulæ dicebantur fœminæ gesticulatrices: heic vero Maroniæ est nomén; sic ad hunc usque diem Romani, fœminam nomine Flaminiam, *Mimam* per aphæresim vocant.

MARON. *Maroni*: cujus nominativus non MARO, sed *Maronius*.

632.

EROS. AVGVSTAE. LIBER
MAECILIAN. SIBI. ET
PLOTIO. HECTORI. FRATRI

PLOTIO. *Ploti* dicuntur, qui planis sunt pedibus. Lucium Plotium Gallum Rhetorem nominant Cicero, Eusebius, & S. Hieronymus ex Svetonio.

HECTORI. Heroum nomina servis quandoque communia effecta asserit Fabrettus cap. I. p. 9. quod in ludibrium abiissent: verum quis unquam credat apud Romanos Trojanorum heroum (*genus unde Latinum*) inclita nomina, in ludibrium abiisse? Quot Cæsares, Scipionesque, Pompejique etiamnum in servorum grege? Inferius Cap. VIII. libertum quemdam C. *Julium Cæsarem* Felicem videbis: quis tamen censebit hunc Julii Cæsaris prænomen, nomen, atque cognomen od contemptum sibi assumpsisse? nonne potius ob jactantiam, ut adhuc solent Etrusci, præsertim Senenses, apud quos ubicumqne adeas, in aliquem aut Homericum, aut Virgilianum heroem incidis?

633.

DIS MANIBVS
L. CARIANO. Ɔ. L
SEVERO. ET
L. CARIANO. L. L
ZOSIMO
FILIO
C SILIVS
FAVENTINVS
MAGIAHELPIS

634.

∴NATALIAN DEC. DAT
∴VLO FIL
∴YCHE MEMORIS

635.

IVCVNDO AGATOPIDIS
FIL

633. FAVENTINVS: Idest *domo Faventia*: quatuor hujus nominis urbes extitisse monet vir clarissimus Horatius Orlandius in opusc. cui titulus *Ragion. sop. un Ara ant.* Fortasse heic cognomen, non patria enunciatur.

634. ∴VLO. *Romulo*, aut *Proculo*. MEMORIS cognomen est, ut Tom. I. n. 473.

AGATOPIDIS. Sic, amota adspiratione.

IV-

636.

IVLIA PLOCIVM.·.·
.·.·ATYS SOR.·.·
.·.· DAT
.·.·EVARISTO.IVLIO

637.

.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
ET.M.GAVIVS.EVNVS
FECER.FILIAE.DVLCISSIMA
QVAE VIX.ANN.VI.M.VIII
PARENTES INFELICISSIMI

638.

D.M
APOLLONIS.VIXIT.ANNVM.·.·
ET MENSES.IIII.ET DIES.VI.FILIAE.·.·
TVRRANNIDIS ET MENIPPIE.·.·
DVLCISSIMAE FECERVNT

636. PLOCIVM. *Plotium*. C cum T commutatus, ut in DOMICIVS, TERCIVS MVNACIVS apud Gruterum. Male hunc lapidem excripsit Gorius; nempe PIOCIVM pro PLOCIVM, ATVS pro ATYS, & VARISTO pro EVARISTO.

638. EVNVS. Pædagogum liguritorem, nomine *Eunum* insectatur Ausonius *Carm.* 128. Fuit & quidam *Eunus Syrus*, qui servile bellum commovit. *Cæsinia Eunia* in saxis Volsiniensibus Apud Andream Adamum lib. 4.

639.

MEMORIAE
T.FLAVI EVCARPI AVONCVLI C.IVLI EVROTIS

MEMORIAE. Inscriptio hæc in basi insculpta est, in qua juvenile caput consistit. Recentiores musei Capitolini descriptores omnes, nomen IVLI omiserunt, scripseruntque AVONCVLIO EVROTIS pro AVONCVLI C.IVLI EVROTIS. Incognitum insuper dicunt caput. At cum ex uno tantum perfectoque marmoris frusto constent & caput, & basis, sic ad T. Flavium Eucarpum, quem laudat epigraphe, spectare & effigiem, a C. IVLIO, Avunculo positam, perspicuum est.

640.

M.LIVIVS :::::M.LIVII
PAEDEROS L.FELIX
::::PERATAE FILIA C

641.

P.CAETENNI
HERACLIDE CVR
FRATRI
ET.APHRODITI.AVG.L

640. PERATAE. *Speratæ filiæ carissimæ.*

641. CVR. Fortasse *Curator*. At de re cujus curam ageret, Cætennius noster (quod sane in saxis ad curatores spectantibus constanter indicatur) nulla in hoc marmore mentio; quare ex cursoribus potius fuisse reor. He-

Horum meminit Plinius in Epist. lib. VII. 12. *Vide ut mihi viaticum reddas, quod impendi, data opera, cursore dimisso*. Inter servos esse recensendum colligitur ex Lampridio, verba Alexandri referente, nimirum: *ingenuum currere, nisi in sacro certamine debet*. Aliquando enim ingenui erant, præsertim sub Ælio Vero, qui cursores suos ventorum nominibus Aquilone, Borea, Circio, Noto, appellabat, eisque alas, Cupidinum exemplo, apponebat. Vid. Sidon. lib. I. *Ep.* V. Casaub. in *Lamprid.* Emendetur Blanchinius qui pro HERACLIDAE . CVR, scripsit HERACLI. DAT . CVR.

642.

::IMIGENI::
::PATER
:::VARTHI

643.

DECIMIÆ CLBRAE
DAT CINNAMVS
MATRI CONIVGES SVIS

644.

SPONSA
DAT
IVCVNDAE
SVAE

LIVIAE . L
DAT
M . FILIO LIVIO

643. DECIMIÆ. En iterum, ut in aliis, diphtongum hodierno more expressam. Vid. sup. num. 541.

CONIVGES. *Matri* scilicet *Decimiæ Claræ*, & *Conjugi* (anonymæ) SVAE.

644. SPONSA. *Liviæ lib.* dat *Jucundæ* filiæ, & M. *Livio filio*-

645.

D M
L . CISSO . FILIO
::VLCISSIMO VIX AN::
:::I . VIIII . D. VI . H . VI
:::ROILVS . ET PIA
:::ARENTES . FEC

646.

D M
CALLIPIDES . AVG . LIB
FECIT MARCIANO FILIO
SVO . ET . SIBI . ITEM LIBER
TIS . LIBERTABVSQVE . PO
::TERISQVE . EORVM

647.

D M
L . VALERIO . SEVERO
PATRONO
L . VALERIO SABINIANO . F . V . A . XVII
VALERIA . IAS . MATER . FECIT

::::IT SIBI . LIBR . LIBERTABVSQVE . POSTERIS AEORVM

648.

BASSO
NAIS . SOROR
FECIT . V . A
XXVII

645. CISSO. Cissus est hederæ genus, a quo forte L. Cissi nomen, nisi mavelis a Narcisso, imminuto scilicet per aphæresin nomine. Inter Liviæ servos tamen habetur Cis-

Ciſſus Parmeno, & apud Livium p.172. *Ciſſus* Xicadii filius. ROILVS. *Troilus*.

646. CALLIPIDES. Forſan *Callipædes*, quaſi *pulcher puer*, aut *pulchros habens filios*. Callipæs quidem, qui *pulchram habet prolem* ſignificat.

LIBERTABVSQVE. Verbum *libertabus* Fabrettus Cap.IX. pag.722. *ſordidum* appellari tradit, quod ex Cortii commentariis ad Plinii epiſt. lib.x. 4. hauſiſſe videtur. Verum cum verbum hoc in innumeris fere antiquiſſimæ, immo Auguſteæ ætatis lapidibus reperiatur, quare *ſordidum* appellarint Diomedes, Soſipater Chariſius, atque Priſcianus, non aſſequor: eo magis quod niſi ſexto caſu *liberta*, & *libertabus* ſcribatur, viri liberti haud diſtinguerentur a fœminis. Ea quidem de cauſa in teſtamentis dici conſueviſſe *libertabus*, Chariſius ipſe teſtatur. Nec cum Buchnero exiſtimo ab hoc vocabulo Plinium abſtinuiſſe, ut elegantiæ atque nitori ſtuderet: nitor enim, & elegantia nulla eſt, ubi eloquii ambiguitas, quæ nec a textu licet Pliniano abeſſet, niſi ex nominibus quæ ibidem afferuntur, manifeſte colligeretur de fœminis agi, non de viris; *item rogo*, inquit Plinius loc. cit. *des jus Quiritum Antoniæ Maximillæ* libertis *Heliæ*, *& Harmeridi*. Ipſe profecto, qua ratione verbum *libertabus* ſordeſcere dicatur, cum verba *Deabus*, *Animabus*, *Filiabus* paſſim adhibeantur, quam libenter audirem.

647. ::IT Repetitio verbi *fecit* anſam ſuſpicandi præbet, poſtremam hujus ſaxi lineam ad Valerii Severi titulum haud pertinere, ſed fortuito ejuſdem fuiſſe epitaphio ſuppoſitam, ab iis, qui veteres in Muſeo noſtro lapides collocarunt.

649.

D . M . S
MAXIMVS . HIC . RECVBo
DVLCISSIMVS . INFAS . BIMVLVS
INTERTIVMESCENDENS SIS
MIHI TERRA LEVIS . DVLCIS
ERAM . MATRI . CARIOR
::::VSQVE PATRI . FECERVNT
L . PETRONIVS . AMPLIATVS
ET . MASONIA . BRISEIS
FILIO . DVLCISSIMO

RECVBO. Recubare proprie eſt *iterum cubare*; ſed interdum pro *quieſcere*, vel *requieſcere* ponitur. Sic Tityrus ille Virgilianus

—— *recubans ſub tegmine fagi*

ſilveſtrem muſam tenui avena meditabatur. Plinius lib. VI. Ep.16. ubi Avunculi interitum narrat: *ibi*, ait, *ſuper linteum recubans*, *ſemel atque iterum* &c. Verumtamen *recubare* pro *requieſcere*, nunquam in titulis ſepulchralibus repereram, niſi apud Petrum Appianum p.191. ubi Aſtorius. HIC. CVBAT.

INFAS. De N omiſſa quandoque ante S vide quæ adnotavimus num.624. Uſque ad annum ſeptimum, hominum ætas, *Infantia* appellatur. In aulis tamen Hiſpanica, & Luſitana, Regis filii, licet prolixe pleneque barbati, ſingulari quidem appellatione, & privilegio, *Infantes* vocantur.

ESCENDENS. *Aſcendens*. Ideſt (ſi quid video) *tertium* jam ætatis annum *attingens*.

DIS

650.

DIS . MAN
PHOEBO . CAESARIS
N . AGRIPPINIANO
CLAVDIA.MAXIMILLA
COGNATO SVO FECIT

651.

HELPIS
HELPISTVS
FILIVS

652.

D M

VOLVMNIAE
EVTYCHIAE
MATRI . BENE
MERENTI . FECIT.
L. VOLVMNIVS

653.

D . M
L . CORNELI . PRI
MITIVI . QVI
VIXIT . AN . XIII
M.V.D.X. P. AELIVS
PHILADESPOTVS
PATER FILIO FECIT

654.

D . M
MODIO
OFELIO
MODIA.PRISC
ILLA.F.D.F.

655.

CASTOR
VIXIT . AN. III. D IV
AGATHNPVS.
PATER . FECIT

656.

::VNVS.SELEVCI.F
ANTIOC
VIXIT.ANXIIX

657.

D M
PASSENIAE
PIAE
PASSENIA
MATER . FECIT

658.

CLAVDIA.METROBI.F
PHOEBAS
VIX.ANN.VIII

654. F. D. F. *Filio dulcissimo fecit*.

656. .:.VNVS . Eunus Antiochus, Seleuci filius, uterque fortasse e Syria oriundus.

658. METROBI. Metrobii, Augusti liberti titulum egregie illustravit V.C. Dominicus Cerullus, ut alibi diximus.

659.

LIVIAE LALAGE . L
M.LIVIVS SABINVS.F
VX.SORI.SVAE.OLLAM
DEDIT . EIQVE . LIVIA
TERPNI. ET .SATVRNIN
LIB.SECVNDA DEDIT

LIVIA . MENOPHILI .L
SABINI . L. CHLOE
M.LIvIO SABINO FIL.SVO

OLLAM DEDIT

659. *Lalage* (nomen, Juvenalis, Martialis, atque Horatii libros pervolventibus, haud novum) *ollam dedit* M. Livius Sabinus: M. Livio Sabino *dedit* Livia Secunda Terpni, & Saturnini *liberta*.

Livia *Chloe*, liberta Menophili, qui & ipse Sabini libertus erat, *ollam dedit filio* M. Livio Sabino, qui igitur *ollam dedit uxori*, habuitque a *matre* Livia Chloe, & a Livia Secunda. Liberti & Servi quandoque libertos, libertasque habuerunt, ut colligitur ex saxis, probatque Fabrettus Cap. IV. p. 302. & C. VI. pag. 474.

D.M

660.

D . M
IVNIAE . IRENENI
FECIT . FLABIA . OPTA
TA . SORORI . INFELI
CISSIMAE . QVAE . VI
XIT.ANNIS.VII.DIEB.XVIIII

661.

DIS . M
∴XPEDITVS . VTIII::
FRATRI . SVO
EVTYCHES VER . SVO
FECIT . SECVNDA MATEI
PIENTISSIMAE IACIIISP
VIXIT ANIS II MXI D XIV

660. IRENENI. Alibi *Ireneti*. FLABIA. *Flavia*.

661. ∴XPEDITVS . *Expeditus* VTILI fratri suo.

MATEI . *Mater* . In sexta vero linea PIENTISSIMA ET AGILIS P. *posuit* ; sic Vignolius qui marmor, nondum excisum, apud Ficoronium viderat, exscripseratque, neglecta tamen omnino ortographia, ut videre est apud eumdem in *Inscript. Sel.* p.266.

662.

D M
L . TREBELLIO'
HIRPINO'
QVI . VIX . ANNIS
VI . M . V .
L . TREBELLIO'
CRISPINO' VIX
AN . IV . PAREN . FIL
FЄCЄRVNT.BENE.MERE

663.

D . M
T . AVRELI FELICI
ANI.FIL.DVL.Q.V.M
AN.II.MXIDXXIII
FECERVNT . FELIX
ET ZOSIME PAREN
TES INFELICISSIMI
LOC DON
AELIA TYCHE

664.

LAEVIAE
CALLISTE
LAEVIAE
CALLIRHOE
MATRI . PIISSIMAE

665.

TROLIA.C.L.HERACLÆ
ET METROGENIS
PATRIS.FILIVS.FECIT

666.

ELPIDEPHORO ELPIS
MATER' FILIO' BENE
MERENTI . FECIT
Q VIXIT . ANN' III
MENS . XI . DIEB . XXVII.

662. HIRPINO. Cognomen ut puto ex regione. De Hirpinorum plaga, ubi Amsancti valles, a Plinio lib. II. collocantur, adi Cl. Pratillum in *Via App.* descript. lib. IV. cap. 4.

FЄCЄRVNT. Ter heic habetur littera G sic lunata, Є pro A. Qua ætate elementum istud hoc pacto effictum in usu fuerit, perquirunt viri eruditissimi Antonius Lupi in *Epist.* S. Sev. §. XV. Eduardus de Vitry in Dissert. *de Flav. Clementis* tumulo pag. 24. Sponius in Miscell. *Erud. Antiq.* sect. VIII. Multorum opinio est Є, sic formatum antiquissimis temporibus Syro-Macedones, & Ægyptios, Græcos vero Europæos nonnisi circa Domitiani tempora adhibuisse. Certum tamen est, hisce docentibus Auctoribus, in numis qui Domi-

mitiani ætatem antecesserunt formam Є interdum esse pro E usurpatam. Reperitur etiam in triumphali titulo (qui in Basilica Sessoriana adservatur) Cruci Redemptoris nostri superposito. En characteres, sic more Judæorum ordine inverso scriptos.



Adi Jacobum Bosium in Opusc. vulgo *la Croce trionfante* lib. I. cap. XI. Eamdem insuper litteram reperies in antiquis Saxis, tum Ethnicis, tum Christianis in quibus legitur MЄNSЄS, HЄLЄNI, ЄT, FILIAЄ, PARЄNTЄS, ЄX AЄRЄ, DЄC, PACЄ, GЄNIO. Immo vero pro AE, heic in SVЄ, idest *suæ*, & in FAGNЄNЄ, VAENEMЄ, INCOMPARABILЄ. At conf. laudatos Scriptores, qui de hac re ad satietatem usque disseruere.

663. M. Sigla errónea, quæ nihil enunciat: lectio namque hæc est: *Qui vixit annos* I I. *menses* XI. *dies* XXIII.

LOC. DON. *Locum* scilicet sepulchri *donavit* Ælia Tyche.

665. HERACLÆ. De diphtongo sic expressa, satis alibi sermonem habui.

666. ELPIDEPHORO. *Spem habenti.*

667.

DIS. MANIBVS
SACRVM
SALVTARI. FILIO
FECERVNT. PARENTES
VIXIT. ANNS. VII. M. II. D. XX
HORIS. III
STAPHYLVS. PATER
NICE. MATER
STAPHYLE. SOROR

668.

D. M. CLAVDIAE
THALIAE. FEC. P. ET. M
M. VLPIVS THALLVS ET
CLAVDIA. HELPIS

669

LOCVM. C. CALVISI
BACCHI. SIBI. ET
FRATRI. ET. AMICIS

667. SALVTARI. In tympano figura adest pueri, pectori catellum admoventis.

668. THALIAE. *Floridæ*, unius ex Musis. Virgilius Ecl. VII.

Nostra nec erubuit silvas habitare Thalia.

FEC. P. ET. M. *Fecerunt Pater* (M. Ulpius Thallus) *&* *Mater* (Claudia Helpis) filiæ.

THALLVS. Scapus, columnæ stylus, & veluti virga supra Scapum; sed & alias habet significationes. Nomen fuit cujusdam liberti a manu, quam Augustus (quod pro epistola prodita, ut narrat Svetonius, denarios quingentos accepisset) crurifragio addixit.

669. LOCVM. Sepulchrum, vel sepulchri locum fratri, & amicis communem, emit.

670.

DIS MANIBVS
CLAVDIAE
ISIADIS
VIX . AN . I . MES . IIX . DIES XIX
PATERBMPOSVIT
P . H . S . I . T . P . D

671.

D . M
PASSIENO
PRIMIGENIO
PASSIENVS
STEPHANVS
FILIO . SVO . FECIT

672.

D . M
STABILIS.VIX.A.IX.
DIEB. XLVII. IVLIA
SOTERIA . MAT
FILIO . PIISSIMO

673.

LAELIA
MARCISSI.FI.FELICVLA

674.

D M
PARTHENOPEO
F. V. A. XVII . D. VII
.S. T. T. L.
ASTEROPAEVS.PAL
b . M

670. PATERBM. *Pater* filiæ *benemerenti posuit*. Quæ sequuntur siglæ, nec ab ipso Quadratario explicarentur.

671. PASSIENO. Triginta, diversis tamen cum cognominibus, Passienos nominat Vignolius in *Inscript. fol.*

672. DIEB XLVII. Enumerationem dierum ultra xxx, perrarò in antiquis marmoribus observavi: scribi heic sane poterat ANN. IX. M. I. D. XVI. aut XVII. vel (si mense Martio decesserat) xix. At ne putes heic dumtaxat hoc deprehendi commentum, nam apud Manutium in Ortogr. legitur VIXIT. ANNVM (nempe *unum*) ET. DIES. LIII. & apud Jacobonium de *Cæs. gent.* pag. 154. CVM. MARITO. VIXIT. DIES. CENTVM, AEGROTAVIT. DIES. $\overline{XXX}$.

673. MARCISSI. Forte *Narcissi*, ut alibi, aut ex Marco *Marcissus*, quod tamen non placet; nam ex Marco, *Marcellus*, *Marcellianus*, *Marcinus*, *Marculinus*, *Marculejus*, MARCISSVS vero nunquam legeram.

674. PARTHENOPEO. *Parthenope*, faciem virginalem significat.

ASTEROPAEVS. Qui utraque manu æque utitur; *ambidexter*. PAL. Forte ex tribu Palatina: at ego puto Quadratarium PAL scripsisse, pro PAT. *Pater*.

D . M

675.

D . M . SPEI
VA . II . M . X . D . XXIII
L . PORCIVS
CASTRESIS . ET
OCTAVIA . POLLA
ET . SVLLATIVS
POLLIO
DELICATAE
STAE

676.

CANACE . FELICI . F
SVO FECIT

VIXIT ANN . II
MENSIBVS . IIII

677.

DIS . MANIBVS
CALPVRNIAE . PIAE . V.
A . XX . CHARITO . CONTVBERNAL
ET . CALPVRNIA . PHIDO . MATER
CALPVRNIAE . PHIDO . FECERVNT
T . VATINIVS . FELIX . CONTVBERN . ET
M.M.LICINI.IHANTEDEI.HESYCHVS MATERI *sic*
SVAE

678.

D N
ROMVLO . FILIO
DVLCISSIMO
PHILE . MATER . FECIT
QVI . VIXIT . ANNIS . XI
DIEBVS XXXII

675. DELICATAE. Vid. sup. in not. ad Inscript. num. 518. Cum defunctæ Parentes fuerint L. Porcius Castresis, & Octavia Polla, SVLLATIVM POLLIONEM nutricium fuisse crediderim, qui ob affectum, SPEM vocat *Delicatam* suam, idest *Delicium* sive *Delicias*.

676. CANACE. Nomen virginis Æoli Thuscorum regis filiæ, a Machareo fratre vitiatæ, de qua Ovidius poetice, historice vero Plutarchus scripserunt. Canacis parturientis tragædiam egisse Neronem, author est Svetonius.

677. M. M. Idest M. Licinius, & M. Hesychius. De geminata, prænomen indicante littera, adi Cl. V. Zaccariam in *Instit. lapid.* lib. II. cap. I.

D . M

679.

D . M
SVLPICIA . CRYSIDI
ET.FILIABVS.PHILVMENE
ET.MYRTIDI.FECIT . SVL
PICIA . PHILEMATIN
LIBERTABVS . B . M.

680.

T.LVCCEIVS . T.F.ANTHVS
VIXIT . ANN . XII
T.LVCCEIVS.ANTHVS.PATER
FILIO . SVO . CARISSIMO

680. T.F. *Titi filius*. Inutiles omnino siglæ, cum in eodem titulo Pater nominetur. Ceterum notatu dignum videtur Patri, & Filio idem fuisse prænomen, idemque nomen & cognomen. De familia LVCCEIA sermo est apud Morellium.

681.

D . M
CALLISTVS . ET . SILVA
NA . CAESARIS . N̄
SILVANO . FILIO . PIISSI
MO . FECERVNT . V . N .
V̄I M.V.D.XI.IN F.P.III.IN.A.P.III.

682.

D . M
MARCIANI
AMANDVS
ET . SPES . PARE
NTES . FILIO BAR
ISSIMO.QVI.VIX
ANNIS.V.DIEBVS.XXX

683.

D . M
FLAVIAE . HELPIDI MATRI
BENE . MERENTI . FECIT
T . FLAVIVS . SABINVS
ET . SIBI . ET . LIBERTIS . LIBERTA
BVSQVE . POSTERISQVE . EORVM

679. PHILEMATIN. *Philemation*, Philematium *suaviolum*. Amicæ Philolachetis nomen apud Plautum in *Mostell.*

682. BARISSIMO. *Carissimo*. Litterarum adulteratio, Quadratariorum incuriæ tribuenda, sæpe sæpius in inscriptis lapidibus notatur. Fortasse *Rarissimo* ut Tom. II. p. 18. ex Jacobonio, *contubernali* RARISSIMO.

684.

DIS MANIBVS
MANSVETAE CAESARIS
N SERFECERVNT . FILIAE
NE MVTAET . PRIMIGENIA
MATRI . PIENTISSIMAE
QVAE . VIXIT ANN . L

685.

D M
RVFO
RVFILLA . MATER
FILIO . CARISSIMO
FECIT

D M

686.

D M
MASCLIO
FISCELLIO
NI . FIL . FEC
QVI . VIX . ANN
IIII . DIEB . XVI

687.

D M
PASSENIAE.SABINA
OCTAVIA.EPITEVXI
MATER . FILIAE
CARISSIMAE FECIT
QVAE VIX . ANN . X
MEN . VIIII . DIES . VI

688.

❦ D ❦ M ❦ S
SALVIAM FILIO BENE
MERENTI FECIT . CRES
CETIANO FILIO . Q . VIXIT
ANIS . VII . MENS . UIII D
U

684. N SER . *Cæsaris nostri servæ*, fecerunt Nemuta, & Primigenia.

686. MASCLIO . Nomen cognomenque Cistophoro conveniunt, aut cistarum artifici. *Maschalium* enim canistrum palmeum significat : *Fiscella* vero, cistam vimineam.

687. SABINA . *Sabinæ* : *Epiteuxis*.

688. SALVIAM . *Salvia mater*.
CRESCETIANO . *Crescentiano* : sic *Cresces* pro *Crescens* vidimus num. 624., ubi & de N ante S (heic ante T) omissa egimus . De U sic rotundata vide inferius in not. num. 694.

689.

D M
COMINIO ATIMETIANO
COMINIA STABILITA
VERNAE SVO QVI VIXIT . AN
NIS XIIII M XI D X ET FLAVIO
HERMETI PATRI EIVS ET LIBER
LIBERTAB POSTERIQ EORVM

690.

D M
PONTIAE
IANVARIAE
PONTIVS
IVSTVS
AMITAE

COMINIO . Lapidem hunc, in quo interpunctiones, Græco more omissas notavi, hoc anno 1777. ex promptuario lapidario Octavii Perinii ad S. M. vulgò *Campo carleo*, in Museum nostrum transferri curavi.

STABILITA . Cognomina ex adjectivis deducta quamplurima notantur in collectionibus : ita huc illuc, *Restituta*, *Optata*, *Re-pen-*

pentina, *Reparata*, *Servata*, *Liberata*, *&c.*

690. AMITAE. Hujus vocis etimologias penè ridiculas affert Vossius in *etym. ling. lat.* Libentius ad Martinium accedo, qui ejusdem vocis etymon ab Arabibus arcessat, quibus eo docente צם *am* est *Patruus*, צשח *ammat*, idest *amita*. Cippum hunc pateris ad latera ornatum anno 1777 RR. PP. Congregationis Matris Dei *de urbe* mihi perhumaniter largiti sunt, ne forte & iste (ut alii qui in eorum Collegii vinea Tusculana olim servabantur) in nocturnorum furum manus incideret.

691.

DIS . M
L . ATINIVS . DIADVMENV
ATINIAE . PRIMAE
LIBERTAE ITEM VXOR



FEL. ATINI O DIADVMENO
FILIO . ET . ATINIAE PRISCILLAE
FILIAE . DVLCISSIMIS
:::I . ET . POSTERISQVE SVE

692.



D M
P. AVRELIO . IASONI
ET . AVRELIAE. HELPID
: : : : : : : : : : : : : : :
ET AVRELIAE . CEF
IALINI . FILIAE
EORVM
P. AVRELIVS ONESIMVS
B . M . F

689 DIADVMENV. quod Græcis διαδουμενος, Latinis est *diadematus*. Sic vocabantur infantuli, qui quodam obtecti pileo nascebantur, ut de Antonino, Macrini Imp. filio, *Diadumeno* hac de caussa cognominato, Lampridius refert. Hunc pileum (quem Gallicus vulgus *coeffe* nuncupat, Belgicus *galeam*) obstetrices, eodem Historico teste, rapiebant, credulisque Advocatis vendebant. At disertissimus vide Isaaci Casauboni notas in *Hist. Aug. Script.* p.141. Ed. Paris. 1620.

DVLCISSIMIS. Legendum procul dubio *Filiæ dulcissimæ sibi*, *& posterisque suis*: sed notatu digna est Quadratarii inconsiderantia, qui elementum E, ponendum post M adjectivi *dulcissimæ*, insculpsit post V relativi *suis*; elementa vero IS, adjicienda relativo *suis*, posuit post M adjectivi *dulcissimæ*.

FFL. *Fecit* L. Atinio Diadumeno.

692. P. AVRELIO Iste ex illis est lapidibus, qui vulgo ab eruditis *rescripti* vocantur, ut ex tertia præsertim autographi linea aperte dignoscitur. Ficoronius, qui saxum nondum rescriptum viderat, legebat P. *Aurelio Jasoni*, *& Aureliæ Helpidi*.

CONIVGI AFFICVISA
ET AVRELIAE CER
TALINI

Sic revera restitutam hanc Muratorius edidit inscriptionem Cl. xx. p. 1442. Fides sit penes utrumque.

693.

∴C . EST SI I A
∴TILIA . HILA
∴A.S. DOLOR
∴IVC TVSQVE
∴RENTVM
∴AE VIXIT . AN
∴VIIII MENS VI
∴B . VII . RVTILII
∴TVRVS . ET
∴DON:::PAREN

Hic . est sita RV*tilia* . *Hila*RIT*as* . *Dolor Luctusque* PA*rentum* . *Quæ vixit* annos VIIII. menses VI. DI*ebus* VII. *Rutili*VS PROFV*turus* HE *done parentes* , *posuerunt* .

DOLOR . Sic apud Petrum Apianum pag. 369. LIGVRNVS . PVER . DOLOR . PARENTVM . Saxum hoc emi nuperrime a vinitore Jacobi Gervasii, cujusdam vineæ, extra portam Salariam sitæ, domini.

694. AE STERCORIE , *Æliæ Stercoriæ* Hoc nomen ex humilitate assumptum reputat Fabrettus Cap. VIII. At cum in isto ad Ethnicam familiam spectante saxo idem nomen reperiatur, ideo Fabretti assertum (quocumque sensu humilitas accipiatur) claudicare videtur. Omnium namque virtutum matrem *Humilitatem*, Gentiles agnovisse difiteor; nisi de adulatoria illa intelligatur humilitate de qua Arnobius *adv. Gent.* lib. 1. Quemadmodum igitur Jupiter, *Sterculius*; Venus, *Cloacina* cognominabantur; ita Venusiani sororem, *Stercoriam* fuisse cognominatam, omni prorsus posthabito abiectionis sive humilitatis scopo, ego quidem existimarim. Nonnè habetur PORCIA in historia Romana? P. SVILLIVS apud Gorium? PORCARIAM in saxo Lugdunensi a Maffæjo edito? Quædam alia putida afferre possem nomina, allatis analoga; at diutius per has immunditias vagari, ingratum nimis legentibus foret & mihi.

694.

D M
VENVSIANVS QV
VIXIT ANIS ❦ UI ❦ MEN
V ❦ ET AE STERCORIE
SORORI ❦ EIVS ❦ QVE VI
XIT ANVM ❦ ET MEN
SIS ❦ VIII ❦ MARCIA ❦
NVS ET FILICITAS FI
LIS BENEMERENTI:::
FECERVNT

ANIS . UI. *Annis sex*. In epitaphio Jovinæ apud Lupium p. 133. numeri octo, & sex, sic insculpti UIII, UI. cernuntur, & superius inter nostra *Num.* 688. vidisti MENS. UIII. D. U. Rentur hinc nonnulli *v* rotundatam inferius, non angulatam, peculiarem, Christianorum scripturam indicare. Verum jam satis norunt Eruditi elementum istud hoc pacto U insculptum reperiri etiam in lapidibus Gentilium, ut in tabula fratrum Arvalium, in psephismate Galbæ Imp. a Gorio T. I. edito, in saxo Fabrettiano Cap. VI. p. 441. in prima demum nostræ Collectionis inscriptione in qua UENVSTVS.


De cordis typo, in quibusdam etiam aliis inscriptionibus iterato, heic pauca notabimus. Compertum est ergo Julium Jacobonium in Append. *de Cæsior. gente* Cap. XVI. per cordis imaginem hoc pacto in tabulis sepulchralibus effictam, Defuncti sinceritatem ingenuitatemque indicari contendisse, quod quidem si ita se haberet in singulis fere defunctorum titulis corda viserentur insculpta. Ad suam tamen sententiam comprobandam, disertissimus Auctor morem fuse enarrat Romanorum, qui dum adhuc puerili ætate florerent, bullam affabre in figuram cordis elaboratam, supra pectus gestabant. Verum bullas, cordis imaginem præferentes nullibi huc usque vidi, neque in Museis, neque apud Ficoronium in Tract. *de Bull. aur.* nec denique in Etrur. Reg. Dempsteri pag. 381. *tab.* 41. ubi

quæ


quæ visuntur (nisi aliquod

—— *tribus Anticyris caput insanabile*

Etruscorum cordium a communi diferre excogitet) nullam cordis figuram exhibent. Hec autem bulla (si tamen bulla) puerilis



in cujusdam urnæ Dempsterianæ fronte delineata, quæque a doctissimo Passerio *Paralip.* p.134. in formam cordis effcta dicitur, an cordis figuram exprimat, oculatis Lectoribus judicio relinquimus. Idem de Ficoronianis dico, quas heic perpendendas subiicio.



Papebrochius *act.* SS. 20. *Maji*, Aringhius *Rom. subterr.* lib. VI. Boldonius in epigraph. lib. V., Grasserus tandem in saxis *Nemaus*. p.236. cordis typum in lapidibus fuisse designatum censuerunt ad exprimendum animi mœrorem luctumque, sive *cordolium* illius, qui aut tumulum defuncto erigi, aut titulum insculpi curabat. Opinionem hanc merito deridet Reinesius in Præf. p.7. merasque nugas appellat, potissimum cum idem omnino typus in faustis quoque inscriptionibus reperiatur, ubi ut ait Fabrettus Cap. III. *nulla doloris occasio*. Ex iis profecto sunt illæ quas Fabrettus ipse edidit p.118. altera votiva DIANAE INVICTAE ab Ulpio Martiale ejusque uxore posita; altera vero honoraria a Decurionibus, plebeque Petilinorum A. ANTONIO PELAGIANO *Patrono* decreta. Ita in arcu Septimii Severi, ubi non mæroris, sed lætitiæ occasio est, cordis imaginem intuemur.


PARTHICI ❦ MAXIMI ❦ BRITTANICI ❦ MAXIMI

Cernimus & in vetustioribus Christianorum templis; in hemicyclis scilicet ecclesiarum S. Cæciliæ, & SS. Cosmæ, & Damiani, opere musivo exornatis: In veteri denique sigillo apud Boldettum lib. II. cap. 14. cordis figura conspicitur.




Ve-

Verumtamen, hæc omnia me dixiſſe profiteor animo illorum ſententiam declarandi, qui veteres hoc ſigno cor humanum conſtanter indicaſſe pro certo habent: Ipſe vero ab hac deduci nequeo, nimirum ſigna priſcis fuiſſe potius foliorum, quam cordium figuras. Si namque cordium, quare caules appoſiti? Quis unquam ἀνατομικὸς humanum cor, caulibus inſtructum agnovit? Folia vero ad inſtar cordis efficta, crebro in antiquorum monumentorum ornatibus deprehendi compertum eſt. Hæc interdum accipe.



(1) In vaſe quodam fictili apud Dempſterum *Etr. Reg. tab.* IX. (2) Ibid. *tab.* XV. in qua Bacchi ſacerdos ramuſculum geſtans. (3) In titulo Cornelii Felicis *inf.* Cap. VIII. (4) In titulo Hecatodori in *Append.* (5) ap. Boſium p.294. 295. in Auſanonis lapide. Idem videre eſt in patera Anſidæjana *tab.* VI. ab eodem Dempſtero vulgata; idem in pluribus vaſibus, urnis, pateriſque Etruſcis, & Græco-Siculis, in quibus foliorum forma eadem omnino eſt. At quidquid de hac re ſit ſentiendum, cum iis convenio, qui hoc ſigno, interpunctionis loco ſæpiſſime uſos fuiſſe Marmorarios, opinantur. Permulta, revera, veluti hieroglyphica, punctorum vice fungentia, ad ipſamet interſecanda titulorum verba comperimus, quæ heic ex variis Collectionibus tranſtuli.



(1) (2) (3) Ap. Reineſium p.329. 522. 384. & in Præf. p.7. (4) ap. Boldettum lib.1. cap.52. (5) apud Gorium Tom.1. pag.95. (6) (7) ap.Odericum Syll.vet.Inſcript. p.199. (8) ap. Placentinium de ſiglis Græc. pag.167. (9) ap. Margarinium Inſcr.Baſil. S.Pauli p.62. (10) (1) ap. Grut. Cl. XI. & p.263. (12) ap. Phil. Bonarotam vetr. ant. (13) frequenter in collectan. (14) ap. Lupium p.60. (15) ap. eumdem pag.72. (16) ap. Cellarium in Orthogr. p.55. (17) ap. Cl. Zaccariam in Inſt. lapid. p.338. (18) (19) (20) (21) in noſtris. His ſociandus eſt Brixianus ille lapis ab Oct. de Rubeis p.293. editus, in quo inextricabiles quædam, hoc pacto interſecatæ deprehenduntur litteræ. Q. Antulejus &c.

S ς, O ς, I ς, I ς, R ς, I
C ς, I ς, I ς, V ς, S
Q ς, C ς, I ς, V ς, I ς, I ς, I

Prætereundum vero haud eſt, me in Muſeo noſtro lapidem reperiſſe, in quo verba,

communibus interpunctionibus æque, ac foliis ſejuncta viſunrur

FECIT. ❦ DOMITIAE. ❦
ET. ❦ SIBI. ❦

Obiter heic advertendum puncta Judæis penitus ignota fuiſſe. In toto ſane Talmude, tam in Miſchna, quam in Gemara, nulla punctorum mentio reperitur: Itaque adſtipulandum Eliæ levitæ, inſigni inter Hebræos grammatico aſſerenti, interpunctiones excogitatas fuiſſe a Judæis Tiberienſibus poſt confectum Talmudem.

EVTROPVS. *Probus*. Eutropia enim græce loquentibus, *morum probitas* eſt.

695.

M.AVR.AVG.LIB
EPICTETO.ET
MANILIAE
SABINAE PA
RENTIBVS.BE
NE.MERENTI
BVS.FILI.FECE
RVNT

696.

CLODIA.LIBERA
CLODIO.MARCO
AMBROSIO.FILIO
DVLCISSIMO.QVE
VIX.ANN.XXXVI.ET
AMBROSIA.LIBERA
FILIA.PATRI.B.M
FECERV NT

Una tantum tabula, duos iſtos exhibet titulos: Epicteti ſcilicet in antica facie; in poſtica vero, Clodiæ Liberæ. Duplex ſane in uno tantum tenuiſſimoque lapide titulus, paupertatem aut Epicteti Sabinæque heredum, aut Ambroſiæ Liberæ teſtatur, ob quam aut illis, aut iſtæ inſcriptum jam lapidem adhibere neceſſe fuerit; niſi mavelis id Quadratario tribuere: attamen tanta mihi inconſiderantia vix credibilis videtur. Ut ut res ſit, marmora ex utraque parte inſcripta, haud nova nec mihi, nec illis ſunt, quibus innoteſcit celebre illud Muſei Kircheriani ſaxum, duo continens epitaphia, alterum Ethnicum, alterum vero Chriſtianum; hoc ad CONSTANTIVM DIOSCOLIVM, illud ad Q. MEDICVM. AVG. LIB. ſpectans. Adi etiam Fabrettum cap. IV. p. 307. Secta vero nuperrime tabula, diviſos omnino, noſtros nunc exhibet titulos.

CA-

CAPUT VIII.

Patroni, Amici, Vernæ, Liberti, & Colliberti utriusque sexus.

697.

MARIO BLASIO∴∴MARIVS SOCR.∴∴∴
MARIVS HAMI.∴∴S.∴∴LIVS BF LIBER.∴
CONTVBERNALIS.∴∴AEDES EIVS ITA VT.∴
∴∴LERI IVSSERAT VT MACERIES DVCER.∴
∴∴ONG.∴∴PED.∴∴HEREDES.AVTEM.A.∴∴
∴∴∴∴∴∴VDINEM PED.II.LONGIT.∴∴∴
CONCHAM.ET.TECTVM.ET.OLLAM.∴∴∴
∴∴∴∴SIBI.ET.SVIS.IN QVO D.∴M.∴∴∴∴
∴∴SOCRATIS.PARS.DIMIDIA.∴∴∴∴
∴RO PARTE IIII.SOTERIDIS PR.∴∴

LAPIDEM hunc ita fœde effractum (quo librorum quidam ornator adæquandis libris utebatur) mihi, an. elapso 1776. (utinam citius) donavit præclarissimus Præsul Franciscus *Palli-Amadori* qui nuperrime, rebus humanis exemptus, nobis triste sui desiderium reliquit. Complura in eo continentur, quæ jam alibi elucidavimus. Dispositio sane est testamentaria Marii Socratis, ad jus sepulcri pertinens.

∴VDINEM PED. II. LONGIT. Ita in Lugdunensi *Licinia Aretusa conliberto suo fecit cui locus emptus est* LONGVM sic P. VI. LATVM P.IIII. ubi Sponius in *antiquit. Lugdun.* p. 183.) siglam P. male *passus* interpretatur pro *pedes*.

CONCHAM. Conchæ, in monumentis sepulcralibus, mentio hic primum occurrit. Vas cinerarium aut urceum unguentarium fuisse suspicor, qui in sarcophago includeretur; compertum enim est Antiquos cadavera ungere solitos. In sacris etiam libris legimus Asam Regem, *mortuum, in cubili quod impleverat arom aticis speciebus, paratis unguentario opere collocatum esse*. Pompeii caput J. Cæsar, teste Valerio Maximo lib. v. cap. 1. plurimis, & pretiosissimis odoribus cremandum curavit. *Postea voluptas ejus* unguenti, inquit Plinius lib. XIII. *a nostris quoque inter laudatissima, atque etiam honestissima vitæ bona admissa est; honosque is, & ad defunctos pertinere cœpit.* Apulejus *Apol.* 1. *Etsi thus, & cassiam, & myrrham, cæterosque id genus odores funeri tantum emptas arbitreris*. Ausonius Epitaph. 36.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo
Hospes, & adde rosis balsamo puniceis:

Qui mortuos ungebant, *Pollinctores* dicebantur: ita apud Popmam, *Pollinctor ejus funeri dum unctionem parat*. Vide Andr. Revinium *de Pollinctura*. Nec cadavera tantum, aut mortuorum ossa; sed etiam sepulcrum in parentalibus ungebant; unde Propertius lib. 3.

Afferet huc unguenta mihi, sertisque sepulcrum
Ornabit custos ad mea busta sedens.

Verumtamen si quis concham pro parte monumenti accipiat, hujusmodi interpretationem haud aspernabor.

ET

ET TECTVM. *Tectum*, *Tectorium*, *Protectorium*, diversas in rebus sepulcralibus habent significationes. De his fuse diserteque Gutherius *de Jure Man.* Tectum idem est ac supercilia, vel suggrundæ arcendis stillicidiis inventæ. Marius ergo Socrates sepulcrum cum tecto excitavit: ita sane interpretandum reor. In alia, Tom.II. *Tectorii*, atque *operis tectorii* fit mentio. Vid. num. 356. & 405. & Gutherium loc. cit.

698.

:ERMEROS
:ERANNOS
:CVLALVGENS
VALENTINIANO III ET EVTROPIO QV::::
ONORIO III AVG COS:::::

Mutilæ prænimis hujus Inscriptionis lectionem, hanc esse reor, idest *Hermeros per annos*, immo *per sæcula lugens*. Sic in lapide a Steph. Pighio in not. ad Val. Max. edito: ORANTES . VT . PER . SAECVLA . FACERE &c. Ex his tamen ne nomen quidem defuncti qui diutinas Hermerotis lacrymas meruit, colligitur. Muratorius pagina 391. tenebras more suo tenebris superaddit; scribit enim PERE MORS pro :ERMEROS.

VALENTINIANO. Nimirum *Valentiniano* II. (Valentiniani primi filio, a patre participe Imperii facto A. C. 375.) tertium Consule. Tertius Valentiniani II. consulatus (quem Dionysius Petavius, aut potius typographus significavit VI) incidit in annum Ch. 388. una cum Eutropio. Præter Eutropium monachum, *in divinis Scripturis*, ut inquit Trithemius de Script. Eccl. *valde studiosum, & eruditum, atque in sæcularibus litteris ad plenum instructum*, tres ejusdem nominis, eademque ætate vixisse viros tradunt Historiæ Augustæ scriptores: Eutropium scilicet, *Breviarii* Historiæ Rom. authorem, quem Suidas *Sophistam Italum* appellat, Vinetus contemnit, Valesius vero, atque Vossius commendant: moritur iste ante an. 376. vix ad Imperium evecto Valentiniano II. Eutropium Eunuchum Stiliconis inimicitia clarum, flagitiis famosum, qui invitis legibus Eunuchos a Consulatu excludentibus, hanc dignitatem arripuit A. C. 399, sociumque habuit Mallium Theodorum in Philosophia, Geometria, atque Astrologia versatissimum, ideoque Claudiani panegyrico dignum. In scelestum illum eviratum Consulem venenata carmina jecit præmemoratus Vates

Omnia cesserunt eunucho Consule monstra.
Heu terræ cœlique pudor! trabeata per urbes
Ostentatur anus, titulumque effeminat anni.

inquit is lib.I. 8. 9. 10. Et inferius de eodem

..... Eous Rector Consulque futurus
Pectebat Dominæ crines, & sæpe lavanti
Nudus in argento lympha gestabat Alumnæ:
Et cum se rapido fessam projecerat æstu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis.

Noster vero Fl. Eutropius Valerianus qui cum Valentiniano consulatum gessit, Asiæ Proconsulatum, Orientisque Præfecturam jamdiu administraverat. At circa ejusdem, cum Valentiniano consulatum, non parvi momenti, immo intricatissima inter ipsos lapides difficultas intercedit. Valentinianum secundum, tertio sumpsisse fasces cum Fl. Eutropio Valeriano, a nemine negatur, lapidibus antiquis in testes adductis: nam præter nostrum aliud extat fragmentum hujusmodi

.·.NTI IN PACE Q.·.
.·.RITVM ANNI LVII.·.
KAL. IAN. ET . DEPOSITA EST XIII.·.
·.·NO . III . ET EVTROPIO CONSS

apud Muratorium pag. CCCXCI.

PROC.

PROC . TIBERIA
NO . FACTVS
EST . HORREVM
D . N . VALENTI
NIANO , AVG
TER . ET . EVTRO
PIO V - C . CONS
SCRIB . ELEFANTO

& in Vetii Agorii Prætextati inſcriptione inter Gruterianas p. 1102.

VETTIO AGORIO PRAETEXTATO
PONTIFICI VESTAE &c.
. . . .
DEDICATA KAL FEB
DN . FL . VALENTINIANO AVG . III
ET EVTROPIO COSS

Valentinianum autem, tertiò cum Eutropio consulare imperium suscepiſſe A. C. 387. teſtantur Faſtorum reſtitutores omnes. Attamen unanimi ipſorum Collectorum aſſertioni apertiſſime adverſatur relatus Vettii Agorii lapis. Vettius enim Agorius Præfecturam Urbanam exercuit, calculatore cl. Eduardo Corſinio, A. C. 367. quomodo ergo DEDICATA &c. VALENTINIANO III. & Eutropio Coss? Si autem hi conſulatum geſſere A. C. 387. quomodo, quave confidentia affirmare poterat Corſinius, Vettium Agorium Prætextatum urbis Præfecturam iniiſſe A. C. 367? Verum Agorii Præfecturæ annum, cum anno tertii Valentiniani conſulatus componere, meum non eſt: ego quidem opinor emendandam eſſe potius Agorii inſcriptionem, quam faſtos conſulares, tot marmorum & codicis Theodoſiani auctoritate, totque doctiſſimorum virorum, circa annum tertii Valentiniani conſulatus, ſententia firmatos. Notandum interim quod fragmentum ejuſdem conſulatus (in autographo) non extat immediate poſt Agorii dignitatum enumerationem, neque in ipſa lapidis fronte, ſed ſeparatim, hoc eſt in latere ſiniſtro, uti notavit Gruterus. Nil ergo facilius rudem aliquem Lapidarium, ſaxo huic Agoriano conſulatum ad libitum atque inſciis viris doctis addidiſſe. Ut ut res ſe habeat virum illum, quem Hermeros defunctum luget his conſulibus editum cenſeo; defunctum vero (illud namque QV·:· *quievit* innuere cenſeo) Honorio Aug. tertium conſule cum fratre Fl. Arcadio Aug. IV. A.C. 396. Honorium hunc, Theodoſii ſenioris filium, ſub Stiliconis tutela imperium obtinuit. Laurentius Patarol in ſerie *Augg.* p. 88. tertiæ edit. hunc Principem negligentem, ignavum, & a re bellica prorſus alienum dicit; ſed contra Auctorem iſtum ſtat hiſtorica veritas. Is enim & Alaricum domuit, & Gothicas acies, Duce Radegaſio, profligavit, *pacatamque*, inquit Paullus Diaconus, *Rempublicam, ut cupierat, relinquens, apud Urbem Romam vitæ exemptus eſt.* Audi Claudianum, tertium Honorii conſulatum, in palatio Mediolanenſi coram ipſo Principe celebrantem.

Tertia Romulei ſumant exordia faſces
Terque ſuas ducat bellatrix pompa curules
. . . . : . .
Tuque, ô, qui patrium curis æqualibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede ſecundis
Alitibus.

hæc Alexandrinus vates: de virtute vero militari ejuſdem Auguſti, quem

——————— *ſtrictis fulgida telis*
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos,

audi quæ ſequuntur

——————— *cognata poteſtas*
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro:
Luſtravitque tuos aquilis victricibus haſtis;
Te naſcente ferox toto Germania Rheno
Intremuit: movitque ſuas formidine ſilvas
Caucaſus; & poſitis numen confeſſa pharetris,
Ignavas Meroe traxit de crine ſagittas.
Reptaſti per ſcuta puer, regumque recentes
Exuviæ tibi ludus erant: primuſque ſolebas
Aſpera complecti torvum poſt prælia patrem,
Signa triumphato quoties flexiſſet ab Iſtro
Arctoa de ſtrage calens, & poſcere partem
De ſpoliis, Scythicoſque arcus, aut rapta Gelonis
Cingula, vel jaculum Daci, vel frena Suevi.

Obiit, uti innuimus, Romæ, ſedente Bonifacio I. Pontifice. Corpus, teſte eodem Diacono

cono, *juxta B. Petri Apostoli in Mausoleo sepelitur*, repertumque est anno D. I. 1544. (non ut Anglicani Romanæ Hist. Scriptores afferunt 1542.) die 4. Februarii Paullo III. P. M., una cum cadaveribus Mariæ & Thermantiæ Stiliconis filiarum, Honoriique uxorum. Confer Lucium Faunum lib. v. Bosium lib. II. cap. 7. Aringhium lib. II. cap. IX. n. 3.

699.

OCTAVIA.L.L.
PRIMA
PANTAGATVS
PAVLIANVS
THVAS
SENTIANVS
PVBLICI

OLYMPVS
CRISPINIANVS

700.

:::IO BABRIAE . SP.F
PRIMIGENIAE
:::IO V . A . XXVIII

L. L. *Liviæ liberta*: nomina per unicam syllabam enunciata sæpe in antiquis saxis occurrunt. L. N. *Lucii nepos*. L. F. *Lucii filius*. L . L . L . L . *Lucius* duorum *Luciorum libertus*: vid. cl. Zaccariam in siglis.

PVBLICI. Servij de his fuse T. Popma p. 6. Interpunctionis defectus, nominum atque cognominum discretionem, difficiliorem reddit. Ant. Lupius in epit. S. Severæ §. x. interpunctionis in antiquis monumentis defectum, nullius esse momenti rebatur. Verumtamen an idem sentiat antiquariorum cœtus, eruditis explorandum relinquo. Id certissimum est lapidum Interpretes, cæteroqui doctrina refertos, ob interpunctionis suppressionem non semel in limine defecisse. Exemplum opportunissime præbet ipse Lupius *ibid.*, ubi narrat eruditos in quadam musei Kircheriani lamella sic inscripta

IOVIS
CACVNVS

novam, ob interpunctionis in monumento defectum, Jovis appellationem perperam agnovisse, quæ duobus additis punctis (nimirum IOVI . S . C . ACVNVS. *Jovi sacrum C. Acunus*) penitus evanuit. Blanchinius ipse, licet in scientia lapidaria exercitatissimus quemdam Liviani columbarii titulum, in quo

NATALIS AVGVST
DISPLICI NIANVS

confidentissime legit *Natalis Augusti* libertus, olim *Displicini servus*; cum legi debeat (addito puncto a quadratario omisso inter DISP. & LICINIANVS) *Natalis Augusti* libertus DISPENSATOR *Licinianus*. Sic perperam in Aquilejensi, Dominicus Bertoli scripsit SODALICII MEIORENSIVM, quod profecto accedente interpunctione haud scripsisset; sed SODALICII MEI . ORENSIVM, idest *sepulcrum*, *contra votum fecerunt*: Optime igitur mihi pronunciasse videtur Bernardus Lamy V. C. in suo Appar. Bibl. lib. II. ubi: *altum*, inquit, *silentium* (punctorum) *in vastis illis voluminibus* (Talmudistarum), *argumentum validum suppeditat*, *puncta fuisse eorum compilatoribus prorsus ignota*; *præsertim cum in locis plurimis occasio se obtulerit*, *imo necessarium fuisset illorum mentionem facere*, *si tunc extitissent*; *puta cum controversia est de vocabuli alicujus lectione*, *quod punctis destitutum variè legi poterat*. *Nam si punctatos codices habuissent*, *punctatio controversiam diremisset*. Hæc *ille* loc. cit.

701.

.......................N.................................
................O . T . PROCVLO.........................
..............TIVM LAVINATIVM...........................
............DILYCYAE MAIOR.............................
............AMENTO SVO MONVM.........................
...........C.MIL. N. EROGARI PRAECEPI..................
.........EREDES PATRONO BENEMERE.................
.......ADHIBVERVNT QVI VIXIT ANNIS.................
.....D.XI.HOC MONVMENTVM SEQVETVR.........
...LIBERTASQVE POSTFRISQ.EORVM.H.M.....

..TIVM LAVINATIVM. *Laurentium Lavinatium*. Vid. Tom. I. Cap. v. ad n. 392. not.

DILYCIAE. *Deliciæ Majorum*, Parentum ſcilicet. Majores indifferenter dicuntur omnes qui ante nos fuere. *Ego*, inquit Salluſtius, *meis majoribus virtute perluxi*.

N. *Nummorum*. EROGARI. *Erogari per codicillos*, idem ac *dari*, ſeu *relinqui*: heic vero *impendere*.

ADHIBVERVNT. Diverſos verbum hoc habet ſenſus. *Adhibere ad actum* eſt *in jus vocare*, quo ſenſu utitur ſæpe Cicero. Verumtamen heic ſignificat *adjicere*. Calvinus in Lex. Jurid. *adhibere heredem Fratri*, *ideſt adjicere*.

702.

D Y M
C AEMILI.........
..RIS . ET . POM.....
..IVLIO . MAE.....
...MERENTI.........

Quid per illud Y inter D & M inſculptum indicare voluerint inſcriptionis auctores, haud mihi compertum. Non me tamen latet Y veteribus ſymbolum fuiſſe humanæ vitæ, a Palamede, ſive a Pythagora inventum, quare *littera*, & *bivium Pythagoricum* vocatur, cujus meminere Hieronymus *ad Lætam*, & Palingenius *in Sagittario*. Sed audi Lactantium lib. vi. *Dicunt humanæ vitæ curſum Y litteræ eſſe ſimilem, quod unuſquiſque hominum, cum primæ adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit*

—— partes ubi ſe via findit in ambas

hæreat nutabundus, ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet; & paucis intercedentibus lineis: *Poetæ*, inquit, *fortaſſe melius, qui hoc bivium apud inferos eſſe voluerunt. Sed in eo falluntur, quod eas vias mortuis propoſuerunt. Utrique ergo vere; ſed tamen utrique non recte, quia oportuit vias ipſas ad vitam, fines earum ad mortem referri. Nos igitur melius, & verius, qui duas vias iſtas cæli, & inferorum eſſe dicimus, quia juſtis immortalitas, injuſtis pœna æterna propoſita eſt*. Lactantii verbis conſona ſunt carmina quæ Lengletius *Virgilio*, Joſephus Iſæus vero *Auſonio* adſciverunt: ipſe autem, omnibus licet utriuſque vatis pœmatibus atque catale-

talectis sedulo pervolutis, neutro inveni. Apud Ausonium tamen *Edyl.* XII. versiculus legitur hujusmodi

Pythagoræ bivium ramis pateo ambiguis Y

At carmina ipsa incerti, ut puto, Poetæ accipe ex Lengletio in not. ad Lactant. loc. cit.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua collem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed ultima meta
Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
Atqui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque, simul miserabile transiget ævum.

De Hercule ad hoc bivium pervento fabulatus est omnium primus Prodius Chius apud Xenophontem *de memorab. Socr.* lib. 2. mentionemque faciunt Cicero *Offic.* lib. 1. Suidas *verb.* περδιχῶ, Philo *de mercede Meretr. in ærar. non infer.* Interpres demum Aristophanis *in Nubib.* Nemo tamen elegantius Petro Metastasio Romano, dramatici poematis perfectore.

703.

ZEVXIS
DEDIT . ZETHO
::::TIMAIL . OLLAM

704.

DAMARIO
ZEVXIDIS . L

705.

CAECILIAE
XENICE

706.

L . CVRPENIVS I
CVRPENIA . L . I

707.

CN . DOMITIVS
CN . L . PHILO

708.

PVDENTI CORNE
LIAE

709.

ANTISTIAE
❦ PAVLINEE

710.

M. ARFEIVS . ML
PAMPHILVS

703. ZEVXIS. Clarissimi pictoris Heracleotis nomen, ab hoc servo usurpatum

705. XENICE. Sic in autographo; non ut apud Gorium, & Blanchinium XENICAE. Vid. quæ de diphtongo, in Græcis cognominibus omnino Romanis factis, præterita dixi Tom. II. in not. ad Inscript. 437. Heic tantummodo advertam, consuetudinem hanc scribendi E pro AE antiquissimam esse, non semel ex Gruteri saxis, aliorumque colligi: habes enim apud illum BEBIVS, EGYPTVS ERE, CECILIVS, LELIVS, DIETA pro *Bæbius*, *Ægyptus*, *Ære*, *Cæcilius*, *Lælius*, *Diæta*. Vid. etiam Phil. Bonarotam in *Dipt. Basil.* p. 256.

709. PAVLINEE. *Paulinæ*.

710. ML. *Marci libertus*.

L.TE-

711.

L. TERENTIO. L. F
PAL MAXIMO

712.

DIS MANIBVS
ANTONIAE
PANEROTIS. L
HELENES

713.

DIIS. MANIBVS
CN. POMPEI. AT.·.·
L. FLAVIVS HERME·.·.
AMICO. B. M
FECIT

714.

CRESCENT
IAVINCEN
TIA EIEVGI
TANE. B. M

711. L. TERENTIO. Lucio Terentio Maximo ex tribu Palatina, de qua Cap. VII. in not. ad inscript. num. 524.

712. PANEROTIS. Cognomen ex quadam gemma, symbolum fœcunditatis, quæ græce ΠΑΝΗΡΟΣ: de hac Plinius lib. ult. cap. 10. *Paneros*, inquit, *qualis sit, a Metrodoro non dicitur, sed carmen Timaridis reginæ in eadem dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur additam ei fœcunditatem; quidam hanc* Pansebaston *vocant*. Cognomina e Græcis vocabulis emanantia exhibent passim antiqua marmora, ea potissimum, quæ in vinea Emi Antonii Casalii S. R. E. Card. amplissimi non procul a porta S.Sebastiani sita, novissime reperta sunt: in his EROS, PHILEROS, ANTEROS, SYNEROS, HEMEROS, PHILOTEROS, RODOGEROS, PAEDEROS, CHRYSEROS. Cippus hic elegantissimis anaglyphis est undequaque ornatus.

714. CRESCENT. Frustra hoc Crescentiæ epitaphium in museo Capitolino perquires, nisi obserato Cn. Pompeii (713) ossuario: inscriptum enim extat in ejusdem ossuarii operculo, introrsum

715.

CLODIVS
VENVSTVS
ANN. XXXI
H. S. E. ST. T. L

716.

C. IVLIVS FAV::::
SP. F. COS
BASSVS Q. L. RV::::::

H. S. E. *Hic situs est*. Hic *jacet*, hic *quiescit* &c.

S. T. T. L. *Sit tibi terra levis*. De variis formulis, quibus defunctis terram levem optabant antiqui, confer Fabrettum *cap. 4.* & Brissonium *de formulis*. His diversimode usi sunt Poetæ, uti adnotavimus in nostro *de funereis Ethnicorum ritibus* Opusculo. Sic Ovidius in obitu Tibulli

Et sit humus cineri non onerosa tuo

Pro se ipso *Trist. lib. 3. El. 3.*

At tibi qui transis, ne sit grave quisquis amasti
Dicere; Nasonis molliter ossa cubent.

Martialis in morte Erotiæ *lib. V. ep. 35.*

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra gravis fuerit, non fuit illa tibi.

& *lib. 9. ep. 23.* adversus vetulam loquacem, & sortilegam

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena
Ne tua non possint eruere ossa canes.

Notatu digna est partitio verborum, quam observavi in inscriptione Iuliæ Porcillæ in Manutii *ortograph.* p. 269. ideſt

OPTO SI QVA	FIDES
REMANET	TELLVRIS
AMICAE	SIT.TIBI
PERPETVO	TERRA
LEVIS	TVMVLO

Opto; si qua fides remanet telluris amicæ,
Sit tibi perpetuo terra levis tumulo.

Eamdem formulam ſic Græci enunciabant κούφη γῆ, producte vero κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι, *terra levis hunc tegat*. Advertendum tamen S.T.T.L. interdum recte interpretari *sibi titulum testamento legavit*.

716. FAV.·. *Favonius*. COS. *Conservus*. RV.·. *Rufus*, *Rutilius*, *Rubrius*, *Rustius* &c.

717.

.·.·.·. M ◁
.·.ENTILIS . VIVVS
.·.LIBERTIS . LIBERTA
.·.TERISQVE . EORVM
.·.TVM . SIVE . LOCVM . SI
.·.VEL . DONARE . VOLVERIT
.·.IB VESTALIB HS XX.
.·.POPVLI . ROMANI . IN
.·.II . IN AGRO . PED . XIIII

718.

D V .·.
Q . MODIO .·.
LAVREN.·.·
.·.D R I A F N.·.·.
.·. V
.·.·EXTES.·.·.·.·.
E . SS .·.·.·.·.
T . H .·.·.

719.

.·.ARSAN.·.
.·.ANTON.·.
.·.CISSO . FL.·.

720.

.·.VICTORIAE.·.·
.·.VEMERENTI.·.·
.·.·.·.BI.·.·.

721.

.·.C . PLOTI.·
.·.P HILARO

722.

VVLTIA
C . F
PROCVLA

723.

.·.IIACILENIFE
.·.IT MECVM ANIDVI.·

724.

HILARVS
ANTONIAE
DRVSI

725.

MESCINIA
LEXSIS

726.

POMPEIA . Ɔ . L
ILALIA
VIXIT ANNOS XXX

727.

AEMILIA . Ɔ . L
GEMELLA

717. .·.ENTILIS. Exciſus iste lapis (olim in ædibus Delphiniorum ſitus, dein in muſeum Albanum, tandem in Capitolinum translatus) ſic Lipſii, Boiſſardi, atque Gruteri ſuffragantibus apographis est restituendus.

1. L. BOIONIVS GENTILIS &c.
4. HOC . MONIMENTVM &c.
5. QVIS VENDERE &c.
6. INFERET VIRGINIB &c.
7. N . AVT AERARIO &c.
8. IN FRONTE PED . VII &c.

Cor-

Corrigantur tamen ipsamet exemplaria in sexta linea ubi *Virginibus* pro VIRGINIB. & in postrema ubi *pedes* XVIII. pro XVIIII. Blanchinius, cum laudatorum virorum collectiones minime consuluisset, hanc inscriptionem, obtruncatam Muratorio tradidit, Muratorius lectori pag.173.

Arcam sive ærarium, Vestalium cœtum habuisse ex hoc marmore apparet, cui suffragari videntur Livii verba, nimirum: *Vestales virgines* (Numa) *legit*; *stipendium de publico statuit*. Pœnam autem hanc pecuniariam in usum Vestalium constitutam perraro in saxis occurrit; frequentissime vero legimus: *si quis* &c. inferet ARCAE PONTIFICVM, *ærario* POPVLI ROMANI, *dabit* P.R. IN FISCVM, *det* FISCO, aliquando FISCO CAESARIS, *ærario* CIVITATIS, pendes MILLE DENARIORVM CIVITATI, *persolvat* MATRI DEVM SYPILENAE ut apud Muratorium pag.156. & p.1919. DAVIT IN FESCV AVRI P.I.

718. EXTES. *Ex Testamento*.

723. ∴IIACILENI FE IT. *Fecit mecum anno* I, *dieb.* saltem *sex*. Idest *mecum vixit*. Ita in lapide qui ad hunc usque diem x. Jun. 1777. extat Romæ, via, quæ olim vulgo dicebatur *Pellegrina*

ELIODORVS VENERES SA∴
CONIVGI CARISSIMAI VIX AN
NIS. XX
MECV VIXIT ANNIS. VI

Facere itidem pro *vivere* habes in lapide Gruteri pag.310.

COELIAE CLAVDIANAE
VV. MAXMAE
A DIIS ELECTAM MERITO
SIBI. TALEM. ANTISTITEM
NVMEN VESTAE RESERVARE
VOLVIT
COELIA. NERVIANA SOROR VNA
CVM. PIERIO. CONIVGE. ET. LIBERIS
SVIS. ORANTES VT PER. SAECVLA
FACERE. DII. PERMITTANT

Quare nulla dignum venia Gutherium censeo, qui *de Jur. Man.* lib. II, cap.27. τὸ FECIT MECVM ad copulam conjugalem retulit. Quis sane Gutherianæ sententiæ acquiescet, cum eadem phrasis in ipsorum Christianorum epitaphiis assidue deprehendatur? Quæ priscorum Christianorum fuerit in loquendo modestia, ubertim ex SS. Patribus colligitur: hinc S. Augustinus de C.D. lib. x. cap. 23. *Liberis verbis*, inquit, *loquantur Philosophi*: *nobis autem ad certam regulam loqui fas est*, *ne verborum licentia*, *etiam de rebus quæ his significantur*, *impiam gignat opinionem*. Ambrosius Calepinus verb. *Facio* hæc habet: FACERE *per usare carnalmente*, ac locum Plautinum laudat hujusmodi

Mavult ancillæ facere quam libertæ

quibus certe verbis Gutherii sententiam tueri posset. At Plautinum hunc locum, summa licet adhibita diligentia, nullibi inveni. Quæ enim in Pœnulo Act. III. Sc.3. leguntur

Locum sibi velle liberum præberier
Ubi nequam faciat

nihil omnino probant; nam si per τὸ *faciat* carnalem copulam Comicus intellexisset, supervacaneum illi quidem fuerat illud *nequam* addere. Revera quoties res obscæna indigitatur, constanter verbum nomini sociatum reperies: sic apud Svetonium *facere lenocinium*, *facere meretricium*, *facere stuprum*, *facere consuetudinem stupri*. Adi Kirchmannum lib. III. cap.20. Reinesium Cl. xx. 216. Fabrettum cap. IV. aliosque. Vide & inferius cap. IX.

724. ANTONIAE. Antonia minor, Drusi majoris uxor.

725. LEXSIS. Forte LEXIS, *dictio*, *elocutio*. Sic in collectione Passionæjana Cl. IX. 38. SVLPICIA LEXIS. Nec novum mihi elementum S aliquando post X posuisse Latinos; alibi enim vidimus VXSOR, MAXSVMVS, DEFIXSO, DIXSERVNT.

728.

CVTIA . M. L.
EVROPA
EX TESTAMENTO H S ∞
M.POPILLIVS.M.L.SOTERICVS
SIBI.ET.LIBERT.LIBERTAB.POSTERISQ.EIVS
HVIVS MONVMENTI . SIVE . SEPVLCHRVM EST
PARS . TERTIA EST
COMINIVS.L.L.DIOGENES.SIBI.ET.LIBERT
LIBERTAB. POSTERISQ. EIVS . HVIVS MONVMENTI
SIVE . SEPVLCHRVM . EST . PARS . TERTIA . EST

729.

D . FIDVSTIVS
D . L . HERACLIDA
SIBI . ET
LIBERTIS . LIBERTABVSQ
SVIS POSTERISQ. EORVM
HVIVS MONVMENTI.SIVE SEPVLCHRVM.EST
PARS.TERTIAM.D.FIDVSTI.HERACLIDAE
IN. F., P. XIX
IN. A. P. XVI

MƆ. L. *Manii* liberta.

ꟷHꟷ S ⅭⅠↃ. *Sestertia decem millia*. Vid. Cap. VI. num. 485.

EST PARS TERTIA EST. Inepta profecto verbi EST reiteratio.

MONVMENTI SIVE SEPVLCHRVM. Synonimus, cum errore grammaticali, inutilis, tam in ista, quam in sequenti D. Fidustii Heraclidæ, ubi PARS TERTIAM ægre legimus; ex quo tamen patet, siglas H. M. S. S. E quæ in aliquibus saxis deprehenduntur, recte sic adversus eruditos contra sentientes Brissonium enucleasse: *Hoc monumentum sive sepulcrum est*. Ita apud Gruterum: *Si quis sepulcrum vel monumentum cum ædificio universo* &c. pag. 672.

730.

M.OCTAVIVS.C.FARN
BASSI.HIC.OSSA
SITA.SVNT

731.

M.FVLVI PRIMI

732.

TERENTIA.VIX ꝸ
ANN.ꝸXII.M.VIII
DI VII

733.

PETONIVS
QVI VIXIT MESES XI

734.

LABRENVS HERA
ABRENA.ILIONA

735.

ATHENAIS.C
Q.M.R.F

736.

TVCCIA)L.
HEDVLIVM.V.A.XI:::

737.

POMPEIA.APHR
DAT

738.

AESCHINI
OTACILIAE IRIDIS

739.

:::CIVLI SABBIONIS
::VPOLIBI.CAESARI.S.LL

740.

ARRVNTIA
ARBVSCVLA
VIXSIT.AN XL

741.

NASSIA.C.L.AGVME

742.

M
AVRELIVS
VICTOR
Q.A II.M
VI

730. C. FARN. Caii filius ex tribu Arnense de qua vid. Cap. IV. *num.* 163.

734. LABRENVS. *L. Abrenus*.

735. ATHENAIS. Nomen, quo primo appellata est Theodosii secundi uxor, quam postea Æliam Eudoxiam nominarunt. Hæc, Leontii Philosophi Atheniensis filia, in omni scientiarum genere exercitata, poemata etiam scripsit, teste Zonara.

C. Q. M. R. F. Siglas istas nullibi visas, erroneas existimarim. Muratorius eamdem retulit inscriptionem in append. p. 2090. sed omissa nota C.

736. HEDVLIVM. Ita inter Reinesianas *Allidia* PECVLIVM; in Gruterianis *Clodia* SILENIVM, & PSYCHARIVM, in nostris *Julia* HESVCHIVM; apud Gorium NICARIVM, & apud Plautum EROTIVM, PLANESIVM, DELPHIVM, PHILENIVM, PINACIVM, CROCOTIVM, fæminarum modo nomina, modo cognomina.

737. POMPEIA. *Pompejæ* Aphrodisiæ C. Sicinii Zosimi uxoris meminit Lipsianum marmor. *Aphrodisia*, & *Aphrodite* cognomina Veneris. DAT *ollam* haud dubie, aut *urnam*; cui? scit nemo.

738. AESCHINI. Octo hoc cognomine Athenis claruisse viros, quorum unus Demosthenis fuit æmulus, tradit Laertius.

OCTACILIAE, Cognomen etiam fuit uxo-

uxoris Philippi Imp. quæ Martia Otacilia Severa appellabatur. Hanc, Babyla, Hyppolyto, & Origene hortantibus, Christianam religionem coluisse ferunt.

739. POLYBI. *Polybium* Augusti libertum nominat vetus lapis apud Lipsium.

741. AGVME. *Agumentum* vocat Varro, quod ex immolata hostia amputabatur.

742. Q. AII. *Qui* vixit *annos* II. *menses* VI. Ejusdem nominis atque cognominis Historicum, (prænomine vero Sextum) omnes agnoscunt eruditi.

743.

CN, FLAVIVS, CN, L, SOSIA
CN, FLAVIVS, CN, L, APOLLONIVS
SEI QVA RENASCENTES.OPTANT CERTAMINALAVDIS
EX NOSTRA.ASPICIANT.FACTA.PRIORA FIDE.

SEI. *Si*. EI pro I. ita apud Gruterum

SEI. QVI. MINVS. REM. RELIQVIT
LIBEREI. SIBEI. QVAERANT. &c.

ita in S. C. de Bacchanalibus apud Fabrettum *cap.6.* legimus *Meriteis*, *ubei*, *fueit*, & in tabula Heracl. ap. Mazochium *utei*, *fruei*, *quei*, *exportarēt*. Diphtongum hanc aliquando usurpatam pro Y. interdum pro H. non uno docet exemplo Salmasius in not. ad inscriptionem nostram Capitolinam Herodis Attici, quam retulimus n.104. Quomodo pronuntiaretur compertum non est, quidquid dicat laudatus vir. Suspicari tamen possumus, inquit Vernejus, sonum ab utraque vocali mixtum habuisse, etsi ad alterutram magis accedentem. Ceterum ortographiam hanc, ad septimum ab V. C. sæculum pertinere censuit cl. Maffejus in *Observ. litt.* Tom. III.

SOSIA. Nomen *a servando* apud Plautum, & Terentium.

SEI QVA &c. Epitaphia partim soluta oratione, pactim carminibus contexta, quamplurima edidit cl. Bonada. Morem hunc ethnicorum crebro secutos fuisse recentiores constat, tum ex inscriptionibus a Georgio Fabricio editis, tum ex Christianis epitaphiis ab eruditissimo viro Petro Aloysio Galletti SS. Salvatoris, & Cyrini *de Insula* Abbate, nuper in lucem proditis. Notandi sunt in nostro hoc saxo obeli pro punctis, ut passim appd Gruterum, atque Reinesium.

744.

GELLIA
M.Ͻ.LIB
LAVDICA

745.

HERMA HAVE
BENE SIT TIBI
VIXIT.AN.XXXVII

746.

NISE
SALLVSTIANE
HAVE

744. GELLIA. Quamdam fœminam nomine Gelliam ludit Martialis lib.8.

Nullos denique per Deos Deasque
Jurat Gellia, sed per uniones.

745. HAVE, Cum salutatio hæc a verbo *Aveo* emanet, scribendum erat *Ave* absque adspiratione, græce χαιρε. Ortographia tamen lapidaria eamdem salutationem cum adspiratione frequenter exhibet. Ita nuperrime *Have Fortunata*: hic *Herma have*, & in seqnenti *Nise Have*.

BENE SIT TIBI. Formula antiquissima est, quam tamen veteres viventibus potius, quam vita functis accomodabanr. Hac quippe voce BENE, triclinia cæteraque convivalia cubicula jugiter percrepasse, testes sunt Poe-

Poetæ. *Bene vos*, *bene nos*, inquit Sagarinus in *Sticho* act. v. *Bene te*, *bene me*, *bene nostram etiam Stephanium*; *bibe*, *si bibis*. Ita Tibullus lib. II. el. I.

Sed bene *Messallam sua quisque ad pocula dicat*. & Ovidius *Fast.* lib. II.

Larga precaturi sumite vina manu,
Et bene *nos*, bene *te*, *patriæ pater optime Cæsar*.
Dicite, *suffuso per sacra verba mero*.

Sed & eadem formula utebantur quoque extra convivia, quoties amicis bona omnia precarentur. Nam apud Nonnium legimus ET TIBI BENE SIT QVI RECTE OMINAS. Ita in *Mercatore* apud Plautum, Demipho ad Lysimachum, BENE SIT TIBI. Ita tandem in Terentii Phormione, hæc Davus ad Getam: *numquid*, *Geta*, *alind me vis*? cui Geta, VT BENE SIT TIBI.

747.

LOCHIAS
VIXIT
ANN. XIV

748.

L. AIMILIVS APOIIONIVS
PAVIII . LIB

749.

M. PVBLILIVS.
HILARVS

750.

D . M
IVLIO
PARTHENOPÆo
LIB
DVLCISSIMO
IVLIVS
BOETHVS

751.

D M
SILVANA
VERECVND
C COSERVO
SVO BENE . M
ERENTI ∵.
CIT

752.

DIS MANIB
CLAVDIA
HELPIS
VENERIAE. VERN
SVAE. KARISSIM.
V.A.X.M.V.D.XXV

753.

C CAESIVS . N . F . CLA . RVFVS.
SIBI . ET .
LISIDIAE . T . ET . L . L. DIGNAE.

748. APOIIONIVS. *Apollonius Paulli* lib.

749. PARTHENOPÆO. De diphtongo hoc pacto in antiquis saxis insculpta, vide Cap. VII. num. 541.

750. VERECVNDO *Conservo*. CIT. *fecit*.

751. CCAESIVS. C. *Cæsius Rufus*, Fontejo, atque Jacobonio qui de Cæsiorum gente scripserunt, incognitus.

N. F. *Numerii filius*. De hoc prænomine sic Festus. *Numerius prænomen nunquam ante fuisse in patricia familia dicitur*, *quam is Fabius*, *qui unus post sex*, *& trecentos ab Etruscis interfectos superfuit*, *inductus magnitudine divitiarum uxorem duxit Otacilii Maleventani*, *ut tum dicebantur*, *filiam*, *ea conditione*, *ut qui primus natus esset*, *prænomine Avi materni* Numerius *appellaretur*, Idem ait Julius Paris in epitome Valerii Max. *de prænomin.* Adi M. Varronem *de lib. educ.*

CLA. *Ex tribu Claudia*.

754.

L CESTIVS.L.L
MENIPPVS
L.CESTIVS.L.L.
SASAS
L.CESTIVS.L.L.
NICEPOR
CESTII.L.L.THOAS
SESTIA.L.L.ACTE

CESTI
CESTI
CESTI
L. CESTI.L.L.
CESTI

SARA
HELICO
BALITHO
APHRODISI.
ME NODOTI
IN. FR. PNS
IN AGR.P.XII

755.

D . M
M . VLPIO
EPAFRAE
B . M

756.

CARFINIA MLM.:.:.
.:.:.VIXIT . AN X.:.:.
::IVCVNDA SVEIS.:.:
.:.:NIBVS OFFICIOSA.:.
FVIT

757.

DIS . MAN

PRIVATO

758.

D / M
P.CORNELIO
MOSCHO FECIT
P.CORNELIVS FELICISSIMV
PATRONO.DE SE
BENEMERITO
VIX . ANNIS . XL .

759.

DIS . MANIBVS
.:.C.RVSTI C. Ꟈ PROCLI.:
.:.II CII RVSTIA . . . . . .
.:.YPORN PATRONO . . . :
.:.IMIRINTI . VLXII. . . . .

760.

.:.TITIENIPPI ARSA.:.

761.

CESTILIA·Ɔ·L· EVPHROSYN
DECIA·L. L.GNŌME

754. SESTIA, Male Muratorius, atque Vignolius CESTIA, & in tertia col. male VS pro N.

756. MLM. *Marci liberta* M. puta *Meroe*.

IVCVNDA SVEIS. Cara *Suis*; ſic non ſemel Cicero in epiſt. fam. *jucundum*, & *carum* conjungit.

OMNIBVS OFFICIOSA FVIT. Omnibus officium libenter exhibuit; quod profecto, cum de liberta agatur, poſſet in malam partem accipi; impudicos namque, & obſcænos, vocatos aliquandiu *officioſos*, Calepinus ipſe docet, conſtatque ex damnanda illa Q. Atterini ſententia: *impudicitia in ingenuo crimen eſt*; *in ſervo*, *neceſſitas*; *in Liberto*, *officium*. At qui heic τὸ OFFICIOSA turpi hoc ſenſu accipiunt, Carfiniæ laudes in ſatyram vertunt. De Paulina Agorii Prætextati uxore Tom:I. num. 66. BENIGNA CVNCTIS

CTIS. In ædibus nobilium Maximorum AMICIS BENE FACERE SEMPER STVDIOSVS FVI. Apud Gorium Tom. I. pag. 383. OMNIBVS MEIS BENE FECI. & apud Fabrettum Cap. I. pag. 21. HIC SE BIVO (*vivo*) OMNIBVS BENE FECIT.

759. ::IMIRINTI VLXII. *Benemerenti* (I pro E ut alias in vocibus *diliciæ*, *binificium*, *filix*) *vixit annos* LXII.

762.

OSSA
M.TVCCI M.Ɔ.L
HILARI

763.

Θ.C MECENAS.C.L.EVCAR::::S::::::
RVBRIA.SEX.SALVIA
SEX.RVBRIVS.SEX.L.PAMPHI:::
C.MAECENAS.C.L.ANTERO::::
SEX.RVBRI.SEX.L.PHILODESP.T:

764.

L.TITINIO
PAMPHILO
PATRONO

765.

SVLPICIA
PRIMA

766.

P.CALVEDIVS
P.L.AMPHIO

767.

BIRRIA
LP.L
CRESTE

768.

D . M
QVINTILIA . IRE
NE.FECIT.SIBI.ET
LIBERT . LIBERTAB
POSTER.EORVM

769.

M M
AVREL
EXTRICATAE

763. Θ. De præfixo heic theta vide inf. num. 873.

CMECENAS. C. *Maecenas* (ut in quarta linea) *Eucarpus*.

769. M M. *Manibus*, aut *Memoriæ*. Hisce diebus, via vulgo *Felice*, ingentis sarcophagi fragmentum vidi, in quo MEMORIAE PERPETVAE LAVDIAE, i. e, *Claudiæ*. In nostri vero sarcophagi fronte anaglypha quædam extant, figuram exhibentia mulieris marinis monstris, atque animalibus circumdatæ. At de his deque reliquis, quæ ad ejusdem tumuli latera visuntur, scite disseruit eruditissimus Præsul Petrus Franciscus Fogginius.

770.

L . VALERIVS
PHOTHVS
H . S . E

771.

℘ ET MEMO∴
FVRNIAE THAID.∵
ET VIC∴∵
ITEM∴∴∴∵
L . F∴∴∴∴∴

772.


L › MARIVS
L › L › BARNAEVS

771. ET. S. Gregorius M. *in Ezech.* ET, inquit, *sermo conjunctionis est; & scimus quia non conjungitur sermo subsequens, nisi sermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit* ET factum est, *cum non sit sermo, cui hoc quod incipit, subjungat?* Idem de hoc integro, imo & undequaque coronato lapide dicendum est.

THAID. Thaidis meretricis lascivientis audaciam detestatur *in Alex.* Plutarchus. Juvenalis sat. III.

——————— *sed illis*
Creditur an melior cum Thaida sustinet, an cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo?

773.



Ipſemet inſcriptionis aſpectus, elementumque j pro conſonante jugiter appoſitum, quadratarii inſcitiam ævique ſui barbariem enunciant. Quid illud *tricintnovinove*? num vixit annos XXXIX. menſes IX. dies IX.? Poſtremam lineolam ſic lego: *in fronte pedes* V. *in agro pedes* ... *ſit tibi terra levis*.

CALIDROMVS. *Calidros* eſt avicula, fluvios lacuſque petens. Callidromum ſervum, a Plinio Trajano miſſum habes in epiſtolis Plinianis lib. 10.

VIXSIT. Sic olim Romani per XS: ita *ſexs*, *proxſumus*, *defixſo*, *dixſerunt*, quod alias obſervavimus. Poſtea S neglectum eſt, cum X per ſe CS valeat. Grammaticorum tamen quidam, ſervandum eſſe exiſtimarunt: ſed adi Cellarium in Orthogr. p. 25.

PLECETVSA. Nomen mihi uſqueadhuc incognitum, quodque nunquam in ſaxis repereram, niſi in collectione Paſſionæjana pag. 183.

Marmor, Salonæ effoſſum, mihi dono dedit Dn. Nicolaus la Piccola an. 1776.

774.

HAVE FORTVNT
DIIS MANIBVS
TI. CLAVDIO. FOR
TVNATO. VIXIT
ANNIS XXXVII
POSITVM PERMISSV
 COLLIBERTORVM

HAVE. *Have* Fortunate. *Vale* potius dicendum; nam ſicut advenientibus *Ave*, ſeu *Salve*, ita abeuntibus, & recedentibus *Vale* dicebatur. Apud Gudium

AVE.

AVE . AVIS . VALE . ET . VOLA

Ave ſimul , & *Salve* in ſaxo legitur licet ſepulcrali apud Reineſium p.701. ubi Claudia quædam Philuminia *patri ſuo veraci , & innocenti*

HANC STATVAM EREXIT
HAVE SALVE

Salutationes *Have* , *Salve* , *Vale* in epitaphio Pacuvii , a Petro Crinito aliiſque vulgato leguntur . His formulis non viventes tantum , ſed & mortuos conſalutare ſolebant tum Ethnici , tum Chriſtiani . Porro feſtivam his diebus ſalutationem legi in lapide ſepulcrali humi poſito in templo S. Mariæ in Porticu, in quo , ſub Genio facem extinguente , hæc ſunt italice inſcripta verba

BVONA NODE PALVCO MATTEO

ideſt *buona notte Paluzzo Mattei* . Formula tamen *Vale* imprecandi cauſſa interdum uſos fuiſſe veteres liquet ex iſto Martialis epigrammate lib. IX.

Dicere , de Lybicis reduci tibi gentibus , Afer ,
Continuis volui quinque diebus Ave :
Nam vacat, aut dormit, dictum bis, terque reverſo;
Jam ſatis eſt : non vis Afer avere ? Vale .


& ex Terentio

Valeant qui inter nos diſſidium volunt

nimirum , *ita a nobis diſcedant , ut nunquam ad noſtrum revertantur aſpectum .*

COLLIBERTORV . Deeſt M , non equidem ob aliquod marmoris vitium quod integrum vidi , ſed quia veteres litteram M in fine verborum interdum ſupprimebant : ſic in aliis DECE , ORRHENORV , LATV , LONGV , LOCV , ANNV pro *decem* , *Orrhenorum* , *latum* , *longum* , *locum* , *annum* . Quod ad Delphinum attinet , quem in lapide effictum vides , adeundus eſt Plutarchus in *Conv. ſept. Sap.* ubi Delphinos dicit erga mortuos humaniſſimos eſſe , atque familiariter affectos ; quod pluribus ſane comprobatur hiſtoriolis , Plinio , & Æliano authoribus , utroque aſſeverante Delphinos ſepulcrali miniſterio ſpecialiter addictos . Vid. etiam Aringhium in Rom. ſubterr. lib. VI. cap. 39. & Pierium in Hieroglyph. lib. XXVII. In Chriſtianorum vero ſepulcralibus tabulis, piſces inſculpti aliud ſignificant .

Notatu digna eſt ſigla NT in Fortunati nomine , qua tres comprehenduntur litteræ nempe N. A. T. Parva hujuſmodi elementa grandioribus inſerta crebro exhibet Aquileenſis inſcriptio in qua



Adi eruditiſſimum Bertolum in antiquit. Aquileenſ. pag. 358.

DM

775.

D M S
L.CAECILLIVS.L.F.SATYRVS
ARNENSIS.V.A.XXXXV
L.CAECILLIVS.FILIX
PIISSIMO FECIT

776.


P.CAPVRNIVS P.L
CALAMVS
EIVS.OSSA.CONDITA

775. CAECILLIVS. Geminatam in Cœcilii nomine Litteram L, me alibi deprehendiſſe haud memini.

ARNENSIS. De tribu Arnenſe vid. T.I. Cap.IV. num.163.

FILIX. *Felix*: I pro E ut alibi.

776. CAPVRNIVS. P pro L P. Seriem heic dabo aliquarum ſiglarum, ſive nexuum, qui partim in noſtris, partim in externis lapidibus occurrunt, & quorum plerique in Sertorii Urſati *de Not. Rom.* libro deſiderantur.



Nempe (1) pro AE in *Victoriæ*, & in *Antoninianæ*. (2) *pro* AN in *Agathangelo*. (3) *pro* AVR in *Aurelio*. (4) *pro* ANO in *Domitiano*. (5) *pro* AP in *Aproniano*. (6) *pro* AV in *Fauſto*. (7) *pro* CVS in *Fuſcus*. (8) *pro* CE in *Innocentem*. (9) *pro* ER in *Aper*. (10) *pro* EN in *Cenſu*. (11) *pro* ET. (12) *pro* H in *Rhode*. (13) *pro* HE in *Syriarches*. (14) *pro* IAE in *Voluſiæ*. (15) *pro* IT in *Creſcentina*. (16) *pro* E in *Valentinæ*. (17) *pro* IN in *Victorinus*. (18) *pro* LEGIONE. (19) *pro* L in *Vitellius*. (20) *pro Marcus*. (21) *pro Menſibus* ap. Appianum pag.380. (22) *pro* MI in *Mihi*. (32) *pro* MINI in *Numini*. (28) *pro* MA in *Optima*, & *pro* NA in *Anna*. (25) *pro* MAR in *Marcio*. (26) *pro* MAIESTATE. (27) *pro* ME in *Menodoti*. (28) *pro* NN in *Annos*. (29) *pro* NOSTRI. (30) *pro* NTIF in *Pontifice*. (31) *pro* NLI *in Manlio*. (32) *pro* NT in *Antioco*. (33) *pro* NIBVS in *a Rationibus*.

bus. (34) *pro* NAT in *Fortunata*. (35) *pro* NAE in *Antiatinæ*. (36) *pro* NI in *Antonini*. (37) *pro* ND in *Commendo*. (38) *pro* PL in *Calpurnio* in *Publio*. (39) *pro* PH in *Philone*. (40) *pro* PI in *Æsculapio*. (41) *pro* PE in *Petronia*. (42) *pro* PH in *Stephanus*. (43) *pro* RI in *Lycoridi*. (44) *pro* TH in *Thrax*. (45) *pro* TI in *Tifatina*. (46) *pro* TRI in *Tribunicia*. (47) *pro* TE in *Tertius*, & *pro* TAE in *Libertæ*. (48) *pro* VD in *Pudente*. (49) *pro* VF. ap. Cellarium. (50) *pro* VM in *Cum*. (51) *pro* VE in *Verecundo*. (52) *pro* VL in *Titulum*. (53) *pro* VM in *Neglectum*. (54) *pro* VS in *Secundinus*. (55) W *pro* VV in *Danuvio*, idest *Danubio*. (56) *pro* NTE in *Parente*.

OSSA. *Ossa*, *ossuscula*, *ossucula*, *ossua*, *ossiva*, *cineres*, *reliquiæ*, in titulis sepulcralibus sunt συνονυμα.

CONDITA. Sic *Conditorium*, in quo ossa conduntur. Alias, *inlata*, *relata*, *sita*,

777.

D M
PASSENIAE
TRYPOSAE
L.PASSENIVS
CARICVS
COLLIBERTAE
BENEMERENTI
FEC

778.

LVCRETIAE.S.T.L
ARBVSCVLAES
OSSA.HIC.SITA.SVNT

779.

D . MM
TIMILIA APO
LONIA FECIT
SIBI.ET.SVIS
POSTERISQVE
EORVM

780.

A MEVI
PHILO CAM I

781.

Q. ARTICVLEIVS. EROS
FECIT SIBI . ET
PELAGIAE.L.BENEMERENTI

782.

D . M
C.TVRRANI
RVFI

783.

L . ROMANIVS
BELLO
SIBI . ET . SVIS

784.

C.SEMPRONIVS.Ɔ.L
ASCLEPIADES
ANTONIA.M.L
SABBIS

785.

VIBIA.M.F
SABINA
V.A.VII.M.X.D.VIII

786.

M . DVRMIVS
M.L.PHILODESPO
TVS

787.

VALERIA
EVTENIA SIBI
ET VIPSANIO ATIMETO

788.

C.CARINATIS.C.L
FLACCI
OLLAE. DVAE

789.

C.MARIVS.C.L.BALBVS
MARIA.C.L.HELENA

790.

VARESIDIA | vL. VARESIDI
L . L | L . L
EVBOIA |

778. S.T.L. Corrige ST.L. hoc est *Statii liberta*. Vid. cl. Zaccarias *Inst. lap.*

ARBVSCVLAES. Ita Cap. VI. *Attiæ* SCYRENES, & *Antoniæ* HELENES amota diphtongo; secundus vero nominum casus cum diphtongo inscriptus, sed desinens in S, habe-

habetur apud Gruterum: *Roclaes*, *Sopaes*, *Sextiliaes*; *Faustinaes*, *Decimiaes*, *Sabidiaes*, *Niciaes*, *Aquiliaes*, *Caediciaes*. Mimam nomine Arbusculam laudat Horatius sat. lib. I.

— Nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax
Contemptis aliis explosa Arbuscula dixit.

meminit & Cicero ad Att. lib. IV. Ep. 14. *Quaeris nunc de Arbuscula: valde placuit: ludi magnifici, & grati.*

777. A MEVI. *Auli Maevii Philocami.*

778. PELAGIAE. *Pelagiae* nomen rarissimum in antiquis Ethnicorum marmoribus; nec alias vidi, nisi apud Donium Cl. VIII.

780. ROMANIVS. Familiam Romaniam tribui Romiliæ adscriptam innuit inscriptio, quæ via, vulgo *stradone di S. Maria Maggiore* cernitur, in qua

P. ROMANIVS. C. F. ROM
C. ROMANIVS. P. F. ROM
TR. MIL. II

783. PHILODESPO TVS. *Dominum amans.*

784. EVTENIA. *Eutecnia* idest *fœcunditas*, *egregiam prolem* habens; vel Euthecnia, *eruditio*. Idem nomen, sed cum adspiratione, atque desinens in AS refert Fabrettus p. 418. sic: AELIA EVTHENIAS.

787. ATIMETO. Cognomen latinum nihil significans; nam si a Græco sermone repetere velis, tunc Vipsanium, *ignobilem*, aut *sine honore*, cognominare necesse erit: hæc attamen interpretatio Vipsiani nostri manes nimia afficeret injuria. Hæc utique liberto illo furcifero conveniret de quo conqueritur anonymus quidam *Pater* in hoc saxo apud Raderum in comm. Martial. lib. IV.

ATIMETO, LIB. CVIVS. DOLO
FILIAM AMISI
RESTEM. ET. CLAVOM
VNDE. SIBI. COLLVM. ALLIGET

788. OLLAE DVAE. Quare duæ? quare modo quatuor, modo octo, aliquando decem, viginti &c. non equidem quod una, unius cadaveris recipiendis cineribus angusta foret; sed potius quod multiplicarentur ad pompam, ut ita dicam, quemadmodum ætate nostra in defunctorum nobilium ditiorumque funeribus, in quibus tres, interdum quatuor bajulantur sandapilæ, seu capsæ. Urnarum forma modo quadrata ad instar capsulæ, modo oblonga erat; quædam rotundæ, quædam aliæ ad instar vasis: ex marmore nonnullæ, tenuiorum vero, & plebis è creta: modo elegantissimis anaglyphis ornatæ, modo simplices, & nudæ.

791.

DIS . MANIBVS
TI.CLAVDIO HERMETI
AMICO.BENE.MERENT
VIXIT ANN.LXXV
Q.FABIVS FIDELIS
T . P

792.

L.CALPVRNIVS
L.F.VITVLVS.ET
TAR:::DIA
PH::LLIS

793.

DIIS MANIBVS
C.VALERIO
PRIMIGENIO
FECIT
C.VALCIVS
SYMPHOR.LIBERTO
BENEMERENTI

794.

:::GGE . AEMILIA VIXIT
ANNOS XXX SACTE.PIE.HIC
EIVS OSSA SITA SVNT

795.

M. TERENTIVS
ASTRAGALLVS

D M

796.

D M
C.CENICILIO.C.F
EVRINO.V.A.XXI
SENIVS M.BLANDA

797.

C.CALPVRNIVS | COCCEIA
C . L | C . L
PHARACES | LYSIDICE

798.

D . M
FABIVS
HELIVS
FECIT VERNAE
SVA

799.

A.CORNELIVS.A.L.LICINIVS
LVCRETIA.S.P.F.RVFA

800.

D . M
PHILETIO
SERVO
FLAVIVS
SVCCESSVS
B . M . F

801.

ONESIMI
M.NVMISI PASTORIS
SER.VIXIT.AN.XX

791. T. P. *Titulum posuit*.

792. TAR. *Tartidia Phyllis*. Cognomen a Licurgi filia Phyllide, quæ in amygdalum arborem conversa, adveniente Demophoonte sponso, flores frondesque emisit: hinc Phyllas, idest *strues*, seu *cumulus foliorum*.

794. :GGE. Forte LAGGE. Apud Lipsium in auctario

LAGGE
BENE. QVIESCAS

SACTE. *Sancte*, idest *caste*, ut innui in inscriptione num. 104.

797. PHARACES. Pharas *separatus*: forte *Pharnaces*.

LYSIDICE. Quasi dicas concordiam amans. *Lysidicus* est *controversiarum diremptor*.

799. S. P. F. Corrigatur SP. F. idest *Spurii filia*, Lucretiæ nomen perraro Parentes filiabus imponebant, quod eas fortasse, antiquæ illius Matronæ mores castitatemque haud imitaturas, prævidérent.

801. ONESIMI. *Onesimus*, *utilis sermo* interpretatur. Cujusdam Onesimi meminit S. Paullus in Ep. ad Philem. 10. *Obsecro te*, inquit, *pro filio meo*, *quem genui in vinculis*, *Onesimo*.

PASTORIS. M. Numisii cognomen: ita ap. Murat. M. *Cornelius Pastor*.

802.

POMPEIA
MELAENIS

803.

.:IS.MAN.SAC.
.:.CLODIO
:OMICO. QVI
VIX. ANN. XIIX
CLODIA
FORTVNATA
BENEMERENT
FECIT PIETATIS
CAVSA

804.

SEIA. L. L.
PLATANE
V. A. XXXII

805.

SEX.GELLIVS.SEX.Ↄ.L.
EVMENES
M.NVMISIVS. M.L
HILARVS

806.

ANNIA
M. L. SIGE

807.

:::V. C. VIBIVS. C. L. HILARVS

808.

C. MATI. Ↄ. L.
AGENORIS

ME-

802. MELAENIS. *A nigredine*, Pompejæ cognomen.

803. ·.·OMICO. *Comico*: Clodii cognomentum, ut alibi.

PIETATIS. Hoc eſt *amoris*: hoc ſenſu pietas accipitur a Cicerone in *ſomn. Scip.* ubi *Cole pietatem*, inquit, *quæ cum ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima eſt*. Interdum religionem ſignificat.

805. EVMENES. *Benevolus*: Eumenia, *benevolentia*.

806. SIGE. Silentium denotat: unde *Sigaleon*, ſilentii, ſeu taciturnitatis Deus. AGENORIS. *Agenor*, idem ac *admodum virilis*.

809.

::::::::::::M
::::::::RICIO
::::::::NINO
::::::::CIT
::::::::ICIA
::::::::CA
::::::::NO BENI
:::::::::::::NTI

810.

IVLIA
L. PISONIS . PONTIAE
AEMILIA HELIPIS
MERENTI FECIT

811.

LARTIDIA
OPTATA
ANNO S . XVIIII

812.

::::::CINTIA L.L.NIGELLA
LICINIA L . L . VIOLA

813.

A . MARCIVS
RECILLVS
MARCIA RVFA

814.

CORNELIA L L.HILAR

815.

MVNATIA.Ɔ.L.FLORA

816.

CHIONI.EPACAI

817.

AM:::::::::VS
VIX:::::::::XXII

818.

C.FANNIVS.C.I.TEVIRA

819.

VIX ANN. LXV

820.

MVMMIA . L . 7 . L.
AVGE

821.

M . POMPEIVS
HERACLIDA

822.

M . LIVIVS . L . ASVLLIO
-ERONI . DEDIT

823.

RVBRIA . CL
ANTIOCIS

824.

MINIA SYMPIERVS::
ANN . XVIII

825.

CANTILVS
C.L.TIMOTHEVS

826.

M . LARONIO
ITALICO

827.

QVIRINTVS
HILARVS

828.

FORTVNATAE

807. ::RICIO. *Caſtricio* Antonino, Saturnino aut quid ſimile, *fecit Caſtricia* ::NO *Patrono benemerenti*. Caſtricii nomen in antiquis inſcriptionibus frequentiſſimum.

816. CHIONI. Chionem meretricem a nivis candore dictam commemoravi in not. Tom. II. num. 249. Heic CHION nomen viri. *Chius* Jubatianus ap. Gruterum p. 583. *Chia*

Chia Antoniæ Drusi unctrix inter nostras loc. cit.

EPACAI. Forte *Epacario*, sive *Epacrio*, a Jove *Epacrio*, sic dicto, quod ei in summis montibus, & promontoriis aræ erigerentur.

817. AVGE *Splendor*, *lux*; sic maxima solis altitudo, *auge Solis* dicitur

820. RVBRIA. Nomen etiam cujusdam Vestalis, quam Nero, teste Svetonio, devirginavit.

820. SYMPHIERVS: *Sympherusa*: alias *Symphorosa*.

829.

L. ARVLENO. EVCARPO. D: M.∴
F. ARVLENE POTHINE. PATRON.∴∴
FECERVNT. L. ARVLENVS
ET ARVLENATR∴∴

Bonissimus quidam vir nomine A... illius Vernasiæ Cippi, quem CLEMENTI XIV. P.M. dono dederam, vetustatem in dubium vocare conatus est, hac potissimum ratione, quod scilicet notæ D. M., non ut obiter in tituli fronte, sed in cippi tympano inscriptæ viderentur. Deridendæ hujusce oppositionis levitatem ostendere supervacaneum censeo; *Men moveat cimex Pantilius? aut crucier quod Vellicet absentem Demetrius, aut quod ineptus Fannius Hermogenis lædat conviva Tigelli?* Verumtamen ne respondendi insipienti juxta insipientiam suam occasio pereat, videat hic Cynicus noster simius easdem siglas in primæ lineæ fine

L. ARVLENO. EVCARPO. D. M

videat eas apud Reinesium, & Muratorium in primæ lineæ initio

D. M. VATINIAE ANTHVLL

=

D. M. L. T. VALERIO

=

DIS.MANIBVS.CAELIAE.ROMANILLAE

divisas in Goriana

D. CINERAR. M

& apud Reinesium p.751. perspicuius

QVIETI AETERNAE
LVTACIAE LVCILIANI FILIAE
MACEDONIANES. P. DEVILLIVS
D LVCINVS. CONIVGI. OPTIMAE M
ET. SANCTISSIMAE. ET. DEVILLI
LVATIVS FT LVCINA
MATRI. KARISSIMAE

in medio epitaphii ap. Gudium p.277.

LVCEIA. HEBENE
SE. VIVA - FECIT
DIS. MANIBVS
M. LVCCEIO. OPTATO
COIVGI. SVO. PIISSIMO &c.

in tympano demum, ut in Vernasiana



immo in columnarum basibus accipiat ex Gorio, aliisque



Hæc me attulisse profiteor, non ut nova, sed ut vera; neque ad eruditos docendos, sed ad retundendam laudati Antiquarioli malignitatem.

L. ARVLENO. Geminatio tertii casus in titulis sepulchralibus, idest tam in Defuncti, quam in Manium nomine adeo frequenter occurrit, ut non fortuito, neque inconsulto id fecisse Gentiles crediderim. Nam licet scribendum esse videatur e. g. DIS. MANIBVS IVLII, CAII, FLAVII &c. *Julio* tamen, *Cajo*, *Flavio*, & hic ARVLENO scripsisse antiquos censeo, ad indicandum lapidem utique positum esse *Defuncto*, vota vero *Manibus* dirigi; ac si diceretur *Lapis*, *titulus*, aut *tumulus*, *urna* &c. L. ARVLENO; supplicationes vero, invocationesque MANIBVS ejusdem.

EVCARPO. *Eucarpus* græcis, latinis est *bene fructificans*.

F. ARVLENEPOTHINE. *Flaviæ* aut *Fabiæ* aut *Fulviæ Arulenæ Pothine*, forte *Phothinai*. Fœminam habemus prænomine, nomine, atque cognomine decoratam, adversus Panvinium, Manutium, Sigonium, Robortellum, & Castalionem, a quibus Fœminæ prænomine, atque cognomine immerito orbatæ sunt. Huic, sequentes addantur, quæ in vetustiorum marmorum sylloge reperiuntur.

Tullia Bona Secunda.
Alcumia Venusta Severa.
Julia Rupilia Felicissima.
Roscilia Vivaria Sabina.
Tarquitia Sabina Amitia.
Flavia Flamina Flavialis.
Claudia Moschis Actes.
Pacilia Sospita Pia.
Publia Aelia Artemisia,
Sallustia Barbia Orbiana.
Aemilia Materna Termantia.
Furia Saturnina Sorana.
Trebonia Maxima Exorata.
Gavinia Valeria Scolastica.
Ti. Flavia Magia.
Lucia Celerina Victoria.

Si demum fœminam expetis cum prænomine, nomine, cognomine, atque agnomine, hanc reperies apud Vignolium in inscript; select. pag. 214. ubi L.PETRVCCHIA ACILIA MAXIMILLA *Carpi* uxor.

830.

D M
C. MAECIO
LIBERO LOCO
SVO AMICI
FECERVNT

831.

TICISOTAS
FECIT. AMI
CIBVSS VIS

830. LIBERO LOCO. Amici liberum locum, idest loculum eatenus vacuum fecerunt. Sic in Kircheriano marmore LOCVS CINERIBVS FECIT; in Ficoroniano LOCVM ET OLLAS DVAS ACCEP. In Christianis: LOCVS VICTORI. FECIT TIBI LOCVM. Quod heic C. Maecio *Amici*, alibi M. Æmilio Chresto fecisse *socios*, ex Reinesiano liquet.

M . FABI . FELICIS . CVR
CVM . M . AEMILIO
CHRESTO
MONVMENTVM EX
PECVNIA SOCIORVM
XXXVI . FECERVNT
RAT . PAR . SOR. II . LOCO XXVII

Inter Fabrettiana cap. I. pro *liberum*, ſive *vacuum* legimus *Virginem*

M . AVRELIVS DOMITIANVS
SE VIVVS EMIT . ET . COMPA
RAVIT LOCVM VIRGINEM

ſic apud eumdem Fabrettum (ut alibi obſervavimus) *monumentum virginem* &c. *ollæ virgines* &c.

831. AMICIBVS. Barbariſmus cum FILIBVS ap. Reineſium Cl. I., & cum ALVMNIBVS ap. Boldettum lib. II. cap. IX. ſociandus. Cæterum commendanda admodum eſt antiquorum in mortuos amicos pietas, præſertim erga tenuiores; quorum oſſa cum propriam habere ſedem nequirent, ſæpiſſime eorum familiæ ſepulcro recipiebant, aut in urna condi curabant. Hunc nuper in hortis Juſtinianæis lapidem vidi

DIS MANIBVS
IVLIAE SATVRNINAE F
BENEMERITAE VA XLV
CRESCENTI AMICO MEO
∴M CONIVGI EIVS
A . XXXX
LVCCEIVS . FELIX

& Romæ (non Tergeſte ut ſcribit ſublaſtæ fidei vir Petrus Apianus p. 354.) in ædibus *Maximorum* vulgo „ delle Colonne.

P . SCANTIVS
PHILETVS FECIT
SIBI ET SCANTIAE
NICE LIB
REQVIETORIVM
AMICIS . BENE . FACERE
SEMPER STVDIOSVS FVI

tandem ex Smetio Gruterus p. 890.

∴II . TERENTI . SERAPICVS ET
∴IAS . OPTANDO . ET . FORTVNVLAE
AMICIS OPTIMIS D . D

Sane nil majus rariuſve amicitia naturam dediſſe, Manlius docet; eamque amori prætulit Publius Syrus; *nam amicitia*, inquit, *ſemper prodeſt, amor quandoque & nocet.*

832.

C.FLAVI
DIONYSI

833.

A . PVPIVS
SATVRNINVS
ET . PVPIA
MELE

834.

D . M
OSTESI VERN
SVOCAR . QVI . V
AN . IIII . M VIII . D . XVI
FECERVNT
T . AVRELIVS CRESCENS
FI . VLNA . MARCELLA

835.

ANTISTIA
NARDIS

836.

C . VIBIVS
Ɔ.L.FELIX

837.

L . CAIILIVS . LL . GORGIA

838.


Q . SPELLIVS
HERMIA

839.

I TVCCIVS . Ɔ . L.
LVCRIO

840.

D M



FLAVIAE NEMESI

841.

L . FAENIV∴
PROTOGEN∴
SIBI ET SVIS

M.HO-

842.

M.HORATIVS.M.L.PROTVS.ET
C.MEVI:: L.RODONIS:SIBI.ET.SVIS

843.

.:.ATVRNINoRV.:.:.
.:.ƆREDIE SATV.:.:.
.:.VS ⱵↃ ARCADIO.:.

844.

M.LIVIVS.M.L
CELER

845.

.:.TILII MORS EST.:.:
.:.VENDI .:.:.
.:.N.TATIANO.:.:.:.
.:.:.:.:.:.OVSS.:.:.:.:.:.
.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.

846.

VILONIA
SEX.L.
LICCAEA

833. MELE. *Mele cycnea*, ideſt cantiones ſuaviſſimæ apud Lucretium. *Melos*, harmonia, cantus ſuavitas.

837. GAIILIVS. *Cælius* II. pro E. Ita FIICIT, FIILICI, FIICIT. VALIIRIANVS, DIIIBVS, pro *fecit*, *felici*, *Sexti*, *Valerianus*, *diebus*. In lapide ap. Gruterum promiſcuè E & II.

D M
L. IVLIVS. AGATOPVS
IVLIAII. CALLISTII
NI. PATRONII. SVAE
FECIT. BIIANII. MERENTI

etiam fœminas *Patronos* aliquando dictas fuiſſe nemo non ſcit: at tunc vox *Patrona* accipitur pro uxore Patroni, aut pro *adjutrice*, ut apud Terentium in *Eun.* Act. v. ubi Cheræa Theidi

.. *ego te in hac re mihi oro ut adjutrix ſies;*
Te mihi patronam cupio Thais, te obſecro:
Emoriar ſi non hanc uxorem duxero.

GORGIA. Celebris oratoris nomen.

839. Julius Tuccius Caii libertus, non *collibertus*, ut alibi legi deberet.

LVCRIO. *Lucrius*, Deus lucro præſidens apud Arnobium. *Lucriones* qui undique lucrum aucupantur.

841. PROTOGEN. Protogenes, *Primigenius*.

843. ⱵↃ. *Flavio Arcadio*.

847.

P.SEMPRONI
P.L.CHRESTI

848.

CLAVDIA.HELPIS.FECIT
DORIONI CONTVBERNALI
SVO.BENEMERENTI

847. CHRESTVS. Alibi de hoc nomine, ſeu cognomine differendum, ideſt inferius num. 1165.

848. DORIONI. *Dorion*, cantilenam ſignificat ad virtutem excitantem.

N. SER-

849.

N.SERVILIVS.N.L.EROS

850.

C.GEMINIVS FRVCTVS
VIXIT . AN . XL
C . GEMINIVS . ECHIO
C . GEMINIVS . FRVCTVS
VIXIT . AN . XII

851.

MAGIA
TYCHE
VIX . ANN . XI.

852.

D M
HERMADION
AVG . LIBVAN.∴

853.

P . GRANI
THEODORI

854.

D M
AEMILIAE
SECVNDI
NAE

849. N. *Numerius*

850. ECHIO . *Echion* , sive *Echium* , est medicamentum quoddam oculorum.

851. MAGIA . *Sapientia* ; vox est Persica.

852. LIBVAN . *Libertus vixit annos* .

855.

GRATTIA . L
STAPYLE V . ANN . XXVIII

L . CALPVRNIVS . L . L .
ATTIS . ET
GRATTIA . 7 . L . IRENE
FECERVNT

STAPYLE . *Staphile* H in nominibus non semel omissam alias vidimus . L . L . *Lucii libertus* .

FECERVNT . *Parentes*, ut puto , *filiæ*, quæ vixit annos XXVIII.

856.

D M
C . CANINIVS TI
MOTHEVS . ET . CAMVRENA
HELPIS . SE . VIVI . FECER
VNT . SIBI. ET.LIBERTIS.LIBE
RTABVS.POSTERISQVE.EORVM

857.

Q.CORNELI-Q.L.SEVERI
RVBRIA.D.L.GRAPTE.PRO
PARTE.DIMIDIA.SIBI.ET.SVIS
COCIA.D.L.ARESCVSA
L.SERVILIVS.FELIX.SIBI.ET. SVIS
PRO PARTE DIMIDIA

858.

D M
ANVARIASEVIVA
T GEMINIO ZOTIC
O ET . GEMINIAEIAN
EPIS

859.

RVSTIA . Ↄ . L . THALLVSA
SIBI ET
RVSTIAE . PLOCE . L . SVAE
VIX . ANN . XII

860.

A . DECVRIO . SIBI
::T . OSSIBVS, SVIS . SE
VIVO . FECIT.

861.

D M
ASELLAE
V . A . II . M . XI
APSENS
/ D

862.

T . IVLIVS . ANICETVS . SIBI . ET . SVIS
LAVDA . ADVENA . VIXIT . A . XIIIX

856. CAMVRENA. *Camura* eſt vas, ubi in nuptiis a nubentibus utenſilia locantur.

857. PRO PARTE DIMIDIA. Diverſa omnino tum virorum, tum mulierum nomina, illudque *pro parte dimidia* innuunt a duabus familiis æqua æris portione conlata unum tantum mox dividendum emptum fuiſſe ſarcophagum, ſive urnam, ita ut partim ad Q. Cornelium Severum, partim vero ad Cociam Areſcuſam pertineret. Titulos exterius diviſos, interioremque urnarum partitionem indicantes vidimus in monumento M. Popilli & D. Fiduſtii. Urnulam itidem exterius dimidiatam habes apud Lupum p.89. in qua ſuperius M. Sextilii, inferius vero Sex. Clodii Decimi Libertini oſſa ſita ſunt.

Hinc formulæ, *Monumenti* EST PARS TERTIA ut aqud Fabrettum p.159. n.281. EX TOTO PRO PARTE TERTIA. n.280. PARS QVARTA PROCVLEIAE PARS VI. *ſibi & ſuis*. num.282. VXOR FECIT P. P. DIMIDIA, *pro parte dimidia* inter noſtras demum Tom. I. In VIRIDARIO PARTIS TERTIAE, & Tom. II. Cap. VI. A PAR VIIII. a PARTE NONA.

858. ANVARIA. *Januaria ſe viva* T. *Geminio Zotico, & Geminiæ Januariæ*.

ZOTICO, *Vivifico, vitali*.

EPIS. Quid per hæc gradatim inſcripta nul-

nullumque sensum habentia elementa, non assequor; quare cum Plauto

——— pol credo nisi Sybilla legerit,
Interpretari alium potesse neminem.

860. DECVRIO. *Auli* nomen: nomina, & cognomina ex militaribus officiis hausta, alibi notavimus, ut Aufidius MILITARIS, C. Valerius TRIARIVS, T. Helvius CELER C. Julius CLASSICVS, N. Appius CENTVRIO, Ælius EMERITVS, C. Hostilius LEGATVS.

T. OSSIBVS SVIS. *Et* ossibus suis τὸ SIBI *ossibus suis* addere, supervacaneum, nisi Aulus hic Decurio opinaretur cum rudioribus quibusdam ex Ethnicis, animas defunctorum sepulcrum incolere, atque ossa sua sæpe invisere. Adi Platonem in *Phædone*. Ovidius *Fast.* lib. 2.

Vix equidem credo: bustis exisse feruntur
Et tacite quæsti tempore noctis Avi.
Perque vias urbis, latosque ululasse per agros
Deformes animas.

861. APSENS. *Absens*, nomen conjugis, ut puto, Asellæ. Sic (in significatione vero *absentis* ab Urbe) apud Gruterum p. 436. *Marius* CONSVL APSENS CREATVS; & pag. 61. *Populus Romanus* ANNO NOVO APSENTI CONTVLIT. Quemadmodum ergo litteram B quandoque in P migrasse animadvertimus, ut in vocibus CONLABSVM, OBTIO, STIBENDIORVM s ita P interdum in B ut in vocabulis OPSTETRIX, SVPSIGNENT, OPSIDES, APSTINENTI, APSTVLIT, SVP, PLEBS, APSOLVTVM adi eumdem Gruterum pp. 185. 202. 304. 636. 1134. 1083.

863.

CORNELIAE.AGELE∴.
L.SALVIO.PRIMIGENIO
BASILIDI. CORNELIAE
L. MVNATIO. HALO.
OLLAE. EMITAE. XI
∴.∵Q DEM.∵PA∵PI.∵.I.∵.

864.

T.CORNELIVS
PL FAVSIVS
CORNELIA PL
∴ID ODE∴∵
∴∵∴∵∴∵∴∵∴.

865.

D ❦ M
EMERITA
VIXIT.ANNV
M.VI.D VIIII
FECIT.GALLIA
FELICITAS.VERN

866.

TETTIA.P. ∴∵
∵COETIA V⅄.XX.∴

867.

. . . .
EX.TESTAMENTO
FIERI IVSSIT HS XX
ARBITRATV
ALYPI L

868.

∴∴∴∴PL CIVs∴∵
PHILODESPOIVS

863. OLLAE EMITAE. *Ollæ emptæ* XI. Vid. Cap. VI. num. 443.

864. PL FAVSIVS. Cornelius *Publii libertus Faustus*, Cornelia *Publii liberta*, idest conliberta.

865. ANNV. *Annos* V.

867. EX TESTAMENTO. Testatoris nomen, cum superiori lapidis parte excidisse patet.

HS. XX. Vicena sestertia legavit ex testamento, ut sepulcrum, arbitratu Alypii liberti, construeretur.

BE-

869.

BENIGNO
VIXIT.A.I.M.V.D.VI
FAVSTINA VERNAE
DVLCISSIMO.FECIT

870.

DIIS.MANIBVS
CN.POMPEI.ATI.
L.FLAVIVS HERME
AMICO . B . M
FECIT

871.

T. APVSVLENVS ALEXANDER
V.A.LXXX.T.APVSVLENVS LVCRIO
T.APVSVLENVS IANVARIVS
T.APVSVLENVS IVCVNDVS
APVSVLVNA METHE FEC.PATR.SVO
BENE DE S::::MERENTI

872.

N . OGVLNIVS.N.L.DINAE VS
OGVLNIA.N.L.AVGE

873.

.:.RTI.ET.CONSERVI.MERITO.POSIERVNT

871. PATR.SVO. *Patrono suo*.

873. RTI. *Liberti*. POSIERVNT. *Posuerunt*. Apud Ursatum marm. erud. *posit*, *posivit*, *poseivi* pro *posuit*, & *posui*. CONSERVI. Vid. Tom. II. *num*.445.

874.

L.CORNELIVS.FELIX
DONATAE VERNAE
SVAE FECIT TITVLVM
LOCO . EMPTO
QVAE VIXIT
ANN VIII

875.

D M
TI . IVNIO
ATTICO
B . M
ONESIMVS
FIE . F

874. LOCO EMPTO. In quo Donatæ titulum, sive urnam conderet.

875. FIE. F, *Fieri fecit*. Alias *fecit fieri*, & *fecit sibi fieri*. Hic sepulcri constructionem exprimendi modus, diu apud Christianos tenuit; recentioribusque his temporibus magis invaluit: suppressus tandem est, turpem quamdam homonymiam vitandi caussa.

D M

876.

D M

AVRELIVS . Ɔ . L
Θ PAMPHILVS
SAVFEIA . M . L . ANM
CNEGENATIVS . CNL
EVTICHVS

877.

D ❦ M
T . FLAVIO SAECV
NDO , AMICO , B , M
FEC . CONFLONIA ,
AMANDA , QVI , VIXIT ,
ANN , XXXX , DIEB , XXX ,

878.

HAEC AVTEM . MACERIA
CONPRESSA CVN MVNI
MENTO ET PORTICVLO
QVAE . FACET . IN FRONTE
PEDES . XX . IN AGRO PEDES
XXVII
EVSEVIORVM

879.

D M
MVSONIVS
FECIT
ONESIMO
HOMNI
OPTIMO
B . M

880.

D . M
PVBLILIA . POLYNI
CE . PVBLILIAE . NI
CEN . I . LIBERTAE
BENE . MERENTI
FECIT

881.

D . M
VALERIAE
HEROIDIETM . VA
LERIO HERMETIM.
VALERIVS FA
VSTVS CONLI
BERTIS FECIT

876. Θ Mortem Aurelii indicat: nam quemadmodum apud Latinos C, ita in judiciis Græcorum theta Θ nota erat condemnationis, quod ſit prima littera in dictione θάνατος, quæ Græcis mortem ſignificabat. Perſius Sat. IV.

Et potis es vitio nigrum præfigere theta

item Alex. ab Alexandro *Gen. dier.* lib. III. c. 5. *Nonnulli in nomenclatura militum per* τ, *ſuperſtites, per* θ, *defunctos in acie Tribunos annotare prodiderunt*. Hinc Martialis Ethnicus lib. VII. 31.

Noſti mortiferum Prætoris, Caſtrice, ſignum?
Eſt operæ precium diſcere theta novum.

Martialis vero Chriſtianus vates lib. III.

Infelix multis Theta eſt, mihi litera felix
Si θάνατον ſcribit, & ille θεόν.

Auſonius demum ſic Eunum pædagogum liguritorem execratur.

Miſelle doctor υ *tibi ſit obſcæno;*
Tuumque nomen Θ *ſectilis ſignet.*

PAMPHILVS. *Omnium amicus*. ANM *Anna*: M pro NA.

CNEGENATIVS. *Cn. Egenatius*. CNL. *Conlibertus*.

877. SAECVNDO. Diphtongus in *Secundi* nomine, nec non apiculi pro punctis interpositi, satis ævi barbariem testantur. De interpunctionis διαφορα, vide quæ attuli cap. VI. in not. ad inscript. num. 398.

878. AVTEM. Conjunctio hæc subjunctiva testatur marmor esse mutilum.

CONPRESA. Perspicuum æque, titulum insculptum fuisse a quadratario aut somniculoso, aut ebrio. LEGAS ergo COMPREHENSA CVM MVNIMENTO ET PORTICVLO. Heic tamen τὸ MVNIMENTVM, non ut in aliis lapidibus *sepulcrum*, sed *munimen* aliquod, puta ad arcendos imbres significare arbitror, quasi tectorium, sive protectorium sepulcro impositum. Virgilius Georg. lib. II.

—— *hoc effusos munimen ad imbres*.

PORTICVLO. Parvam porticum, *porticulum* etiam Vitruvius appellat. Quantaque Gentilium, & quam fuerit sepulcrorum sollicita cupiditas, quivis vel leviter in re antiquaria exercitatus noscere potest: Hinc nil miror ditiores nonnulla ædificiorum ad sepulcrum adhærescentium genera construxisse, ut heic porticulum, & in aliis saxis *maceriam*, *stabulum*, *meritoria*, *tectoria*, *protectoria*, *casas*, *hortos*, *custodiam*, *pomarium*, *viridarium*, *triclinium*, *harundinetum*, *ustrinum*, *solarium*, *dietam*, *tabernam*, immo & *habitationes*, ut colligitur ex mutilo quodam marmore vineæ, olim *Burattiorum*, nunc vero nobilissimi Baronis Gavotti inter vias Salarias, veterem scilicet, & novam, ubi

CVM HORTO QVI EST. INTRA HABITA
TIONES QVAE SVNT SVP SE AEDE SEP
VLTVRAE ET LIBERTIS

De ædificiis etiam in genere, monumento hærentibus mentio fit in Fabrettianis, in quibus pag. 14. num. 64.

AEDIFICIA. PROPRIA - COMPARATA. FACTA
DICATAQVE SVNT MONVMENTO
T. POMPONII. MAXIMINI
CAES. N. LIBERTO. ET
OLLIS. QVAE. CONSECRATAE. IN
AEDIFICIIS. AD. MANVM. LAEVAM
INSVNT. LOCVM. DEDIT. DONAVITQVE

& ibid. num. 65.

HAEC. AEDIFICIA PROPRIA
COMPARATA FACTA
DICATAQ SVNT MONVMENTI
SIVE SEPVLCHRVM EST. ET
OLLARVM. QVAE IN HIS AEDIFICIIS
INSVNT ET CONSECRATAE SVNT &c.

FACET. Pro *facit*, nempe *quæ extenditur in fronte ad pedes* XX. *in agro ad pedes* XXVII.

EVSEVIORVM. *Eusebiorum*: sic in alia ab Antonio Lupo edita EVSEVIO ETYPATIO. Ex latini elementi V affinitate cum β Græcorum, orta est sæpe mutua utriusque migratio; ut ergo frequentissime reperimus *bixit*, *bictoria*, *berna*, *octabo*, *biba*, pro *vixit*, *victoria*, *verna*, *octavo*, *viva &c.* ita heic *Euseviorum*, & alias *ovviolavit*, *venemerenti*, *præveat*, *veneravili*, *novilior*, *sivi*, pro *obviolabit*, *benemerenti*, *præbeat*, *venerabili*, *nobilior*, *sibi* demum *ovvertit*, & *ovvius*, pro *obvertit*, & *obvius*, ut apud Victorinum Grammaticum a Dausquæjo laudatum. Porro litterarum parallage antiquæ ortographiæ, præsertim lapidariæ, crebro deprehenditur in vocalibus E, I, O, V; raro in A: in iis vero quæ a Græcis σύμφωνα, a Latinis *consonantes* dicuntur, rarius. Ad familiam igitur Eusebiam, quæ a *pietate*, & *religione* denominationem hausit, hoc monumentum pertinet.

879. HOMNI. Apud Appianum legitur p. 115. EVPHRATI HOMINI SIMPLICISSIMO. Ceterum, *homini* non *bono* tantum, ut in sequenti apud Fabrettum p. 712.

CASSIO HOMINI. BONO
MACARIVS. MERENTI. FECIT

sed *optimo*, ut apud eumdem p. 256.

C. NV-

C . NVMITORIO . CALLISTRATO
HOMINI . OPTIMO . DOCTISSIMOQVE . ET
VIRO . RARISSIMO
FL . ARISTVS . V . C

Homni pro *homini* per ſyncopen, ut Domnus, titulus ſcilicet, qui *hominibus*, pro *Dominus*, qui ſoli Deo propie convenit. Dom. Macri in Hierolex.
Cæleſtem Dominum, *terreſtrem dicito* Domnum
Sic in ſaxo adhuc in oppido, vulgo *Vicovaro*, extante

VAL . MAXIMA . MATER
(sic) DOMNI . PREDIAVAL .
DVLCISSIMA . FILIA
&c.

At cum *homni* pro *homini*, apud Latinos auctores minime reperiatur, hinc primo loco I inter M & N, non conſulto, ſed incurioſe a quadratario demptam exiſtimo. Item pro HOMINI heic intelligere licet *ſervum*, ſive *domeſticum*: quippe Iſidorus in Gloſſ. hæc habet: *ſcurra*, *buccellarius*, *homo*, *adſecla*, ad quæ Salmaſius in *Treb. Poll. ita enim*, inquit, *diſtinguendum*; *nam hi* HOMINES *etiam ſimpliciter vocabantur*. Puellum tandem undecim vix menſium HOMINEM appellatum obſervavi in ſaxo apud Muratorium p. 1642.

AVR . GELASIO . HOMINI
INNOCENTISSIMO . QVI
VIXIT M . X . D . XXVI.

880. NICENI. *Niceni*. Sic forte primo obtruncato Dominæ cognomine, per aphæreſin NICENI, pro POLYNICENI. Adi Lupum in epitaph. S. Severæ §. XVI. ubi *Leuce* pro *Seleucide*: ita apud Italos vulgo *Lena*, *Betta*, pro *Maddalena*, *Eliſabetta*.

881. HEBOIDI. Ideſt *fæminæ illuſtri*.

882.

D . M
ANNIAE
APPIAE

883.

Q . CAFA
Q . L . HILA

884.

C . AVIDIVS
C . L
GETA

C . AVIDIVS
C . L
LVGAMVS
SIBI.ET.PATRO::::::

885.

M . ANTONIVS . M . L
PAMPHILVS

886.

L.CORNELI L.L.
HILARI.SIBI.ET.SVIS

887.

L.CORNELIVS
FECIT SIBI

888.

Q . ANICI
Q . L
CHILONIS

889.

LOCHIVS
VIXIT ANNIS XX

890.

FVNDANAI
PRIMAI

891.

TITIA
PSYCHARIO

892.

SPVRILIVS
HYPNVS

893.

OFELLIA.M.L
PHILVMINA

894.

EGNATIA
IR:::::::::::A

895.

NEMENSIS
VIX.ANNIS.IIII

889. LOCHIVS. Nomen a re admodum impura apud Obſtetrices. Vid. lex. Med. voc. *Lochia*.

890. FVNDANAI. *Fundanæ*: AI pro AE alias occurrit: ſic PRIMAI *Primæ*.

891. PSYCHARIO. *Pſycharius*, viri nomen: alias *Pſycharium*, fæminæ, ab anima derivatum.

893. OFFELLIA. *Offella* eſt fruſtulum carnis. PHILVMINA: *Philumena*, forte *Philomela*, Pandionis Athenienſis regis filia, quæ in luſciniam converſa eſt.

FVR-

896.

FVRRIA . P
TERTII

897.

C. IICINIO FLORO
F

898.

T.TREBLANVS
MERZANA.H.S.E.

899.

P . SEVIVS . PP . 7
DIOCLES

900.

OBVLNIA
FACETA.V.A.X
OLLA EIVS INTERIOR

901.

T . TERENTI
THALAM

899. SEVIVS. *Sevium*, libum quod in ſacrificiis ſeceſpita ſecabatur, Feſto authore. DIOCLES: qui docet; proprie *Dioclis*.

900. OBVLNIA. Legendum forte OGVLNIA: ita apud Gorium *Ogulnia* Aphrodiſia, *Ogulnia* Felicula. Gentis *Ogulniæ* monumentum ultra II. lapidem via Appia extitiſſe tradit Fabrettus cap. 2.

INTERIOR. Locum reponendarum ollarum, cum in familiæ ſuæ monumentum libertos & libertas recipiebat, Dominus, ſeu Patronus adſignabat: ſic in Reineſiana p.862. LOCVS . ADSIGNATVS AB T . CLAVDIO HILARO PATRONO & pag. 816. P.AELIO.ROMANO.LOCV. CONCESSV tandem p.807. OSSA . REPONERE . LICEAT . SIBI . ET . POSTERIS.

Porro ſepulcrum duabus conſtabat partibus, exteriore nimirum, & interiore; In hanc, quæ ut plurimum ſubterranea erat, per gradus deſcendebatur: graduum, ſeu ſcalæ typum exhibet Eabrettus Cap. I.

Ibi cellæ parietibus circumſeptæ; in his quot ollæ, ſive capſulæ oſſuariæ, tot foramina, ſeu loculi ordinatim diſpoſiti, in quibus ollæ condebantur, ut videre eſt. Tom.I. c.3. p.209.

Ollas tandem, forma diverſas, quaſdam ex columbariis hic illuc repertis excerptas accipe.



Olla igitur Ogulniæ Facetæ (i. e. *urbanæ*) condita fuit in interiori monumenti parte, loco vero ab anonymo Patrono, vel Domino adſignato.

901. THALAM. *Thalamus*, eſt nuptiale cubiculum: accipitur pro cubili conjugali, & oculorum etiam cavitatem ſignificat.

CAL-

902.

CALVEDIA
Ɔ.L.APRODISIA

903.

TERENTIA.M.L
TYRANNION
CYZICENA V.A.XXXV

904.

L.PETILLI.L.L.PANEMI
PETILLIAE.Q.L.IRENAE

905.

D M
SVLPICIAE.MELIE.TERTVLLVS
CAESARIS.SER.CONTVBERN.
PIISSIMAE.SIBI.SVISQ.FECIT.
VIXIT 7 ANNIS L
IN.FRONTE.P.XI.IN.AGRO.P.XVIII
ET.CVSINIAE.FIRMAE

906.

L.CORNVFICIVS
L.L.PHILEROS
LICINIA L.CHILA
D M
LIVIO.PHILETo
LIVIVS.RVFINVS
LIB.BENE.MER

902. CALVEDIA. Alibi *Calvidia*: heic, ut reor, E pro I ut crebro in aliis tum editis, tum edendis.

APRODISIA. *Aphrodisia*. Cognomentum Veneris, ut alias dictum est. Fuit & nomen cujusdam lenocinantis fœminæ, cui Siciliæ Prætorem Quintianum, S. Agatham depravandam tradidisse fertur.

903. TYRANNION. Nomen a cruciatu, & dolore. Tyrannionem grammaticum, qui Aristotelis atque Theophrasti volumina, dictatore L. Corn. Sulla digessit laudant historici. Tyrannionem alium nominat non semel Cicero in Epist. ad Atticum, & in epist. ad Quintum fratrem lib. II. 4. Hunc eumdem esse existimo, qui proponente Julio Cæsare, commentarium scripsit (ut refert Suidas) *de Metro obliquo*.

CYZICENA. Cognomentum a patria. Cyzicum, sive Cyzicus, olim insula in Propontide, exinde vero ab Alexandro continenti Mysiæ adjuncta; vulgo *Spiga*. Insulæ nomen indidit Cizicus Rex, mox a Jasone per imprudentiam interemptus. Ovid. *Fast.* I.

Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris
Cyzicon Æmoniæ, nobile gentis opus.

Urbis hujus signum, columnam scilicet exardentem instar tædæ, cui serpens circumvolutus est, vulgavit Patinus *in num.* M. Aurelii pag. 191.



Numum vero in quo protomæ visuntur, ex una parte Alexandri Severi, ex altera Juliæ Mammeæ, & Sallustiæ Barbiæ Orbianæ, edidit disertissimus Pellerinus Ep. II. pag. 187. tab. III. *Romani*, inquit Strabo, *Cyzico honorem habuerunt; estque etiamnum libera, multumque habet agri, partim antiquitus, partim dono Romanorum.*

907.

D M
Q. TERENTI : PRISCIANI
VIXIT . ANNIS . IIII . MEN
SIBVS . VII . FRVMENTVM
PVBLICVM . ACCEPIT . MEN
SIBVS Z VIIII .
TERENTIA . SABINA
ALVMNO FECIT

FRVMENTVM. Nimirum : Q. *Terentius Priscianus*, post annum tertium & mensem decimum ætatis suæ, in numerum puerorum egenorum, aut expositorum, qui frumento publico alebantur, adscriptus, *frumentum publicum* ex liberalitate Principis per reliquos vitæ *menses novem*, *accepit*. Ita apud Reinesium Cl. XII. p. 695. C. *Sergius Alcimus vixit ann.* III. *mensib.* .... *diebus tribus*, FRVMENTVM ACCEPIT DIE X. OSTIO XXXIX. Tabulam æneam ad frumenti publici distributionem spectantem edidimus Tom. I. Cap. II. num. 95. ibidem crebro siglæ FPA *frumentum publicum accepit*; immo heic advertendum perperam in ea tabula a typographo positam E pro F, quæ profecto ut in autographo, ita in schedis meis vix ab F distinguitur. Verumtamen

En adsum; & veniam, confessus crimina, posco.

De pueris, puellisque alimentariis, quas Trajanus omnium primus instituit, Adrianus protexit, exinde Antoninus in honorem uxoris, *Faustinianas* appellavit, adi Salmasium in *Jul. Capit.* pag. 83. Fabrettum *de column. Trajani* Cap. II. p. 36. Maffæjum *in explic. tabulæ Placent.* Mus. Ver. p. 381. 399. Interea audiendus in *Traj. panegyr.* Plinius. *Quocirca*, inquit, *nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo*; & inferius: *ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur, crescerent de tuo qui crescerent tibi quantum parentibus suis quisque deberet. Hæc prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta, hoc maximum præstitisti, ne rogarent.* Vide ejusdem authoris epistolas lib. X. 71. atque Xiphilinum *in epit.* Sic de Adriano Spartianus. *Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat incrementum liberalitatis adjecit.* Hinc apud Gruterum p. 1088. inscriptio

IMP. NERVAE TRAIAN. AVG
GERM. P. MAX. TRIB. POTEST
COS. IIII. P. P. NOMINE
PVELLORVM PVELLARVMQVE
VLPIANORVM
EX S. C. P

& apud Patinum p. 138. nummus (quem heic aucto modulo exhibeo) in quo Mater familias filios suos Trajano sedenti quasi gratias agentes offert, cum epigraphe ALIMENTA ITALIAE.



No-

Nostrum hunc lapidem, qui olim extabat in museo Ciampinio, vulgavit etiam Fabrettus Cap. III. sed arbitrariis characteribus insculptum.

908.

DIIS . M . SACR
P.AVRELIVS.ONESIMVS
AVRELIAE.FORTVNATAE
LIBERTAE.SVAE.BENE
MERENTI.DE SE.FECIT.

909.

ANNIA
CALE . PRO
NOMINE V.A XXVI

910.

D M
AVRELIVS PRIMVS
AVRELIO.EPICTETO
LIBERTO . SVO
BENE . MERENTI.
. FECIT .

911.

C . IVLIVS
CAESAR.L.L.FELIX

912.

SILIAE . PHYLLIS
A.V.XXXII

913.

LϒGDλMVS
VIXIT SECVλE

909. PRO NOMINE. τὸ *Nomen* multifarie accipitur, ut videre est apud Calvinum in *Lexic. Jurid.* Verum heic pro agnatione intelligitur: quemadmodum ergo sæpissime in aliis epitaphiis leguntur formulæ NE DE NOMINE MEO EXEAT, & HOC MONVMENTVM EXTEROS HEREDES NON RECIPIT, aut EXTEROS HEREDES NON SEQVITVR, ita in isto dicitur PRO NOMINE; quam formulam adhibuisse Anniam censeo, ut innueret se urnam, sive sarcophagum SIBI & SVIS tantummodo fecisse.

911. C. IVLIVS CAESAR. Vid. sup. Cap. VII. ad num. 632.

912. PHYLLIS. De quadam Phyllide meretrice, non procul ab ædibus Dianæ Aventinæ domicilium habente, loquitur Propertius lib. IV.

913. LYGDλMVS. Servum nomine *Lygdamum*, memorat idem Poeta lib. III.

914.

D M
M. STERTINI VSTI:::
Q.V.A.I.M.IX.D VI
M.STERTINIVS FELIX
VERNAE . SVO
FEC

915.

Q. FABIO . TROPHIMO
Q. FABIVS . FIDELIS
PATRONO . SVO . BENE
MERENTI . FECIT
ET . SIBI . ET . SVIS

914. Q. V. A. I. *Qui vixit annum unum, menses novem, dies sex.*

C.SER-

916.

C.SERVILI.C.ET
APRONIAE.L.
INVENTI

917.

D · M
HISOCHRYSO
PAELIVS
ANTHVS
SER.B.M
FECIT

918.

D · M
MVLPIVS AVG.LIB
SEVTHES
FECIT.EPAPHRODITO
VERNAE·SVO.KARISS
DE SE.BENE.MERITO
VIXIT.ANNO VNO
MENSIBVS QVINQ
DIEBVS . OCTO

916. C.ET APRONIAE. C. *Servilii Inventii Caii & Aproniæ liberti*: ideſt Caii, & uxoris Aproniæ; ſic inferius C. *Servilius Brutillus*, *Caii & Aproniæ libertus* dicitur, quod notatu dignum videtur; nam communiter patroni uxor haud nominabatur.

917. HISOCHRYSO. *Iſochryſo*, ut in aliis ſaxis: *auro æquali*.
SER. *Servo*.

919.

ꟿ.CLODI.VS.ꟿ.L
CADMVS . TAꟿRARIS

920.

C.SERVILI.C.ET
APRONIAE.L.
BRVTILLI

921.

D . M .
DOMITIA.FORTV
NATA

◎

922.

Ɔ.L.L.PROCILIVS.PROCILIA
Ɔ.L.MENANDER.L.Ɔ.L.FELIX

ꟿ. Sic ꟿ ideſt *Manius*, non vero N V nempe *Numerius*, ut ſcribit ex Blanchinio Muratorius pag.947. ubi pro TAꟿARIS legit *Taurearius*, ſuſpicaturque nomen eſſe artis illorum, qui, ut ipſe aſſerit, *flagella ex corio bubulo vendebant*. Venditores tamen *Taurearii*, a quo nominentur authore, ignoro. Ignorabat, ut puto, & vir doctiſſimus. Quare mihi THVRARIVM ideſt *Pigmentarium*, aut TAVRARIVM fuiſſe Cadmum conjcere lice-

licebit; ex iis ſcilicet, qui *feros tauros per ſpatia Circi agebant*, aut ex iis, qui ludis Tauriis præerant. De his adi Hoſpinianum in *Feſt. Gentil.* cap. x. De illis meminit Svetonius in Claud. cap. 21.

923.

DIS
MANIBVS
L. CORNELIVS
EPAPHRODITvS
DIONYSIAE
VERNAE SVAE
FECIT
VIX. ANN XIII

924.

XENONI
:::P.OCTAVIOR:.:
ARGENTAR

925.

DIS MAN
PYRALIDI
CONTVBERNALI
SVAE. BENE
MERENTI FECIT
FVLVIVS
IANVARIVS
ET SIBI

926.

C.FLAVIVS.Ɔ.L
ANTIOCHYS
FLAVIA.C.L.
TYNDARIS. LIBERTA

927.

APVSIA
M. L
HILARA

928.

P.FAVONI.FLoRI
FAVONIA. Ɔ. L. EROTIS
SIBI. ET. SVIS
P.FAVONI.BASSI

929.

CLODIA
P.L
HILARA

930.

C. POPPAEVS
BOTRIO
VIX. ANN. XL

931.

C. NORBAN
VS. C. L.
SIMO

932.

D. M
CORNELIAE
TYCHES FECIT

933.

VIBIDIA GEMINA
VIXIT.ANN.XVIII

934.

L. AQVILIVS
L.L.CHILO

923. VERNAE SVAE. Vernæ fæminæ nominantur nonnullæ in antiquis lapidibus: apud Gorium vero Tom. I. pag. 93. DORCADI *Verania Vitalis* VERNVLAE SVAE.

924. ARGENTAR. *Xenoni* ſeu *Zenoni* cognomine *Argentario*: ita Polla *Argentaria* Lucani uxor, & *Argentaria* Eutychia, *Argentarius* Celſinus, L. *Argentarius* Valens, L. *Argentarius* Nymphio apud Gruterum, Muratorium, alioſque.

925. PYRALIDI. *Pyralis* nomen eſt derivatum a quibuſdam inſectis, muſcarum magnitudine circa ignem volitantibus, quæ Pyrauſtæ etiam vocantur. Plinio, *aranei* ſpecies.

926. ANTIOCHYS. *Antiochus*. De Y græca pro latina V conſule Fabrettum, Lupum, Odericum, quorum aſſertionibus, marmorum adde teſtimonia: hoc interea accipe Interamnæ repertum, atque ab Angelonio vulgatum *St. di Terni* P. I. pag. 41.

IYLIO EYBYLIADE
CY . CORR . TYSCIAE
X . YRO PRAEFECTO
AERARII S SATVRNI
OB INLYSTRIA IPSIYS
MERITA ET AMOREM IY
STA CIVES ORDO INTE
RAMNATYM PATRONO

idest *Julio Eubuliade curatori . . . Tusciæ . . . viro . . . inlustria . . . ipsius . . . juxta . . . Interamnatium* .

TYNDARIS . Qua ratione identidem quædam ejusdem verbi syllabæ minusculis characteribus insculperentur, ut heic in Tyndaridis nomine, nemo hactenus declaravit. Quoties id contigit in linearum extremitate, opinari licet a Quadratario hoc pacto fuisse imminutas ob laterculi angustias : verum hanc characterum incostantiam in his etiam lapidibus non semel advertimus, in quibus scripturæ spatium abunde suppetit; itaque id quadratarii aut ebrii, aut nugacis opera factum arbitror.

929. HILARA . *Hilaræ*, seu *Hilariæ* cognomine audi Ausonium in Parental. epigram. 165.

Tuque gradu generis matertera, sed vice matris
Affectu nati commemoranda pio.
Aemilia in cunis Hilari cognomen adepta,
Quod læta, & pueri comis ad effigiem,
Reddebas verùm non dissimulanter ephebum,
More virum medicis artibus experiens.

930. BOTRIO . Idest *quod exit de sarmento* dum turgescit; aut, ut in Cathol. *quod de cingulo pendet*. Botriones, Isidoro, sunt *latices*. Virorum nomina desinentia in O licet parum apud Latinos usitata, nostræ tamen inscriptiones nonnulla exhibent: heic *Botrio*; alibi e Græcis fontibus, *Simo*, *Chilo*, *Philo*, *Bello*, *Amphio*, *Lucrio*, *Nymphio*;

931. SIMO . Cui nasus pressus repandus: barbare *camurus*, nos vulgo *naso schiacciato*. Simo, senis nomen apud Terentium in Andr.

935.

C . IVLIVS
CYPAERVS
ET CLAVDIA
CANDIDA

936.

DIS M
SPES . NARC
ISO . B . M . F


937.

VOLCINIA
L.F.CAESVLIA
VOLGINIA.7.L
SECVNDA

938.

SERVILIA . RESTITVTA
VIX . ANN . X
SERVILIA . IANVARIA
VIX . ANNXXV . DIES . XXX

939.

D . M
ARESCVSAE
M . VLP IVS
LVPE RCVS

VERNAE

935. Inscriptionis laconismus atque simplicitas mœrorem testatur istius SPEI, titulum sepulcralem Narcisso suo, amico, forteque & amanti, dedicantis.

SPES . Nomen, seu cognomen è SPE desumptum, ita non raro in antiquis saxis *Cosconia* VOLVPTAS, *Helvia* FELICITAS, *Sulia* PIETAS, *Satria* DIGNITAS, Aelia GRATIA, Julia PAX; & è Græcis vocibus Marsidia AGATHEMERIS, Aemilia EROTIS, Lucullina CHARITE, Cornelia PSYCHE,

CHE, Rustia AVXES, Herennia EVPHROSINE, Papiria HYGIA, Tuccia LYCHNIS, a *bonitate*, ab *amore*, a *gratia*, ab *anima*, ab *incremento*, a *lætitia*, a *salute*, a *luce* &c. *Spes* profecto nomen aliquarum christianarum virginum fuisse perspicue constat ex Metaphraste, Usuardo, & Baronio in Martyrologio R. K. Aug. ubi legimus: *Romæ*, *passio SS. Virginum Fidei*, SPEI, *& Caritatis*, quas sorores fuisse censeo. Eadem latinis literis, græcis tamen vocibus profert Kalendarium illud marmoreum, quod adhuc extat in vestibulo templi S. Silvestri *in capite*: videlicet, *mense Septembri die* 30., *natale S. Sophiæ viduæ*, *Pistis*, *Helpis*, *& Agape* apud Fabrettum *Antonia Spes*; inter Gorianas *Claudiæ Spei*. Adi etiam Mabillonium *de cult. Sanctor. ignot.* pagin. cxx. apud quem *oleum S. Spei*, *S. Sapientiæ*, &c. Demum apud Donium, SPES *episcopus*. Eruditissimus Jo.Baptista Sollerius (Act. SS. Tom. I. Aug. p. 16.) nomina hæc *Fides*, *Spes*, *Charitas*, nomina appellativa potius, quam propria existimavit. *Hæc nomina*, inquit, *quæ rarissimo*, *mihique saltem non noto exemplo*, *apud Græcos græce*, *apud Latinos latine enunciantur*, *appellativa potius*, *quam propria dicenda videntur*. At quin argumenta afferantur, quibus doctissimus Odericus (Dissert. II. §. 1.) Sollerii conjecturam refellit, inscriptio hæc Capitolina, in qua nudum *Spei* nomen legitur, meam satis sententiam tuetur; nimirum, SPES proprium quoque nomen antiquis fuisse.

940.

APOLLONI
ZELI . L

941.

SPONSA
DAT
IVCVNDAE
SVAE

LIVIAE . L
DAT
M. IVLIO. FELICI

942.

STACTE
THY:::

943.

LIVIA
LYDI . L
CHLOE

944.

ALCAEO . C. IVLIVS
L. SVO FELIX
DAT

945.

LICINIAE
DIONYSIAE
APOLLONI

946.

LICINIA. DIONYSIA. DEDIT
NICENI . SVAE . OLL.
ET. DAT. DONATAE. SVAE

947.

PHILOMVSVS. LIVIAE
L. DRVSIANVS . ET
EPAGATHO. LIVIAE. L. OL. DAT

941. DAT. DAT. Sponsa Liviæ lib. dat Jucundæ, & M. *Julio Felici*.

SVAE. Idest *libertæ*: sic inf. *Niceni* SVAE. *Donatae* SVAE.

942. STACTE. Sive *Stacta*: latex est, oleumve e cinnamomo THY. *Thimele*.

LYDI. Lydii *liberta*. Lydius lapis: italice *pietra di paragone*.

CHLOE. Nympha, quam Græcos etiam Cererem appellasse testatur Pausanias.

946. DEDIT... ET DAT. Ollas nempe quondam *dedit* Niceni, nunc vero *dat* ollas *Donatae*.

947. DRVSIANVS. A *Druso* Tiberii fratre; cujus libertum fuisse *Philomusum* reor.

DIIS.

948.

DIIS . MANIB
D . LVCILIO . FELICI
D . LVCILIVS . SOTERI
PATRONO . B . M .
F

CANVLEIIE . SATV
RNINE . T . CANVLEIV
ATIMETVS . LIBERÆ SVÆ
ARAM . POSVIT . LIBES
ANIMO . SIBI . ET . SVIS

LVCILIO. Quidam Lucilli cum Lucilii nomine confundunt. Heic diſcriminatim *Lucillum* habes & *Lucilium*.

T. CANVLEIVS. Canulejam gentem, quam Volſinienſem, curiæque Bartiniæ adſcriptam aſſerit Adamius in Hiſt. Volſ. pag. 139. (ubi has inſcriptiones vulgavit, ſed perperam diptongo ubique appoſita) lib. IV. pag. 139. Romæ claruiſſe conjicitur ex quarta Ciceronis in Verrem actione, ubi L. Canuleius, ejuſque libellos, quos CANVLEIANOS Orator appellat, non ſemel laudatur. Clareſcunt etiam lapidibus *Lucius*, & *Aulus Canulejus*.

ARAM. *Aræ* quodammodo formam præfert cippus hic noſter, qui licet elegantiſſimo undequaque opere anaglypho ornatus, characteres tamen admodum rudes exhibet hujuſmodi

DIIS · MANIB
D · LVCILIO FELICI

Quare non ejuſdem ætatis ſculpturam eſſe, & epitaphium valde ſuſpicor. Ut ut res ſit non unam, ſed TRES dantem ARAS fœminam habes apud Fabrettum. ARAM vero, & ROSAS, quemdam Timarcum apud Muratorium pag. 201.

LIBES. ANIMO. *Libenter*. Auſonius Edyll. 322.

Diſce libens, longum delenitura laborem
Intervalla damus.

& Plinius Epiſt. lib. IV. 23. *Longius abii, libens tamen*, ideſt *libenter*. De N quandoque ommiſſa ante S, jam ſatis Cap. VII. num. 631. In aliis *contra votum*, immo in Gruterianis, FECIT. NON. LVBENS. SED. FATVM. FECIT: heic vero (quod rariſſime in titulis ſepulcralibus occurrit) LIBENS ANIMO: formula tamen hæc, & patroni affectum, & dolorem ob omiſſam libertam exprimit.

Urnam hanc ad vicum Riariorum ætate ſua extaſſe Fabrettus tradit, ſed ab eo numquam fuiſſe viſam ex eo conjicio, quod ſecundum tantummodo ex his titulis ediderit Cap. II. pag. 107.

SOTERI. In primo titulo. *Servatori*. Demetrius *Soter*, ideſt Servator: hinc *Soteria*, carmina pro ſalute recuperata.

MA-

949.

MAMATIVS | AMATIA
Ɔ . L | Ɔ . L
MARTIALIS | PRIMIGENIA

950.

VISIDIA . M . L . RVFA
SIBI . ET . VIRO
LAC:::IO . NICOMEDI

951.

C . IVLIVS
ZOZIMIO

952.

VIBIA
SABBIS

953.

FLAVIA
C.L
SPECVLA

954.

C . FLAVENVS
PHILOTA

955.

L.COCCEIVS
ANOPTES
COCCEIA.L.L
MVSA

956.

L PONTIVS EROS
LOLLIA.M.L.VITALIS

957.


CVPIDA.CLODIA
V.A.II
ET.MENSES.IIII

958.

POPILLIA AL
ATHENAEIS.V.A.XXV.

959.

CINERIBVS



AGATHEMERIDI

960.

C . HERENNIVS
AMPHIO

949. MAMATIVS . M. *Amatius* . Amatia Marcaritæ , & Achillei mater legitur in saxo prope collegium Clementinum .

950. LAC . IO . L. *Actio* , 944. ANOPTES . Sic apud Muratorium p. 997. T. *Claudio Anopti* , & apud Vignolium *Cornelia Musa*. 947. POPILLIA AL. *Popillia Auli lib.* ATHENAEIS : alibi rectius *Athenais* .

959. CINERIBVS . Horatius Carm. lib. I. Od. 8.

Expedit matris cineres opertos
Fallere

& Ausonius sorori suæ Melaniæ in Parental. num. 188.

——————— *accipe quæstus* ,
Debent quos cineri mæsta Elegea tuo .

961.

Q MINVCIVS
LICINIVS
Q MINVCIVS NICO∴
Q MINVCIVS
EVTYCHVS
Q MINVCIVS
Q NIOIΛ FECIT
∴∴SISIPP SA.∴

962.

DIS . MAN
M.VIPSIANVS.S.∴
SIBI.ET.SV.∴
LIBERTIS.LIBERTA.
EORVM

963.

DEPICTETO AVG L.∴
O.ET.SIBI

964.

V Q.SALLVSTIVS.Q.L.MENOPHILVS. P
Q.SALLVSTIVS·Q.L.TEOPHANES
ANTIOCHVS
SALLVSTIA.Q.L.ZOTICHE

965.

SYMPHORVS
VIXIT.ANN.I
MENSES.VIIII

966.

∴LIO ⊳ EV∴
∴PATRONO
∴ERENTI.A.∴
∴VS.ANIIE.∴
∴ITEIIIVS
∴S.LIB.ET.∴

967.

C.IVLIVS C.L.
GALLVS
HIC.SITVS.EST.GENIA

963. DEPICTETO: D. *Epicteto* fortasse *Decimo*, ut apud Gruterum D.L. *Decimi libertus*.

964. V P. *Vivens* seu *vivus posuit*: ita in aliis V F vivus fecit. Eamdem formulam sic gradatim expressam habes in collectione Passionæjana Cl. IX. 46.

7. ALEXANRIA *sic* CLYMENE
S F
E E
V C
I I
V T
A

967. GENIA. Apud Vignolium *Genius Alotianus*. Lege, *Genia* urnam dedit C. *Julio Gallo*, qui *hic situs est*.

PER

968.

: : : : : : : : : : : : : : : : : :
PER DEOS SVPEROS
INFEROSQVE . TE . ROGO . NE
OSSVARIA . VELIS . VIOLARE
M.CALPVRNIVS.M.L.SVLLA
CALPVRNIA.M.F.FAVSTA.LIBERTA

969.

D . . M
ALEXANDRIAE
FECIT AGILIS
CONSERVVS
BENEMERENT

670.

TELLIVS, STABILIO
TARENTINAE, LIBERT
SACRVM

971.

D
C . PVBLICIVS . I.∴.
.∴RNELIA IANVA.∴.
.∴ARABERVNFMVN
.∴LI BERTIS LIBERTAB^{V}.∴
QVE EORV.∴.

972.

.∴LPAC.∴.
.∴NAKRCIS.∴
OPICERNIAE.∴
CVM.QVA VIXIT AN.∴
BENE . ME.∴
ΚΑΙϢΔΕΔΕΙΜΕ

968. PER DEOS &c. Defunctorum rogationes in eadem fere verba perhibent antiqui lapides. Gruteriani p.996. ROGO PER DEOS SVPEROS ATQVE INFEROS, QVISQVIS ES HOMO. NE MEA OSSA OBVIOLES. p.594. QVISQVIS ES HOMO. ET VOS SODALES MEOS CVNCTOS. ROGO PER DEOS SVPEROS INFEROSQVE. NI VELITIS OSSA MEA VIOLARE. p. PETIMVS NE QVIS INQVIETET ME EX ARCA NOSTRA. Muratorianus p.932. ROGO PER DEOS STYGIOS. OSS. NOSTR. QVISQVIS. ES. HOMO. NON. VIOLES. NON, TRAS. H. L. nempe *non trahas hoc loco*. Ex tam enixis defunctorum precationibus, plane eruitur nonnullos fuisse prædatores, qui posthabitis legibus, spretisque pœnis in sepulcrorum violatores constitutis, ossa quieta turbarent.

972. Hunc lapidem, qui modo obtruncatus extat in museo Capitolino, integrum viderat Vignolius, a quo est editus in *inscript. sel.* p.226. sic, in græca sententia perperam appositis interpunctionibus

L. PACVVIVS
MARCISSIANVS
OPICERNIAE. PRIMIGENIAE
CVM QVA VIXIT ANNIS XVII. COIVGI
BENE. MERENTI
ΚΑΙ. ΩΔΕ. ΔΕΙΜΕ. ΠΟΤΕ. ΕΛΘΕΙΝ

idest: *& huc me aliquando venire oportet*. Titulum sup. Cap.vi. retuli, in quo ET TV ET TIBI: apud Gruterum p.938. FVI NON SVM. ESTIS. NON. ERITIS. NEMO IMMORTALIS. In Christianis vero recentissimis *Hodie mihi. Cras tibi*. Advertendum obiter ομικρον in nostro autographo, non ut in Vigno-

gnolii exemplari ω, sed **ω** insculptum quemadmodum videre est in lapide prægrandi, recens effosso, atque hisce diebus in museum Capitolinum translato, ad *Euthydicum velocem equum* spectante, quem doctissimus, nec non in Græcis lapidibus explicandis nemini secundus, cl. Zaccarias recte est interpretatus. Inscriptiones partim Latino partim Græco sermone constantes permultæ habentur: at de hoc inferius Cap. XI.


973.

CINSVA
ANSIGERET
SACERBVS
EMMICIMA
SMICIDEDITS
IOSTRANSEC
NIV


974.

SILIA · PI · ICON
ET L · POMPO
Q VITELLIVS Q A LS
VITELLIAE · ƆL · CLA

975.



976.



977.



973. & *seq.* Quisquis ad has explanandas inscriptiones sua studia conferret, inanem profecto laborem sumeret. *Num.* 973. de *transactione*, fortasse sepulchri, agi videtur; & *num.* 976. *Basilica nova* nominatur, de qua nullam hactenus, penes Urbis regionum descriptores, mentionem inveni.

VL-

978.

VLIA MVSA
PLOCAMI

979.

M . NERI
M . L
ERONIS

980.

L . CORNVFICIVS
L.L.PHILEROS
LICINIA.·.·.L.CHILA

981.

·.·N LVCINE ARCIELA.·.·
·.·VRIA MET.CL.FAVSTA

982.

D M
LIVIO.PHILETO
LIVIVS.RVFINVS
LIB.BENE.MER

983.

CVRTIA . l:::REGILLA . FECIT . SIBI . ET
P . CVRTIO Ↄ . L . EVNO . PATRONO . SVO
QVORVM . NOMINA . POSTEA . IN TITVLO . INSCRIBI
VOLVERO.IN.HOC.MONVMENTO.TESTAMENTO SIGNIFICABO

984.

DIS.MANIBVS
CORNELIE.Ↄ.L
MONIME . QVAE .
SEMPER . BEN: RE::
COTV

985.

M.AVRELIVS
ANAIELISN

986.

M . LIVIv:::
ATHY:::::
LIVIA
ET.M.LIV

987.

C.IVLIVS.C.L.DAMA
LIVIA.C.L.HEDON

988.

::::AE . L .
:::::HONORATVS
:::::TICENI L.SVAE.OLLAM

983. SIGNIFICABO. Nomina tamen significasse, ex marmore non constat: subita fortasse morte correptus, testamentum facere haud potuit.

987. HEDONE. Idem nomen, tertio casu inscriptum HEDONENI, habebis inferius. Huic titulo alterum sociavit Muratorius pag. 2093. hujusmodi

AQVA
M . ALF
ANCIL

qui tamen in Museo non extat.

989.

M . IVNIVS DEXTER . DEDIT . OLLAS . II
SEX . POMPEIO . IVCVNDO
POMPEIA . DORIS . VIX . AN . VIIII

989. DORIS. Nerei uxoris, nympharumque matris nomen.

990.

: : : : : : : : : :
VETERES IMPENS::
: : : : : : : : : :

991.

HED
LIVIAE
MVSAE . LIB

992.

IVLIAHE:::
D.
::VRSION:::

993.

SPER::::
AVG:::
CEBET::::

994.

SPONSA . LI:::
DAT
PANNICHID::::

995.

MODICO . LIVIA
MVSA . LIVIAE . L

996.

ACATHANCE:::
SIBI . ET
IVLIAE.GLY:::

997.

APOLLONIUS AGRIP
DAT

998.

LIVI PAMPHILI SA:::

999.

ƆCHRA:::EF:::
:::VL::::TRAISAR

1000.

∴CHARMO∴
∴CAESARIS∴
∴VRBIS

1001.

CLEO.L.DAT
SATVRNINO
VRBANI

1002.

A FONTEIO
ALEXAE
AGAPETI

1003.

TVCHE
OLL
LAVRENTIN

1004.

AGATHO.RHOSICE
TERTI . L

1005.

M::LI::SL::NICEPHORI.D::

1006.

DAPHNO PALMI:
AVGVSTI . LIB

1007.

L.MARCIO
IANVARIO
DAT.ORVMBVS
DIOMEDIS.L

1008.

M.LIVIVS.ER:::
IVLIA AVG:::

SASA . LIVIAE

1009.

C.VIBIVS C.L.
PHILARGYRVS
VIBIA.C.L.GE:::

1010.

VS.CAVSTRI.L

996. ACATANCE. *Agathangelus* . *Glycerae* .

1000. VRBIS. *A regionibus urbis*. Fragmentum tamen

∴NO
∴A REGION
∴DECVR

quod refert Gorius, in museo non extat, neque in lapidum servorum Liviae collectione a Blanchinio edita.

1002. ALEXAE. *Alexandro*, inquit Gorius: at quare Alexandro? nonnè *Alexis* in eclogis Virgilianis? & *Alexio a bibliotheca* in nostris Tom. II. p. 151.? cur non & heic *Alexa*, ut alibi *Scapula*, *Merula*, *Sasa*, *Lecca*, *Sura*, *Herma*, *Tucca*, *Dama*, *Sulla*?

1007. ORVMBVS. Blanchinius, & Gorius (mendose uterque) CORYMBVS, quasi *Corymbus*: autographum certe habet ORVMBVS; quapropter Gorius de corymbo differens, extra chorum, ut ajunt, saltasse videtur.

1010. CAVSTRI. Supplendum juxta laudatorum virorum exemplaria OLYMPVS ∴DEC.

1012. DIOCHARES. *Jovis gaudium*, ut vertit Salvinius, vel *Jove gaudens*.

C.IV-

1011.

C.IVLIVS.FELIX D:::
BASSA.FELICIS

1012.

C.IVLIVS
DIOCHARES

1013.

::PANACEAES:::
CLAVDIAE

1014.

ATRAPVS

1015.

LETHE.LIVIAE.L
GAMO.CAESAR
DAMOCLIAN.OLL.DED

1016.

SATVRNINVS
MYRTILI

1017.

M.LIVIVS
DIVAE AVG.L
ΛSTIO

1018.

HERMO
LIVIAE.L.LY::
DAT-LEZBIAE

1019.

:::VTHE.LIVIAE.L
DAT FAVSTO
CAESARIS.L
OLLAM

1020.

SYLLA. LIVIAE . L
CELADO.F DEDIT

1021.

LEZBIVS
SVAVI
EVSCHEMONIS.C
DAT

1022.

FAVSTA.EPICADI
DAT
LIVIAE.M.M.L
MODESTAE

1023.

M.LIVIVS.EVNI.L.OLYMP
DAT LIVIAE IRENAE.L.
SVAE OLLAM

1024.

L CAELIA
DAPHNIDI.L

1025.

HERMAISCVS
LIVIAE.L.

1026.

MODESTVS
ATHYS.L

1027.

EPAPHRA
AMARYLLI::.

1028.

EPAPHRODITI.EVDEMIS
APOLLODOTI

1029.

IVLIA
VRBANA

1030.

M.LIVI.AGATHONIS.L
FELICIS

1031.

:.:.:ONI
.:.MVSAE.L
.:.REGIANAE

1032.

ANNA . LIVIAE
MAECENATIANA

1033.

LIVIA.LIVIAE
L.TERTIA
TERTIA

1017. DIVAE AVG. Livia, *Augustæ* titulum, non nisi post mortem Augusti, teste Tacito, est assecuta. *Divæ* vero, anno tantum imperii Claudii decimotertio. Svetonius *in Claud.* XI. *Aviæ Liviæ divinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum, Augustino similem decernendum curavit*. Hinc eruitur inscriptiones, in quibus Livia Augusta appellatur positas fuisse jam defuncto Augusto; illas vero in quibus *Diva*, post ejusdem Liviæ obitum.

1020. FDEDIT. *Fecit*, Posuit titulum, & ollam dedit.

1035. ETAERVS. Cur Gorius HETAERVS? ut nominis etymologiam violenter duceret a quibusdam societatibus Hetæriis, quorum meminit Plinius lib.x. Ep. 97? Rectè apud Blanchinium ETAERVS.

AMA-

1034.

AMARANTHVS.C.CAESAR
DAT . OLLA
VALERIA . ECLOGIA

1035.

ANTONIVS.·.·.·.
·.·.·ETAERVS
CORNELIA ALBANA . D

1036.

D I I S
MANIBVS VALERIAE
EMERIITAE VIX ANN XVI
DVLCISSIMAE ET.AMANTISSIME
FE CITS . T.T.L.

1037.

AVGE
DAT. OLL
M. LIVIO MARSICO

1038.

DIIS . MANIBVS
M . COELIVS . EROS
VIXIT . ANNIS . L .
OLLA . EMPTA . ITV . AMBITV
M . COELIVS . OLYMPVS . PATRONO
SVO . BENEMERENTI · IIIVLVM . POSVIT

1039.

RVTILIAE VICTORI
NAE PATRONAE BENE
MERENTI FECIT.M.RVTI
LIVS METRODORVS

1040.

DIIS . M
CLATIÆ RIIODIAE
MEGISTE.ET.FORTVNATA
HEDONE PATRONAE
SVAE.BENE.MEREN
FECERVNT
V . A . LXXX

1036. EMERIITAE . Heic II non pro j longo . Inferius vero pro H in RIIODIAE.

FEC CITS . *Fecit* S . T . T . L .

1038. OLLA . Idest *empta olla*, & *itu*, & *ambitu* ſepulchri.

IIIVLVM . *Titulum* . I pro T vidimus Cap. VI.

1040. CLATIÆ . De diphtongo ſic expreſſa verba fecimus ſub num. 541.

MEGISTE . *Maxima* . HEDONE . *Voluptas* apud Tertullianum.

P.CAE-

1041.

P.CAECILIO.ALLENIO
FAVSTO.MAXIMO.
SEVERIANO.C.V
COS
CAECILIVS.GAIVS
LVNAE MNVS
PATRONO
INCOMPARABILI

1042.

D M
ARTEMISIAE
ALVMNAE SVAE
CARISSIMAE
FECIT HERMES
QVAE VIX.ANN.XI
MENSII DVB M

1041. C.V. *Clarissimi viri*.

COS. *Consuli*. Inter honorarios, scilicet, vel suffectos incerti temporis Consules, post Commodum, reiiciendo, ut opinatur eruditissimus Ab. D. Henricus Sanclementius, qui in rebus consularibus diu noctuque versatur, cujusque in sententia acquiesco.

INCONPARABILI. Sic & alibi N pro M ante P.

1042. ALVMNAE. De alumnis vide Cap. v. num. 255.

MENSIIDVB M, Mensibus, aut menses II dies V *benemerenti*

1043.

M.LIVIVS
PRIMVS

1044.

D.M.S
ROMANI

1045.

ALBIAE
NOMADIS

1046.

PRIMVS
PROMVS

1047.

::NAELMNIA
CREVSIS

1048.

VERRIA.C.L
PRIMA

1049.

SEX.LARTIDIVS
NVMPHODOTVS

1050.

SEX.PEDVCAEVS
DIO

1051.

L.LARCIVS
PAMPHYLVS

1043. M.LIVIVS. Hic, sequentesque laterculi, cum nuda prorsus defunctorum virorum, mulierumve nomina contineant, comparari quodammodo possunt triginta illis lapidibus, mera Deorum nomina exhibentia, quos prope Pharam se vidisse Pausanias lib.VII. testatus est. Eos tamen edere oportuit, ne his omissis, inscriptionum Musei Capit. confunderetur enumeratio.

1045. NOMADIS. *Nomandria*, cœtus pastorum. *Nomades*, rei pecuariæ negotiatores. 1046. PROMVS. Quasi *cellarius*. 1049. NVMPHODOTVS. Nymphodotus, V pro Y. Ita in Gruterianis ILLVRICVM, BORVSTHENES, OLVMPVS, SVMPERVSA, pro *Illyricum*, *Borysthenes*, *Olympus*, *Sympherusa*, *& inf.* in nostris PHILARGVRVS pro Phylargirus, NVMPHE, NVMPHIVS, NVMPODOTVS, Nymphe &c.

1052.
Q . SPELLIVS
Q . L
SALVIVS

1053.
. D . M .
ALBANO
C . A . H
LYCORIS

1054.
QVARTIO
HILARVS
CLOELIARVM

1055.
C.VITIENVS.C.L.PHILEROS

1056.
AEMILIA.BASIS

1057.
CHILA

1058.
PISTVS

1059.
POSTVMIVS

1060.
FELIX

1061.
HORME

1062.
ALCE

1063.
ANTONIA
M.F.TATIS

1064.
PACCIA
HEROIS

1065.
ECLOGE
V.ANN.XXIII

1066.
M.STAIVS
TYRANNVS

1067.
TIMO
ALFIDI

1068.
LOLLIA
DANAE
VIX.AN.XIIII

1069.
LICINIA LITE
AVCTA
REGILLA

1070.
M.SERVILIVS
SECVNDVS
VIX.AN.XXX

1071.
C.CAELIVS
PHILINVS

1072.
STATIA
L L
CHARMOSYNE

1073.
SPONDE

1074.
APRODISIA

1075.
OPTATVS

1076.
L . SODIVS
Ͻ . L
SALVIVS

1077.
ATTIA
TERTVLLA

1078.
MVS
PATRONA

1054. CLOELIARVM. *Cloeliorum*, gentis Cloeliæ ſervus, aut plurium fæminarum, quæ Cloeliæ in eadem familia nuncuparentur. Eodem nomine ſorores nonnullæ laudantur in antiquis ſaxis, e quibus hoc loco adduxiſſe unum ſufficiat.

COELIAE . CLAVDIANAE
VV . MAXIMAE
——— &c. ———
COELIA NERVIANA
SOROR &c.

1065. ECLOGE. *Lecta fœmina*. Nomen etiam fuit Neronis nutricis, quæ cum Alexandra, & Acte concubina ejuſdem reliquias condiderunt, quas laudabilius in Tiberim dejeciſſent.

1078. MVS. Nomen vere monoſyllabum, nam marmor integrum adhuc, & perfectum viſitur: genit., *Muris*. Decium Murem cum Manlio Torquato conſulem laudat Florus lib.1. cap.14.

SEM-

1079.
SEMPRONIA
L. L. CHILA

1080.
L. ARRVNTI
L.L.ALEXANDRI

1081.
SATVRIA
Ɔ.L.THELIS

1082.
C.FVNDANAI
EROTIS

1083.
IVLIA CEDNE
VIX.A.XXII

1084.
FVNDAIAI
ATHENARVSAIS

1085.
T.LABIENI
DIONYSI.L.OPTATI

1086.
EVCMENE
HIC.EST

1087.
L.HATILIVS
MARTIALIS
VIXSIT.AN.XIIII

1088.
C.PAPI.EPHEBI
IVLIAE.ESPERIDI

1089.
D . M
CN.TVCCIO.EVANT
PERMISSV

1090.
D . M
EVTYCHIAE
VERNAE
VIX . ANN
VI

1091.
T.ICTORIA.Q.Q.L
HILARA
OSSA.HIC SIT.SVNT

1092.
P.CAECILIVS
ATDRATSVS
HIC . S . E

1093.
VERGILIA CELSA
MVERGILIVS.ROMAN::
MVERGILIVS.EVPHEM:::
VERGILIA.HELICE
VERGILIA.TRYPHENA
FECERVNT.SIBI
ET.POSTERISQVE SVIS

1094.
M. CVRIATIVS
VITALIS
VIXIT . AN . III
AEDICVLA . OSSVARIA
T.MANLI.T.L.TRVPONIS.
T.MANLI.T.L.PAMPHILI

1084. FVNDAIAI. *Fundaniai*, ideſt Fundaniæ.

1087. HATILIVS. *Atilius*: redundat enim adſpiratio, quæ deeſt in ſequenti, ubi ESPERIDI pro *Heſperidi*. Sic a quadratariis interdum, ut nemo ſane neſcit, adulterabatur ad libitum ortographia. Hinc Helpis, & Elpis, Hadrianus, & Adrianus, Hannibal, & Annibal, Helena, & Elena, Horiundus, & Oriundus.

1091. Q. Q. *Quinctiorum libertus*.

1092. ATDRASTES. Abundat T. In reliquis, ſyllabarum metalepſis. legas *Adraſtus*.

1093. VERGILIA. Quinquies heic hoc nomen habetur per E, more Politianæo contra Pierii ſententiam, qui *Virgilius* ſcribendum eſſe docebat. At mihi vel inepta hæc videtur quæſtio, nec magnifacienda, iiſque relinquenda, qui futiliter contendunt utrum *Tertullianus*, & *Quinctus*, aut *Tertillianus*, & *Quintus* ſit pronunciandum.

1095.

D . M . SACR
ARRVNTIAE
RHOMES . VIX
ANN . VII . M . III
DIEB . VI
T . FLAVIVS . BACCHYLVS
ET . L . ARRVNTIVS
ABASCANTVS ET
FLAVIA . FORTVNATA
FECER

1096.

D . M . S
FIDICINIA . ASPASI .
ET AVRELIVS AVG
LIB.FIDICINIVS MAXIMVS
FECERVNT . SIBI ET LIBER
TIS . LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM

1097.

D . M . LIVNIO . PROCVLO . ET
ATILIAE PRIMIGENIAE.ET.ATILIO.AVGVSTALI
L . IVNIVS . PRIMANVS . L . IVNIVS . LARINVS
IVNIA . ATHENAIS . ATILIA ZOZIME
PATRONIS . SVIS . B . M . FECER
ET . POSTERISQ. EORVM

1098.

D M
M.MANNEIO HERMETI
MANNEIA TROPHIME
CONLIB . B . M
FECIT

1099.

D . M
Q. VALERIVS
EDISTVS
VALERIA
VENERIA
LIB. B.M. F C T

1100.

VESIA SPERATA
VA XXX
QVESIVS RVFVS
L B M FECIT

1101.

DIS MANIBVS
SILIAE . ANTHVSAE
FECERVNT
P.SILIVS.FELIX LIBER.ET
SILIA.ODE.LIB.PATRONAE
SVAE BENEMERENTI

1099. F C T. *Fecit*.

1100. QVESIVS. Q. Vesius *libertus benemerenti*.

1101. LIBER. *Libertum*, quinque, ut heic, elementis indicatum, & fœminarum cognomina in O (ut in sequenti, ubi Calpurnia PHIDO) perraro in inscriptis lapidibus deprehendimus.

DIS

1102.

DIS . MANIBVS
TVCCIAE . CRYSAIDI
FECIT
M . TVCCIVS
HERMEROS
LIB. SVAE
BENEMERENTI

1103.

Q.METTI.Ɔ.L.PAMPHILI
MAC.V.A DAT
BINIFICIVM
P.VOLVMNIO.P.L.SOSO
HERENNIAE IERT ⊳ AE
Ɔ.L

1104.

LIBERTORVM
ET . FAMILIAE
M.VALERI.EVPORI.ET
VALERIAE . EPICTESIS

1103. MAC . V . A. Desperatæ prorsus lectionis has siglas censeo. Murat. p. 1097. ut aliquomodo nodum solveret, notas adulteravit, scripsitque MAG . V . A . BAT pro MAC . V . A . DAT: hinc *Magistrum vici Abati* excogitavit.

DAT BINIFICIVM. *Beneficium*. I pro E, quod jam alibi observavimus. Beneficium, authore Seneca *de benef.* lib. 1. c. 6. est benevola actio, vel potius datio, ut recte monet Calvinus in *Lex. jurid.* tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo. Heic vero aut de hæreditate intelligendum existimarim (beneficium enim aliquando pro hæreditate sumi innuit laudatus Jureconsultus) aut de loco sepulchri P. Volumnio Soso, & Herenniæ Tertiæ collibertæ concesso.

1105.

DIIS . MAN
CALPVRNIAE . PIAE . V . A . XX
CHARITO CONTVBERNALIS . ET
CALPVRNIA . PHIDO

1106.

VALERIA . Ɔ . L . LYCISCA
XII . ANNORVM NATA
ROMAM VENI
QVAE . MIHI . IVRÆ DEDIT . CIVIS . DEDIT . ET
MIHI . VIVAE . QVO . IN . FERRER . TVM
CVM . PARVOLA . FACTA . CEINIS

1106. LYCISCA. Nomen a Virgilio Damonis catellæ impositum Ecl. 3. ubi Menalcas

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?

ROMAM VENI. Unde gentium Romam venerit, nec dicit, nec scire multum refert.

QVAE MIHI IVRÆ. Sensum hunc autumo. *Quæ* (nempe Patrona) *mihi jus Romanæ civitatis obtinuit, mihi adhuc vivæ tumulum quoque fecit, quo condar cum cinefiam.* Jus Roma-

manæ civitatis, Latinitatis seu Latii, & Quiritium, fæminis peregrinæ conditionis quandoque tributum, colligitur ex Plinio, qui eadem jura Heliæ, Harmeridi, Stratonicæ Chrisippi uxori, ac Panchariæ Soteridi a Trajano impetravit. Vid. lib. x. Ep.4. & 6.

CEINIS. Sic non semel & in antiquioribus saxis *deicundo*, *eitur*, *ubei*, *meiliarius*, *leibertus*. Turbaret me profecto femininum heic genus cineri tributum, nisi mihi apposite, præsto esset Calvi exemplum a Calepino ex Nonnio allatum, apud quem legitur: *cum jam fulva cinis fueris*.

Ceterum, huic partim analogo Epitaphium refert Lupius p.75. hujusmodi

ΕΝΝΕΑΚΑΙ ΔΕΚΑΜΠΝΟΣ
ΕΓ ΩΚΕΙΜΑΙ ΠΑΡΑ
ΤΥΜΒΩ ΟΝΠΡΟΚΑΟΣ
CΥΡΙΗCΑΠΟ
ΓΑΙΗCΟΥΝΟ
ΜΑΔΕΕCΤΙΠΡΟ
ΚΛΑΓΑΙΑΠΑΤΡΙC
ΗΠΑΡΑΚΕΙΜΑΙ

Nimirum: *undeviginti menses* habens *ego jaceo in tumulo*, *quem fecit Pater* meus *Proclus*, peregrinus *Syria e terra*. *Nomen vero est* mihi *Procla*: *terra natalis* fuit mihi hæc *in qua jaceo*.

1107.

DIS.MANIBVS.S
⁞⁞ AVFIDIO.VENVSTO
VIXIT.ANNIS.XXXX
HELPIS.CONTVBERNALI
BENEMERENTI
FECIT

1108.

: : : : : : : : : :
VIXIT
ANNIS.XVIII
ET MENSIBVS.VI
CALPVRNIA
MOLPE.FECIT

1109.

M.GRATIDIVS.
M.L.HILARVS
GRATIDIA.ML.
DVDA

1110.

ARRIA.Ɔ.L.HOSPITA
CONCVBINA.A.L.LV
RI.L.ET.Ɔ.L.FAVITI

1111.

ꟻANIAE
APICI.L.
SABBATHIS

1112.

D . M .
M.FVLVIVS.
.EVTYCHVS
ET.FVLVIA MYRINE

1113.

DIS MANIB
TITIAE
IVCVNDAE
C.TITI.FAVSTI
V.A.XXII

1114.

D M
T.AELIVS DONATVS
FECIT.SIBI.ET.AELIAE
CELERINAE.ET AELIO
MARCELLO ET.LIBERTIS
LIBERTABVSQVE.POS
TERISQVE.EORVM

1115.

D M
AFRANIA
PIETAS
VIX.ANNO.I.
MIIIID I.IIII

1110. CONCVBINA. Vid. tom.1. c.v. num. 220. in not. p.78. De pueris concubinis, sive pathicis confer Beroaldi commentaria in Apul. Met. lib. VII.

1111. ꟻ. *Fanniæ*. Littera F hoc pacto efficta, heic primum fortasse occurrit.

P.GRA-

1116.

P.GRANIVS.A.L
PHILARGVRVS
SIBI.ET.TATIAE
.I.C.L.ISIAE.V

1117.

AREA
L.MVNATI.PLANCI.L
SOSTRATI

1118.

M.LICINIVS
CRASSI.L.ECHELVS
EPINOENI.CONCVBIN
FECIT

1119.

P.TONNIVS
ACASTVS
TONNIA.L.F

1120.

M.SEPVNIVS
NICEPHOR

1121.

FVLCINIA.IVLIA
FLANCILLA TI.AVCTI.L
RHODIA

1122.

D . M . S
⁝ILVS.P.PLOTI.TER
TVLLI.SER.THALLV
SAE.CONSERVAE.BE.
MERENTI.ET.SIBI.ET.SV
IS POSTERISQ.EORVM

1123.

D M
PASSIENAE
HELPIDI
RAECIA.SABINA
ET.PASSIENA
ATHENAIS
B.M.FECERVNT

1124.

L.PASSIENIVS
TROPHIMVS.FECIT
SIBI.ET.PASSIENIAE
EPITEVXI
LIBERTAE.SVAE

1125.

D M
FLAVIA.CYTHERIA.FECIT
SE VIVA SIBI.ET.SVIS.LIBERTI
LIBERTA BVSQVE.POS
TERIS QVE EORVM

1126.

M.ACILIVS.Ɔ.L.FELIX
ACILI.A.ATHENAIS
FABIA . ALCIONE
SIBI

1127.

D · M · S
AGATHE · SABINAE · AVG
LIBERTAE
P · MARCIVS · DARDANVS
KARISSIMAE · ET · SIBI · LIB · ET
LIB · POSTERISQ · EORVM
H · M · H · N · S

1128.

D · M · ASYNCRE · TO
AVG LIB · FECIT · FL
AVIA · SVCCESSA
PATRONO · BENE
MERENTI

1117. AREA. *Sepulcrum*, sive *locum sepulcri* Sostrati, L. Munatii Planci liberti, de quo Cicero, Horatius, aliique. Vide Sponium antiq. Lugdun. Cap. 1. Hunc fortasse laudat Eusebius in Chronic. ubi: L. *Munatius Plancus*, inquit, *Ciceronis discipulus, orator habetur insignis, qui cum Galliam regeret, Lugdunum condidit*. Sostratum architectum, Phariacæ turris extructorem, qui, & omnium primus pensilem ambulationem Gnidi fecit, memorat Beroald. com. Apul. Met. lib. II. & V.

1121. RHODIA. Libertorum, libertarumque cognomina a regione vel urbe, in qua emebantur quandoque declinasse, testatus est Varro de L. L. lib. 7.

1125. CYTHERIA. *Veneria*. Venus namque Κυθρεια cognominatur.

1126. ACILI. A. *Acilia*.

1127. DARDANVS. Cognomentum fortasse a patria, *Dardania*, seu Dardanium oppidum Troadis nominant Strabo, Plinius, & Pomponius Mela.

1128. ASYNCRE. TO. *Asyncreto*. Nomen mihi omnino novum.

GE-

1129.

GEBONIA . P : L
NVMPHE
M.PERPERNA.M.L
NVMPHIVS

1130.

D M
FL.AVG.LIB.SOTERIS
FECIT.SIBI.ET.SVIS
LIBERTIS.LIBERTABVSQ
ET.POSTERIS
EORVM

1131.

CN . DOMITIVS
DIOCLES

SIBI.ET.SVIS

1132.

ATTIDIA.ELENA
LEGAT oLL.AS.II.
C.VALERIO C.L.HILARO
ET.VALERIAE.C. ⊳ L CREST
INI

1133.

SEMPRONIAE
Ↄ.L.HELENAE

1135.

HOSTIA
M.L.SOTERIS

1134.

CORNELIA
L.L.IANVARIA
VIX.ANN.XIIX
MENSES.XI
DIES.XIIII

1136.

M.VOLCIVS
M.APRILIS
V.A.VNV.ET.M.III

1137.

CICNVS.TI.CLAVDI.CAESARIS
SER.FECIT.SIBI.ET
MARCIAE MARVLLAE.
CONTVBERNALI SVAE BENE
MERENTI VIXIT.ANNOS.XXVIII

1138.

OSSA
POMPONIAE.C.L
PLATVRAE

1139.

CHARIS.ARRVNTIA
VIXIT.ANNOS.XX. ⋖

1140.

C . FABIVS . C . L
PROTVS

1141.

DIS MANIBVS
SEXTILIAE . NISAE . CONTVBERN
ET SEXTILIAE POLLAE . V . A . III
M . IVNIVS MAXIMVS
FECIT PATRONO

1129. NVMPHE. *Nymphe* & *Nymphius*: sic alibi *Numphodotus*, pro *Nymphodotus*.

1132. LEGAT. Ut plurimum *dedit*, *fecit*, *donavit*, *sacravit*: Attidia vero hæc nostra præter communes formulas, ollas *legavit*. ELENA heic sine H, que habetur in sequenti.

C.VTIVS

1142.

SEX . VTIVS VTIA . SEX . L.
GENIALIS SECVNDA



Columnam cochlidem, centenariam ſic laterculos dividentem, merum fortaſſe fuit quadratarii commentum; ex quo tamen, columnæ Trajani (ſub qua ejuſdem Imperatoris urnam cum cineribus collocaſſe Plotinam, tradunt Hiſtorici) typus eruitur. Verumtamen attento ejuſdem monumenti typo, Sex. Utium Genialem Trajanæ columnæ fuiſſe cuſtodem, atque ob id in ſuo uxoriſque ſepulchro eumdem typum effinxiſſe, opinari quid vetat? Nonne nuperrime, menſe ſcilicet Septembri anni 1777. repertum eſt Romæ prope palatium vulgò *Montecitorio* inſigne illud marmor in quo Adraſti cuſtodis columnæ centenariæ Divi Marci Aurelii Antonini aperta eſt mentio? At alieno choro mihi pedem inferre non licet: Scio enim jam eruditiſſimum Antiquariæ cultorem, inſcripti hujuſce monumenti illuſtrationem ſuſcepiſſe. Quapropter textum heic tantummodo ſubiiciam ad fidem apographi quod diù in manibus habui.

Exemplaria . litterarum . rationalium . dominorum . NN . scriptarum . pertinentes . ad . Adraſtum . Augg.NN. Lib. quibus . uei . permissum . sit . aedificare . loco . cannabae . a . solo . iuris . sui . pecunia . sua . praestaturus . solarium . sicut . ceteri . Aelius . Achilles . C.L. perpetuus . Flavianus . Eutychus . Epaphrodito . suo . salutem . tegulas . omnes . et impensa . de . casulis . item . cannabis . et . aedificiis . idoneis . adſigna . Adrasto . procuratori . columnae . Divi . Marci . ut . ad . voluptatem . suam . hospitium . sibi . extruat . quod . ut . habeat . sui . iuris . et . ad . heredes . transmittat . litterae . datae . VIII. *idus . Aug. Romae . Falcone . et . Claro . cos. Aelius . Achilles . C. L. Perpetuus . Flavianus . Eutychus . Aquilio . Felici . Hadrasto . Aug.Lib. ad . aedificium . quod . custodiae . causa . columnae . centenariae . pecunia . sua . extructurus . est . tignorum . vehes . decem . quanti . fisco . constiterunt . cum . pontem . necesse . fuit . compingi . petimus . dare . iubeas . literae . datae .* XIIII. *kal. Sept. Romae . Falcone . et . Claro . cos. rationales . Saeio . superstiti . et . Fabio . Magno . procurator . Columnae . centenariae . Divi . Marci . extruere . habitationem . in . conterminis . locis . iussus. opus . adgredietur. si . auctoritatem . vestram . acceperit . petimus . igitur . aream . quam . demonstraverit . Adraſtus . lib. D. N. adsignare . ei . iubeatis . praestaturo . secundum . exemplum . caeterorum . solarium . litterae . datae .* VII. *idus Sep. Romae . redditae .* IIII. *idus Sept. Romae . isdes . cos.*

Si quis tamen exemplar cum Autographo conferre velit, novum Vaticani palatii muſeum adeat, in quod translatum eſt, omnibus fruſtra reclamantibus Antoninis Augg. qui Capitolium incolunt. Si vero aliqua mi Lector, in hoc exemplari ſphalmata irrepſiſſe animadverteris, non in me omnem culpam, ſed in eos a quibus (arcano quidem imperceptoque ſtudio) celatur Autographum, conjicito. Tanta enim cura cuſtoditur, ut dici fere queat inviſibile nunc magis eſſe, quam menſe elapſo, quo adhuc in terræ viſcera abſcondebatur. Aſt ſurdis inclamatur, ſopitiſque irrita loquimur.

1143.

AVRELIAE
L.L.ATTICE

1144.

MESCINIA
HILARA

1145.

C.AVRELIVS
C.L.CARPVS

1146.

VENVLEIVS.EROS

1147.

C.ISTIMENNIVS | C.P.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.
DEXTER | A:.:.:.:.:.:.:.:.

1148.

D.M.S
C.ANTON.ƆL
MOD
V.A.XXII

1149.

OCTAVIAE
GEMELLAE

1150.

C.IVLIVS AGERMI.L
CHARITO
VIX.ANN.XX.

1151.

DIS.MAN.VOKVSSIΛI
VIINVSTAII.IIT.VITIIKKIAII.PRI
MIG.IINIAII.K.VITIIKKIV
ONIISIMVS.BIINII.MIIRIINTI
BV FIICIT

1152.

P.ARRENVS.BL
FORTVNATVS

1153.

M.NERI
M.L
ERONIS

1154.

QVIRINVS
TVSCVS

1155.

M.COCCEIO HERMADIONI
VIX . ANN . XXXV FECER
T.FLAVIVS.GENIALIS.ET
FLAVIA.ATHENAIS COLLIB
SVOBENE.MERENTI.L.L.PQE

1156.

CLAVDIA.LYDE
IASSA.IIIC
REQVIESCIT.FEC::

1157.

D . M
POSINI . FECIT
MARTIALIS.BM
VIX.ANN.XXV

1151. Hæc eſt inſcriptio, de qua alibi ſermo eſt. In hac igitur, elementum K loco litteræ L conſtanter appoſitum cernitur, ita ut legatur VOLVSIAE...VITELLIAE... LVCIVS. VITELLIVS. Ita inter Gorianas Tom. I. 433.

AVREKIVS LIB TEKESPHORVS
ET HEKKAS

Duplicati autem I pro E non deſunt exempla in collectaneis. Heic vero perſpicuius; in ſingulis ſcilicet nominibus, & in *Benemerentibus fecit*. Superius num. 574. pro H & pro j longo.

1152. BL. Fortaſſe P. L. *Publii libertus*.

1155. HERMADIONI. Cognomen ex Mercurio, & Venere compactum: Mercurius enim *Hermes*; Venus, *Dionea*, ex matre *Dione* vocabatur, ut teſtatur Athenæus *Deipnoſoph.* lib.x. veteres autem Mercurium cum Venere conjungere conſueviſſe author eſt

Char-

Chartarius in *imag. Deor.* p.346. Ed. Lugd. 1581. Alibi *Hermathena*, *Hermanubis*, ideſt Mercurius, & Minerva, Mercurius & Anubis. Verborum contractionem, quæ paſſim in antiquis lapidibus occurrit, heic tabulæ anguſtiæ tribuendam cenſeo, deque ea culpandum T. Flavium Genialem, qui ampliorem ac Epitaphio conſentaneam emere tabulam debuiſſet. Venales enim apud Lapicidas proſtetiſſe tabulas ſepulchrales, quas nos vulgo *Scudi* appellamus, compertum eſt.

1156. IIIC. Hic. II pro H, ut non ſemel obſervavimus; quod videtur eſſe archaicum, *Et*, ut inquit Ant. Lupius, *pultiphagorum Quiritium ætatem ſapere*.

REQVIESCIT. Falſo igitur a nonnullis aſſeritur verbum *requieſcere*, in ſepulcralibus dumtaxat Chriſtianorum titulis reperiri.

1158.

M.POPILIVS.M.L.ANTIO
POPILIA.M.P.L.EPICENIA

1159.

T.LABIENVS.T.L
DIONYSIVS

1160.

POMPONIA
Ↄ.L.THEOPHILA

1161.

C.IVNIVS
C.L.COZMVS

1162.

C.IVLII | C.IVLI
MODESTI | AQVILAE

1163.

CN.TVCCIVS
CN . L
THALAMVS

1164.

SEX.FLAVIVS.SEX.I
HILARVS
FVRIA.Ↄ.L.NICE

1165.

DEC.II:::
L.OLI.VS
CLIANTVS
V.A.XXXVIII

1166.

PYLADES SCOLE
DECIA.FVSCA.VIXIT
AN . VI

1167.

ABVCCIAE
ABVCCIAE

1168.

C.FVNDANIVS
SOCRATES

1169.

LAELIA.L.L.ZOPIRA
SANCTISSIMA FEMINA

1170.

MOPSIO . M . L . PAMPHILO
OPSIAE . M . L . CALYBENI

1161. COZMVS. Habes heic Z pro S, ut in aliis, PHILOGENEZ, ZMYRNA, LEZBIA. DICTVZ. ZOMNO. ZVLIZ.

1165. DEC. II::: Fortaſſe *Decius* ſyllabatim interpuncto nomine, ut I. OLI. VS. *Lollius*.

1168. SOCRATES. Ut Heroum, ſic & Philoſophorum nomina, non ob contemptum ſicuti nonnulli autumant, immovero ob oſtentationem ſibi antiquos adſciviſſe opinor. Heic *Socratem*; alibi *Epicurum*, *Metrodorum*, *Chilonem*, *Senecam*, *Diogenem*, *Cratippum*, cognominatos ſervos reperies. Revera quis unquam cognomen aſſumeret, quod in contemptu eſſe agnoſceret?

1169. SANCTISSIMA. *Honeſtiſſima*, ut jam alias diximus. *Femina*, ſine diphtongo habetur apud Gruterum p.459. FEMINA *rariſſima*, & pag.480. *Caſtiſſima* FEMINA; item in codice Virgiliano Carpenſe apud Manutium: adi Cellarium Orthogr. p.81.

1170. MOPSIO. M. *Opſio*.

Q.IV-

1171.

Q. IVNIVS . Q . L CHRESTvS
VIXIT . ANNOS . V
LATERDINA . GYMNASIo

CHRESTVS . *Christum* CHRESTVM, *Christianos* CHRESTIANOS olim Gentiles per contumeliam appellasse affirmant Tertullianus, atque Lactantius, ex recentioribus verro Torrentius, & Pithœus. Revera Pertinax, bene loquens, male vero faciens, *Chrestologus*, teste Capitolino est dictus. Verumtamen cum permulti hoc nomine vocati reperiantur, præsertim in lapidibus, Gentiles viri, existimare par est hujusmodi vocem, & bonam quandoque significationem protulisse; alioquin quis unquam Pater filio nomen omnibus aperteque invisum imponi tulisset? Igitur præter hunc nostrum Q. Junium *Chrestum*, habes apud Gyraldum Dial.iv. *Chrestum* Manlium poetam, qui de hymnis Deorum scripsit. Furem quemdam nomine *Chrestum*, quem diu ante Christum natum vixisse perspicuum est, memorat Cicero in *Ep. fam.* lib.II. 4. *Chrestum* Episcopum Nicenum laudat Sozomenus *Hist. Eccl.* lib.1. cap.21. *Chrestum* Sophistam Bizantinum, qui Herodis Attici auditor fuit, nominat Deylingius *Observ. Sacr.* P.II. num.46. In Collectaneis vero reperies *Chrestum* Januarium, *Chrestum* Arpum, *Chrestum* Arceum, T. P. *Chrestum*, Faustum Antoniæ Drusi *Chrestianum*, & *Chrestem*, & *Chrestinam* fæminas apud Gorium. Porro χρηστὸς suavem, facilem, & benignum significat. At de hoc nomine differentem Tertullianum audi Apolog. cap.III. *Si nominis*, ait, *odium est, quis nominis reatus? quæ accusatio vocabulorum? nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum. Sed & cum perperam* Chrestianos *pronuntiantur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suavitate, vel benignitate compositum est: oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum*. Christum ergo D. N. non per contumeliam, neque immutata consulto *ita* in *eta*, ut eidem Gorio placuisse videtur, sed errore nominis *Chrestum* dicebant. Gentiles enim cum Christianorum Deum illuderent, non Chrestum, sed *Onochoetem*, aut *Ononychitem*, idest *Asinungulum* nuncupasse testatur Tertullianus in *Apolog.* & *ad Nation* lib.1. Christianos vero non *Chrestianos*, sed *Asinarios*, *Semissios*, *Semiaxarios*, *Cerdones*, *Sarmentarios*, *Biothanatos*, *Cinerarios*, *Desperatos*, *Parabolanos*, *Confectores*. Hinc tritissima illa Svetonii verba *Judæos impulsore Chresto &c.* non equidem ad Salvatorem, qui imperante Tiberio victor in cælum redierat, verum ad quemvis Judæum, nomine *Chrestum*, referri debent. Insuper si Christianos per convicium *Chrestianos* appellassent, sic eos sane vocassent in monumentis Cluniæ repertis, Diocletiano, atque Galerio excitatis: at in his legitur; *Nomine ChrIstianorum deleto*, & *superstitione ChrIst. ubique deleta*. Adi si vacat Ernestum Walchium *de Persec. Neron.* cap.1. Miror itaque de hac re diu multumque doctissimos disceptasse viros, cum perspicuum sit Gentiles CHRISTUM ut plurimum *Chrestum* appellasse, atque ex eo *Chrestianos*, quod *Chrestum* Redemptoris nostri verum esse nomen censerent. Nulla equidem in re facilius erratur, quam in nominum propriorum, quamdam inter se similitudinem habentium, permutatione. Adi Huetium in *Dem. Evang.* prop.111. Sal. Deylingium loc. cit. §.11.

GYMNASIO. Meretrix nomine Gymnasium in Plauti *Cistellaria* habetur. Gymnasium Sidonium inter Sophistas ætate Constantini Aug. floruisse, Suidas testatur. Heic fortasse *Filium*, seu *Puerum* significat. Verumtamen hujusce interpretationis patronum me habere neminem ingenue fateor. Porro *ly* GYMNASIO, ad Laterdinæ filium Q. Junium Chrestum esse referendum, haud dubito.

CAPUT IX.

FIGLINÆ.

1172.



FIglinas, quæ in duobus Musei Capitolini cubiculis adservantur, heic recensere, unoque fasce complecti, atque paucissimis verbis illustrare necessarium duxi, ne a Christianis Græcisque lapidibus, quos mox sum editurus, ad Ethnicos, & Latinos rursus sermonem vertere cogerer. Earum numerus est CXXVI, omnesque ejusdem moduli. Verum ex iis nonnullæ perquam mutilæ, adeoque litteris notisque obtruncatæ, ut inscriptas quondam fuisse vix dignoscatur, ideo illas dumtaxat publici juris faciam, quæ legibiles perhibentur, atque labore studioque explanari queunt. Præmonendum igitur fictilia opera, quæ in proplasmate finguntur, vulgò communi Laterum nomine venire: Figulos vero, qui ex argilla opera faciebant, nimirum vasa, lateres, tegulas, ollas, amphoras, cados, lucernas, urnas, donaria, doliola, tubulos, pupas, patellas, & similia, denominationem duxisse a quodam Sabinæ regionis oppido, via Nomentana ad duodecimum circiter lapidem sito, *Ficulea* olim dicto, modo vero „ S. Vasile „ idest „ S. Basilio „ Adi Cluverium, Kircherium, Boldettum, ac præ omnibus Vulpium, qui de agro, via, atque porta *Figulensi*, deque *Ficulneis*, sive *Ficulensibus* oppidanis fuse disseruit *Lat. Vet.* T. 10. Lib. 18. Artem figularem antiquissimam esse minime ambigendum; eo magis si carmina perlegantur Aviti poetæ Christiani, Figulorum artem pulchre describentis *Poem.* lib. 1. hominisque primum conditi figmentum declarantis. Confer etiam Synesium *de Insomn.* ubi humanum corpus vocat τὸ ὀςρεῶδες περίβλημα, *testaceum involucrum*: Lactantium *de opif. Dei* cap. 1. Jo. Filesacum lib. 1. *Select.* cap. 2. p. 25. Vasorum fictilium usus fuit in sacris apud Judæos, uti ex Levitico VI. 28. XI. 33. XIV. 5, 50. & n. V. 17. ubi legitur: *Sacerdos accipiet aquam sanctam in vase fictili.* Immovero si qua fide digni essent scriptores Evangelii illius, seu libri *de Infantia Salvatoris*, Petro tributi, puer ipse JESUS figulinæ operam dedisse videretur. Quæ tunc profecto ars, figulari antiquior?

quior ? Sed fabula hæc Judæis restituatur, qui MARIAM pari commento Ornatricem fuisse, sive κὸμμοξιαν, & ἐμπλέκξιαν, hoc est comendis mulierum crinibus operam suam locasse, dictitant. Quod autem de Christo Jesu blaterarunt apocryphi Scriptores, de Chorebo a quo ars ista (a Græcis κεράμεος vocata) inventa est, de Agathocle Siciliæ rege, nec non de Valentiniano I. Augusto, veraces testati sunt historici, Aurelius Victor, Plinius, atque Plutarchus. At illud est præcipue adnotandum, Figularem scilicet artem apud Romanos quam maxime floruisse, Figulosque Romanos ipsis Anaphlistiis qui Figulinas, teste Suida, minio tingebant, multum præstasse. Ipsorum imagines, fictiles quondam fuisse opinor, atque ex his illa potissimum idola, quæ parenti suo Labano furata est Rachel, ut habetur Gen. cap. 31. Porro de Figulo ex luto idola fingente sermo est Sapient. cap. 15. ubi: *cum labore vano Deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se unde acceptus est*. Cum sacris Litteris congruunt Poetarum verba. Ovidius Fast. lib. 1.

Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.

Propertius lib. 4.

Fictilibus crevere Diis hæc aurea templa.

Juvenalis tandem Sat. XI.

Fictilis, & nullo violatus Jupiter auro.

Res immo *in tantum crevit*, inquit Plinius lib. 35. cap. 12., *ut nulla signa, vel statuæ sine argilla fierent*: quapropter septimum Figulorum collegium Romæ institutum, asserunt laudati Plinius, atque Plutarchus *in Numa*. Figulinas ergo innumerabiles habebant Romani, præsertim in colle Viminali, & viis Nomentana, Salaria, Ostiensi, demum in campo Vaticano; in eo scilicet vico, ubi, authore Petro Comestore, cruci affixus est Apostolorum princeps. Præcitatus Satyricus VI. 343.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.


Vaticano tamen celebrior mons adhuc ille est *Testaceus*, vulgo „ Testaccio „ prope Cestianam pyramidem situs, qui olim *Doliolum* vocabatur, quemque a Paullo III. P. M. urbe exclusum, falso tradit Georgius Fabricius in sua *Roma* p. 88. Ibi figulorum populum, si fas est dicere, a Tarquinio Prisco collectum ferunt: hinc planities sensim in montem elevata est ex fragmentis argillaceis, quæ a figulis in unum conducebantur. Vulgaris vero opinio hunc excrevisse ob vasa cretacea, in quibus Provinciarum tributa asportarentur, anilis est fabula: tributa enim in bulgis ex corio confectis deferebantur, quemadmodum de Catone, Ptolemæi thesauros asportante, narratur. Perperam itidem ab aliquibus *Mons omnis terræ*, eodem Fabricio authore p. 21. nominatur, quod peregrinantes religionis caussa, eo vasa peregrino solo repleta annuatim comportarint. Attamen, quoniam tributorum mentionem fecimus, ne hoc quidem mihi videtur silentio prætereundum; quædam videlicet fuisse Adriani temporibus Oppida, quæ quotannis Imperatori pro tributo, vel ad operum publicorum instaurationem, certam coctorum laterum quantitatem conferre debebant. Quod, ut facilius in tanta figlinarum multitudine dignosci posset injunctum singulis, non officinatorum tantummodo nomina, sed officinarum numero adnotabant, ita EX FIG. I. II. III. &c. Hæc equidem figularia, ut ita dicam, tributa, (ad quæ fortasse respicit illud EX F. CAN. OP. DOLI, i. e. *Ex figlina Canonis operis Doliaris*, apud Octavium Falconerium in Epist. ad Carolum Datum) imperante præsertim Adriano, necessaria omnino censebantur. Adriano inquam imperante, cui tot debentur publica, privataque ædificia, quorum quædam renovavit, ut Septa, basilicam Neptuni, Pantheon, forum Augusti, lavacrum Agrippæ; quædam vero a fundamentis excitavit, ut Ælium pontem, Mausolæum juxta Tiberim, ædem Bonæ, mirificam denique villam Tiburtinam, inter cujus rudera (ne ἐκ πάτȣ evagari videar) vir egregius D. Henricus Abbas Sanclementius, amicissimus meus an. 1770. plurimas, Aproniani & Pætini consulatu insignitas, figlinas reperit. Ceterum ex Figulinis (quarum apud Latinos auctores fuere, Plinio teste, Eucarus, & Eugrammus) quædam *publicæ* dicebantur, quædam *privatæ*; erant & *superiores*, & *inferiores*, *veteres*, & *novæ*, *majores* & *minores*, ut plurimum

mum in prædiis sitæ, ut argilla in promptu esset artificibus: hinc passim in lateribus EX PRAED, vel EX PR., & EX POSSESSIONE, ut apud Fabrettum; aliquando FVND. ita apud Boldettum FVNDVS CRISPINIANI. Nomen in his sæpenumero inscribebatur Opificis, sæpe etiam Domini latifundii: EX FIGLINIS CAES.N. *De Figulina* CAES. N. *Ex figlina* AVITI. *Ex officina* P. CAVLI VALENTIS; item prædiorum mentio, ex quibus argilla extrahebatur, unde figlinarum denominationes ex Domini fundi nomine derivatæ, CAMILLIANAE, DOMITIANAE, SCENIANAE, MARCIANAE, VACCIANAE, TERENTIANAE, VLPIANAE, TONNEIANAE, BVCCONIANAE, PETRONIANAE, CAEPIONIANAE, SABINIANAE. Signabantur insuper lateres (quod passim in nostris aliisque videre est) Consulum nominibus. Hæc figulorum cautio *non parvi momenti*, inquit Fabrettus cap. VII., *apparuit in Fastorum emendatione*. Ipse tamen eruditissimo Oderico assentior, qui in *Syllog.* vet. Inscript. p. 189. *Vereor*, ait, *ut satis firma sint, quæ ex hujusmodi monumentis desumuntur argumenta ad consulares fastos emendandos*. Eo magis quod in his, Consulum prænomina atque interpunctiones ut plurimum omitterentur. Plerique demum Figuli peculiaria assumebant signa (quemadmodum nostris hisce diebus Saxones, Galli, cæterique murrhinorum vasorum fictores solent) italice „ Marchi „ seu „ Bolli „ modo commentitia, modo symbolica, quæ tamen non singulis adamussim lateribus, sed (ut mea est opinio) duobus, tribus &c. plusve minusve ad mille, in minori seu interiori lateris circulo, ad instar sigilli imprimebant. Aliqua ex iis quæ frequentius in antiquis laterculis occurrunt, nominibus interdum alludentia signa, & aposphragismata, hæc sunt

Aper.
Aquila ore palmam gestans.
Aviculæ.
Biga cum Victoria.
Botrus è suo traduce pendens.
Caducæus.
Campanula.
Cancer.
Canis currens.
Capricornus.
Caput diadematum.
Caput Africæ.
Caput bubulum.
Cerva serpentem devorans.
Cervus currens.
Cordis typus.
Coronæ querceæ.
Cymba.
Equus gradiens.
Fortuna cum cornucopio.
Gallus.
Hercules.
Ibis.
Lacerta.
Leo gradiens.
Lunula.
Luna silens, cum stella.
Mars cum clypeo.
Mercurius crumenam gestans.
Minervæ hastatæ signum.
Nux pinea.
Palmulæ.
Piscis.
Puer globo insistens.
Rosa.
Rota.
Scorpio.
Sol radiatus.
Stella.
Vir stans.
Victoriola.
Urceus.
Ursi duo stantes.

Quæ vero in nostris cernuntur, diligentissime heic expressa accipe.

Mo-



Morem hoc pacto ſignandi lateres, non apud Ethnicos tantum, verum etiam apud Chriſtianos invaluiſſe refert Boldettus, a quo in cœmeteriis perplura tegulis, lateribuſque ſic obſignatis concluſa ſepulcra reperta ſunt. Diu autem perduraſſe probant laterculi Aringhia-

ghiani THEODERICI regis nomine insigniti ; item tegula illa (quæ cum Ecclesiæ S. Balbinæ tecta diruerentur reperta est) nomine ALEXANDRI VI. signata, cujus typum a Fabretto vulgatum rursus ære incisum, pauloque imminutum heic subjicio.



Bovis figuram, emblemma gentilitium Alexandri VI. a prælaudato Præsule recte dicitur; verumtamen meminisse oportet Alexandrum VI. ex gente Lenzolia ortum, matris nomen, stemmaque familiæ Borgiæ sibi, gentilitio repudiato, adscivisse. Ex Alexandri igitur nomine aperte colligitur, quod mos notandi lateres, cadente jam seculo xv, nondum penitus defecerat. Præterea cum Musei nostri laterum una sit signorum forma, unaque magnitudo, ideo unius tantum ex his ad autographorum exemplar modulum incidi curavi, ex quo reliquorum modulus, atque figura eruitur. Ceterum non quod bipedales quandoque lateres dicantur, ut in sequenti apud Fabrettum.

C. AQVILI APRILIS
EX PAED (sic)
CAES BIPEDALE DOLIA::.

& apud Boldettum lib. II. cap. 17.

FVNDVS CRIS
PINIANI BIPEDA

ideo omnes bipedales fuisse censendum erit; majoris enim minorisve magnitudinis nonnulli conficiebantur, quemadmodum in arcubus Neronianis visebatur olim, in quibus idem Fabrettus (*de Aquæduct.* p. 24.) interiores *bipedales* invenit, exteriores vero pedis unius, & unciarum quatuor. Ipse autem quamplures, quondam inscriptos, tripedaneos lateres in villa Lucullana detectos (quos barbarus quisquis ille fuit pavimentarius, humi collocavit) in Tusculano Franciscanorum cœnobio turpiter conculcari me non semel vidisse memini. Proh Deûm hominumque fidem! Quot illustria consulum nomina subter πλατυποδων illorum virorum sculponeis, & sandaliis brevi perierint, quis noverit? Utinam perpauci saltem servarentur illi, qui nondum penitus attriti in eodem cœnobio supersunt! Ast hæc elicere vota (quamvis SMO opitulante D. N. PP. PIO SEXTO antiquaria res, æstimatione, curaque magis ac magis in dies florescat) surdis oppedere, Hylamque inclamare est: itaque Horatio canenti

Durum, sed levis fit patientia
Quidquid corrigere est nefas

subscribere necesse est. Verum de hac re satis dictum, prolixius fortasse quam decuit.

De ipſis igitur laterculis nunc breviter diſſerendum.

L. BRVT.·. *L. Bruttidius* Auguſtalis FEC (non FIG. ut ſcribit Fabrettus) ideſt *fecit opus doliare ex figlina Oceana majori*, vel *minori*; Oceana enim figlina duplex fuit, altera *major*, altera *minor*, utraque Cæſareæ domus: hinc in lateribus Fabrettianis cap.VII. num. 272.

OP DOL EX PRAED AVG N FIG
OCEANAS MAIORES

& ibid. num. 273.


OP DOL. EX. PR. AVGG. NN
FIG. OCEAN MIN


quis figulinis Oceanis nomen fecerit, neſcio. Oceanum, locorum in theatro deſignatorem nominat Martialis lib. III.

Et ſedeo qua te ſuſcitat Oceanus.

CAEN. Cæſare noſtro, & Pæto coſſ. Nemo ex Pætis collegam in conſulatu habuit Imperatorem, præter Sex. Articulejum Pætum, qui ann. Ch. 101. faſces ſuſcepit cum Trajano Aug. Recte igitur hoc par conſulum heic Fabrettus conſtituit. Verumtamen cum Trajanus ſepties conſulatum adminiſtraſſet, conſentaneum erat notas hujuſce numerum deſignantes apponere, nimirum IV.

Lateres cum Bruttidii Auguſtalis nomine, nonnullos ſe in cœmeteriis inveniſſe ſcribit Boldettus lib. II. Noſter fortaſſe extabat olim apud Falconerium. Alium, eodem ſignatum nomine inferius edam. Advertendum eſt quoties heic lateres nominantur, intelligi debere de ſigillis ut plurimum in figlinarum centro efformatis. In noſtro enim Muſeo, non tegulæ oblongæ, neque integri quadrati lateres hujuſmodi,





ſed ſigilla tantummodo ex his disjecta permixte adſervantur. At ne Iliade prolixiora, ut apud Pollucem in proverbio eſt, loqui videar, ad noſtra redeam.

1173.

EX PP SENT SATR CAEPIO
PAET. ET APRON
COS

EX PP. *Ex prediis Sentii Satrii Cæpionis*, Q. Arrio *Pætino*, & C. Ventidio *Aproniano* conſulibus, anno ſcilicet æræ Chriſtianæ 123, imperii Adriani, ſeptimo. Male Caſſiodorius, Pætini in conſulatu ſocium, Paternum facit, cum Apronianus fuerit, uti ex anonymo Vindobonenſi, cæteriſque faſtorum collectoribus liquet. Nomen itidem Aproniani *Ventidium* fuiſſe, non *Venulejum*, ex eiſdem Auctoribus, monumentiſque, adeo perſpicuum eſt, ut nullius mihi auctoritatis ſit contraria Muratorii aſsertio, uti infra videbimus.

CAE-

CAEPIO. Figlinam Cæpionianam, eoſdemque conſules memorat Muratorii laterculus p. 322. Cæpionis nomen, Fabrettianus cap. VII. Lateres autem Pætini, Aproniani que conſulatu ſignati, permulti habentur, tum in Muſeo noſtro, tum apud Muratorium, qui eos exſcripſit ex Boldetto, aliiſque. Noſter repertus eſt in thermis Agrippæ uti adnotavit Fabrettus loc. citat. pag. 509. Quapropter ubi Spartianus refert Adrianum ſua pecunia Pantheon, atque Agrippæ lavacrum inſtauraſſe, de Thermis Pantheoni proximis intelligendum opinor, non de lavacro, ſeu balneis ejuſdem Agrippæ, ad oram Palatini, a Salmaſio, Dionis auctoritati inniſo, conſtitutis. Hinc noſtro teſte laterculo, Agripparum thermarum inſtaurationem anno Ch. 123. adſignare licet. Nec obſtat Spartianum loqui de *lavacro*, quod utique a thermis differt, nam a Dione etiam hoc Agrippæ ædificium modo *vaporarium*, modo *balneum* appellatur.

1174.

DOL EX PRAED CAT
C AQVILI APRLS
PAETINO ET APRONIANO
C S O

DOL. *Opus doliare ex prædiis C. Aquilii Aprilis, Pætino* &c.

CAT. Nomen prædii, ut mea fert opinio, in quo ſita officina, compendiariis indicatum notis. Ita in aliis: EX PRAED FAV (Faurianis) *Flavii Apri*. EX PRAED ARRIN (Arrinianis) *Luciferi Caurionis*. EX FIG FAVN *Julii Priſci*. EX FIGL MAR (Marcianis) *Calp. Favoris*. Prædiorum namque Dominorum nomina, officinarumque, ſeu figulinarum appellationes ſeorſim in lateribus enunciatas obſervavi tum in noſtris, tum in Fabrettianis Cap. VII. pag. 518. 519. ubi EX PR *Augg. noſtrorum*, FIG. *Bucconian.* EX PR *Aug. noſtri*, FIG *Oceanas majores*. EX FIGL *Ponticiana* EX PRAED *Cæſ.*

1175.

EX PRAED PL AVG ::I:::INI P
ADEN PAETIN Ē APRONIA
S O Ɔ

PL. *Ex prædiis Plotinæ Auguſtæ* (figulinæ dominæ) *Licinii Pudentis* figuli. Prædia, in quibus luti compoſitores, Plotinam habuiſſe, colligitur ex tegulis lateribuſque ad S. Agnetis, in cœmeterio Priſcillæ, alioque repertis, Plotinæ nomen, non ſemel integrum præferentibus, modo vero ſiglis PLOT, modo ut in noſtro PL enunciatum. Sic apud Fabrettum: *ex figl.* PLOTINAE AVG. DOL. *Ex Pr.* PLOT AVG. *Ex pr.* PL. AVG. Honeſtiſſimam Trajani uxorem Pompejam Plotinam, anno quo Pætinus, & Apronianus conſulares faſces ſuſceperunt, nimirum Ch. 123. adhuc fuiſſe ſuperſtitem, in dubium revocari nequit: hanc enim obiiſſe A.C. 129, Dio, recentioreſque hiſtoriæ Romanæ ſcriptores, præſertim Anglicani accuratiſſimi, teſtantur.

Λ. Inverſum V in Pudentis nomine, ne mireris, nam & in nomine Primigenii M ſic inverſam W habes apud Fabrettum, q pro P apud Lupium, & b pro d in noſtris Cap. VII. De hac elementorum inverſione, procul dubio dormitantes quadratarii ſunt culpandi.

SOC. Pro COS. Vitium pariter invertendi verba, retrogadis, ut ita loquar, inſculpta litteris, non ſemel in vetuſtorum lapidum

pidum collectaneis reperi. Revera, & Etruscæ inscriptiones, & Græcorum, Siculorumque numi, retortis notati characteribus extant nonnulli. Idem præterea scripturæ genus deprehenditur, & in quibusdam aliis monumentis: hujusce quædam exempla, quin alibi perquiras, heic e Lupianis fontibus hausta, subiicio. In marmore ergo quadrato

SANITNATSNOC
HAEC BIT
RENOVA

Constantinus hæc renovavit. In saxo secus Appiam

SAITNATS::::::
POSVIT

Constantius posuit. In tessera ærea ad Albinum, & Basilium spectante



Basilius reparavit = *Salvis* DD. NN. *Albinus fecit*. In Christianis itidem, ut apud Margarinium p. XIV. num. 191.

.·.SIVS INFANS PRID. KAL.·.
.·.NIORE CONS QVI VIXIT,·.
.·.SES . X . DIES , X.·.·.·.·.·.·.·.
ϽA SIROTAIV
TIVAЯAPMOϽ
.·.·.·SVϽO⅃

p. x. num. 135.

SETEPAGA SVϽO⅃
CLVSIT LOC.·.·
NIS CVM.·.·.·

& p. XXIX. num. 396.

HIC REQVIESCIT ROMAN
IN PACE DEP. XV. KAL. IVNII
I⅃VAP TƎ
SINNAHOI MVROTϽAS IIЯA
NOISNAM ITTANOD SVϽO⅃

Fortasse unum eumdemque lapidem pro duobus Epitaphiis adhibebant interdum Christiani tenuiores, ut sumptui parcerent. Tunc enim temporis, præsertim Clerici, humili, rudi, simplicique saxo contenti erant, neque tunc miscebantur Sanctorum aris, signisque profana illa Mausolea, quæ nunc vel ethnico cum fastu in Templis excitantur ab iis, qui ut ait Job *ædificant sibi solitudines*. Integrum denique, Judæorum more inscriptum lapidem a Boldetto in Prætextati cœmeterio repertum, communibusque characteribus exaratum accipe

NXXVNNATIXIV ƎVϱ AITNƎϽNIV AIJƎ
MVVƧ INIϨЯIV MVϽ IIIƧIƧƎM TƎ
ƧVNIM MƎIᗡ VNNATIXIV ƎVϱ

Si hæc vero elementorum inversio in lateribus, aut tegulis reperiatur, tunc non Officinatoribus id tribui debet, sed Formatoribus, a quibus non semel archetypa perperam inscribebantur.

PAETIN. Pætinus heic præponitur Aproniano; in aliis lateribus, ut in sequenti, Apronianus Pætino. Ejusmodi invicem præposterationes, tum in lapidibus, tum in figlinis interdum deprehenduntur. Fabrettus id non ex lapsu, sed consulto contigisse rebatur; videlicet, quod alternis mensibus fasces apud alterum ex Consulibus asservarentur: *hinc* (subdit vir eruditissimus) *forsitan prout quis potiebatur fascibus, ejus nomen præmittebatur*. Sententiæ huic lucem afferunt illa Svetonii in *Cæs.* cap. 20. verba: *Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet &c.* Atqui miror Fabrettum, locum A. Gellii (quo suam magis magisque tueri sententiam quivisset) silentio præteriisse. Ejusdem ergo supplere silentio, quoniam se occasio offert, operæ pretium erit. *Sicuti capite septimo legis Juliæ, priori ex Consulibus fasces sumendi potestas fit; non qui plureis annos natus est, sed qui plureis liberos, quam Collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur. Si vero ambo, & mariti, & patres totidem liberorum sunt,* tum

tum ille pristinus honos instauratus, & qui major natu est, prior fasces sumit. Super iis autem, qui aut cœlibes ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt, & liberos non habent, nihil scriptum in lege de ea ætate est. Solitos tamen audio, qui leges potiores essent, fasces primi mensis Collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum ineuntibus. Hæc Gellius N.A. lib.II. cap.15. ex quibus non pauca ad rei consularis illustrationem eruuntur.

Laterem hunc ex prælaudatis Agrippæ thermis effossum Fabrettus asserit: quod nostram utique de harum instauratione Thermarum sententiam superius relatam, opportune confirmat.

1176.

Q OPPI VERECVNDI∴OL
DOM LVCILL
ÆRONETPAETINO
COS

Q. Oppi Verecundi. Figuli nomen, qui in figlinis Lucillanis operam suam præstabat.

DOM LVCILL. Male Muratorius p.321. DE DOM pro OL DOM. Lege igitur *Opus doliare ex prædiis Domitiæ Lucillæ*. Bellorius in *Addit.* ad Angelonium, *unam* dumtaxat Lucillam agnovit: Fabrettus cap. VII. adversus Bellorium, *duas*. Ipse vero adversus utrumque, *tres* fuisse assero; nempe

I. DOMITIA CALVILLA, quæ Lucillæ cognomen (priori repudiato) assumpsit, ut colligitur ex Capitolino, quem secutus est Strada in *Epit. thes. Antiq.* p.180. Patrem hæc habuit, non Publium ut scribit Fabrettus, sed Calvisium Tullum, uxorque fuit Annii Veri; mater (ann. Ch.121.) M. Aurelii Antonini.

II. DOMITIA LVCILLA, Domitii Nigrini viri consularis, quem Galenus laudat, filia: uxor L. Cejonii Commodi; mater (ann. Ch.129.) L. Veri Imp. Adi Casaubonum *in Spart.*

III. LVCILLA. M. Aurelii, & Faustinæ filia. Hanc Pater despondit primum L. Vero; quo defuncto, Claudio Pompejano in matrimonium tradidit ann. Ch.170. Confer Capitolinum, Salmasium, Stradam. Ad hanc spectantem, nuperrime laterem invenit eruditissimus Cajetanus Torraca Centumcellensis archiater, sic

CLAVDI SECVNDI EP PR T
LVCILLAE VERI

Noster autem laterculus, attento potissimum Aproniani cum Pætino consulatu, in annum Christi incidente 123., ad hanc Lucillam pertinere nequit. Nec ad Domitiam Calvillam, cum non satis constet hanc, his consulibus, jam sibi Lucillæ cognomen imposuisse. Probabilius ergo ad Lucillam L. Veri matrem. Sic profecto, donec alii certiora afferant, opinari mihi fas esto.

1177.

MEMMI SCEPTI
APRONIANO ET PAETIN
COS

Fabrettus in not. mss. quam in sui epistolæ Falconerianæ exemplaris margine apposuit, *ly* DOM interpretatus est DOMINAE. Verum, ab hac postea imposuisse lectione censeri par est, nam in sua Inscriptionum domesticarum collectione, notam hanc compendiariam *Domitiæ* nomen indicare fatetur. Quod autem ad Domitiam illam Lucillam, quam idem Auctor *Publii* filiam dicit, inter Augustas (licet aliqui ejus signati nomine lateres reperiantur) non est recensenda. Nobilem tamen fuisse fœminam minime difiteor.

VE. Æ. Nexus istos, aliosque haud dissimiles ostendunt quandoque saxa, & consularia etiam numismata; frequentius tamen figli-

figlinæ. Ego quidem, conjunctarum hoc pacto litterarum, atque diphtongi Æ originem, laterculorum angustiis referendam, cum Sponio existimarim.

Later inventus est ad mausolæum S. Helenæ, ut scribit Fabrettus: idest via Labicana, tertio ab urbe lapide, teste Anastasio. Locus modo vocatur *Tor Pignattara*.

1178.

L.VENVL.ET Q.APRON
Q. ARTIC. PAET CO
EX FIGL ANNI VERI
SAIAR P.P.R

ANNI VERI. Nominantur heic Figulinæ aut viri privati, aut Annii Veri familiæ Cæsareæ propinqui. At cum proavus, avus, pater, atque unus ex M. Aurelii Antonini liberis, *Annii Veri* appellarentur, ideo cui ex his adsignandum hoc sigillum, præter Sybillam declarabit nemo. Non equidem filio, qui septennis obiit. Easdem figulinas nominat later Fabrettianus p.509. Pontiani, & Atiliani consulatu signatus, quem in annum Ch.135. incidisse, Norisius affirmat.

L. VENVL ET. L. Venuleii, figuli, aut servi Anni Veri nomen habetur, non Aproniani, ut suspicatur Muratorius, qui nomen quoque alterius Consulis, quem (archetypi fortasse scripturam emendaturus) vocat ARRIVM: verumtamen in lateris nostri autographo ARTIC. nuncupatur, ex quo profecto, importunæ, nec quæ facile possint superari oriuntur tenebræ, ut notavit etiam doctissimus Odericus *Syll. vet. inscript.* p.189. Ego prototypi formatorem in Aproniani prænomine errasse, atque ARTIC pro ARRIO finxisse censeo.

SAIAR. *Salar*, ut apud Odericum loc. cit. & Muratorium p.321. Fortassis SALARIA, hoc est *via salaria*, juxta quam figulorum officinas nonnullas extitisse dictum est.

PPR. Ex prædiis populi Romani; videlicet: *ex figlina Anni Veri in populi Rom. prædiis* sita. Populum, seu plebem Romanam prædia, & agros possedisse haud dubito, constatque ex legibus agrariis apud Rosinum lib. VIII. Hæc tamen dicta sunto donec allatæ siglæ (quas Odericus, & Muratorius consulto præteriere) feliciori interpretatione elucidentur.

Notandum interim prænomina heic haberi consulum, quæ ut plurimum in typis fictilibus omittebantur.

1179.

VEROIIIETAMBIBVL COS.EXP

CLAVDIAE MARCELLINAE

1179. VERO III. Nimirum Annio Vero, M. Aurelii Aug. avo, tertium consule cum Ambibulo A. C. 126. Hunc illum esse Verum a quo Ursus Togatus pilicrepus, victum se fatetur in inscriptione Gruteriana p.637. scite a Turrigio illustrata, conjicere cum Norisio, & Muratorio licet.

ET AMBIBVL. Lege ET Eggio AMBIBVLO. Geminæ reperiuntur inscriptiones apud Reinesium (non apud Gruterum ut scripsi Tom. I. pag.212.) in quibus Ambibulus L. VARIVS est appellatus. Sed cum in illis de consule minime agatur, ideo damnandi Norisius, Stampa, nec non R. H. Anglicani scriptores, quod infirmo Reinesianorum lapidum testimonio decepti, prænomen L. nomenque *Varii*, Ambibulo consuli tribuerint. In lapide Capitolino quem edidi loc. cit. plane legitur

ANNIO. VERO. III.
ET. EGGIO. AMBIBVLO COS

Verumtamen, uti jure a Muratorio p.323. ob id Norisius, & Stampa reprehenduntur, ita neque Muratorio ignoscendum, quod eadem pagina, in qua laudatos viros carpsit, nega-

negavitque Ambibulum consulem prænomen L, nomenque *Varii* prætulisse, ipsemet in Consulum serie hæc scripserit.

Anno V. C. 878.
Æra Ch. 126.
M.ANNIVS.VERVS.III) COSS.
L.VARIVS AMBIBVLVS)

Hæc sanæ Muratorii ablepsia, non unum tantummodo Homerum quandoque dormitasse testatur. Advertam obiter in meo Almelovenii fastorum exemplari, notis mss. a Vignolio sparsim huc illuc decorato, eruditissimum hunc Antoninianæ columnæ illustratorem, ubi Almel ovenius habet

M. ANNIO. VERO III

addidisse

ET CETEGO AMBIBVLO

At ubi novum inauditumque hoc Ambibuli nomen Vignolius eruerit, prorsus ignoro, forteque ignorabat & ipse.

EXP. Ex prædio Claudiæ Marcellinæ. Privatæ fœminæ, figulinarum Dominæ, permultis in lateribus laudantur.

Apud Muratorium exuberat vox REGVL, quæ a nostri lateris autographo abest.

1180.

∴RQIIETLIBONEXPRQSE
∴R PVDENT CVR HED
YN S . ER

RQ. L. *Nonio Asprenate ToRQuato* II. & M. *Annio Libone* cos. Hos consulatum gessisse A. C. 128. fastorum restitutores, nemine discrepante, consentiunt. Asprenas consul primo fuit A. C. 94. cum Sextilio Laterano, ut profitentur libri Cuspinianæi, Almelovenius, & historici Anglicani, vel cum M. Aricino Clemente, ut Cassiodorius tradit, ad quem accedit Petavius. Itaque mirum est quod secundi Asprenatis fasces non Pagium dumtaxat, sed & Cuspinianæum anonymum, Cassiodorium, Panvinium, Scaligerum, Petavium, Almelovenium, Vignolium, cæterosque Fastographos fugerint, quorum nemo (præter Fabrettum, & Muratorium) secundum hunc prænominati Asprenatis consulatum, notis II. signavit.

Q. SER. *Ex prædiis Q. Servii Pudentis*.

CVR HEDYN. Curante Hedyno SERVO. *Hedys*, *Hedius*, *Hedulius*, *Hedilius*, *Hedonicus*, *Hede*, *Hedia*, *Hedea*, *Hedone*, *Hedunnia*, *Hediste* &c. libertorum, libertarumve nomina occurrunt, in Liviæ columbario, alioque. Inferius habemus Q. SER PVD CVRED, & EX PR Q SER PVD CVR HEDYN.

1181.

IVVENTIO II ET MARCELLO II. COSEXPR
Q SER PVD CVR HEDYN

IVVENTIO. De istorum consulum nominibus multum inter Fastographos fuisse disputatum haud ignoro. Ipse vero ad Anglicanos R. H. scriptores solertissimos accedam, a quibus P. *Juventius Celsus*, & Q. *Julius Balbus Marcellus* (Coss. A. C. 129.) dicti sunt. Attamen adi Panvinium in *Fast. comment.* lib. I. p. 336. ad ann. V. 882. Certe habemus heic P. Juventium Celsum juniorem, JCtum, JCti filium; de utroque agit Nicolaus Tortorellius in opusc. inscripto „ Degli antichi Giureconsulti Romani „ lib. I. cap. 10. & 11.

M POM-

1182.

M POMPEIO MACRI P IVVENT CEL
COS EX PR LAVTI AQVIL
O D

1183.

Q FAB CATV ET M APRO COS D F
Q. SER . PVD . CVRED

1183. Q FAB. *Q. Fabio Catullino*, & *M. Flavio Apro* Coss. A. C. 130. His consulibus, templa ROMAE, & VENERI ab Adriano sunt dicata.

D F. *De figlinis Q. Servii Pudentis curante Hedyno*. Nec incredibile mihi figlinas istas ad Pudentem illum Senatorem, (de quo sermo est in epistola ad *Timoth.* II.) SS. Praxedis & Pudentianæ parentem aliquando pertinuisse, ejusdemque nomen ad consulatum usque Catullini, & Apri, immo Pontiani, atque Rufini retinuisse.

1184.

EX PRÆD Q SER PVD CHEDYTS
PONTIAN E RVFINO
C O S

Ser. Octavius Lænas Pontianus, & M. Antonius Rufinus consules fuere A. C. 131. ut omnes opinantur eruditi. Utriusque consulis inscriptiones referunt Panvinius, & Gruterus. Hoc anno Salvius Julianus Severus IC. leges omnes, Adriani jussu, in ordinem redegit, opusque suum, teste Voburgio, *Edictum perpetuum* vocavit.

1185.

EX FIG CAESAR ODOPPI STABILIS
SERVIANO III ET VARO
COS

SERVIANO III. Sic lapides omnes, omnesque Fastographi præter Petavium, qui hunc, *Severianum* vocat, ejusque *tertium* consulatum, perperam *secundum* dicit. Julius prænominatur a Plinio lib. VII. *epist. 6.* laudaturque a Dione, & Spartiano, qui ab Hadriano interfectum fuisse tradunt. Legi ergo debet C. IVLIO SERVILIO VRSO SERVIANO III. & C. VIBIO IVVENTIO VARO (sic in quatuor musei Capitolini lapidibus; in aliis VERO) *Coss.* anno Ch. 134. De tertiò a Serviano susceptis Fascibus, hæc in Adriano habet Spartianus. *Execratus est denique Princeps, qui minus Senatoribus detulissent. Serviano sororis viro, cui tantum detulit, ut ei venienti de cubiculo semper occurrerit, tertium Consulatum, nec secum tamen, cum ille bis ante Hadrianum fuisset, ne esset secundæ sententiæ, non petenti, ac sine precatione concessit.* Adi Salmasium, & Casaubonum, utrumque in notis in Spartianum loc. cit. Vide etiam Gellii locum nuper cit.

1186.

:::ODARISTRA.EX.P.L.CEIO COMCF
NIGRO ET CAMERIN:::
COS

NIGRO ET CAMERIN. Q. Nigri Magni (quem laudat Dio) & Q. Sulpicii Camerini consulatum, ad annum Ch. 138. referunt Damasus in vita Hygini PP. Fasti Græci, & Cuspinianæi, Cassiodorius, atque ex iis Panvinius. Quintus hic Niger, unus idemque videtur cum illo, quem sex tantum horis Prætorii præfecturam administrasse narrat Lampridius *in Commodo*. Sulpicium quemdam Camerinum, nostri fortasse avum, a M. Regulo sub Nerone accusatum, nominant Tacit. *Annal.* lib. XIII. atque Plinius lib. I. ep. 5.

1187.

BRVT
MRLVPI
ORFITO ET
PRISCO COS

1188.

EX PR L AELI AVG PII F. OP DOLIAR ARISTIO
SVCCESS CALLIC ET VETER
COS

1187. ORFITO. In aliquibus saxis legitur IVLIO SCIPIONE, in aliis SER. SCIPIONE *Orfito*, quidquid sit de prænomine, *Orfitum* nostrum, fasces obtinuisse cum Q. *Nonio* (male NOVIO apud Petavium) *Prisco* ann. Ch. 149. cum antiquis conveniunt Fastographi recentiores.

1188. CALLIC. *Romulo* GALLICANO, *Antistio* VETERE *coss.* (ann. Ch. 150.) ut in Panviniana etiam inscriptione ad ann. V. C. 886. spectante. Magis ergo ac magis, hujus scilicet laterculi testimonio, emendari possunt fasti Græci, & Cassiodorius, a quibus *Glabrio* pro *Gallicano* nominatur. Huic addatur & Damasi in vita S. Aniceti, & Cuspinianorum fastorum authoritas.

EX PR. *Ex prædiis* L. *Ælii Augusti Pii*, FECIT *Opus Doliare Aristio Successus*: sive *Augusti Pii* FELICIS. Utcumque legatur, insuperabiles undique occurrunt anfractus. Nam, neque Antoninus Pius qui imperabat ann. Ch. 150. *Lucius* prænominabatur, sed *Titus*; neque Augustus reperitur aliquis prænomine L. *Ælius*, præter L. Ælium Aurelium Commodum, qui non ante annum 180. regnare cœpit, quique licet omni pollutus scelere, *Pius* tamen est appellatus.

1189.

OPVS DOL EX PR LVCI LOVIN
COMMOD ET LATERAN COS

Duos tantum Cæsareos viros communiter agnoscimus, qui sibi Commodi cognomentum asciverint; nempe Cejonium Commodum, qui *Ælius Verus* postmodum dictus est, & L. Ælium Aurelium Commodum optimi parentis M. *Aurelii*, & pessimæ matris *Faustinæ* junioris filium. At neutrum sane Lateranum hunc nostrum in consulatu collegam habere quivisse constat ex eo, quod ille obierit ann. Ch. 138. Nigro, & Camerino, iste vero natus sit anno Ch. 161. duobus Augustis coss. Porro ab accuratissimis Historiæ Rom. scriptoribus Anglicanis hujus ann. 154. consules suggeruntur L. Verus, & Sex. Latera-

ranus; quamobrem opinari necesse est, aut etiam L. Verum, *Commodi* sibi imposuisse cognomen (quod hactenus ignorabatur), aut Figulum in signandis Consulibus erraſse.

LATERAN. T. Lateranum ex familia *Sextia* ortum (non ex *Sextilia* ut in Julio Capitolino legitur) probat Græca inscriptio apud Gruterum p. 1021. in qua

TITOΥ . CΕΞΤΙΟΥ
ΛΑΤΕΡΑΝΟΥ

Muratorius, *Latærano* cum diphtongo, sed minus recte. De nobilissima Lateranorum gente, ædibusque, quas *egregias* vocat Juvenalis *Sat.* x. in magnificentissimam sub S. Salvatoris nuncupatione Basilicam conversis, fuse pertractarunt S.Petrus Damianus, Cæsar sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Rasponius, eruditissimusque Ciampinius in opere *de Sacr. Ædif.* Cap. II.

1190.

BARBAR Ꝍ REGVL COS EX OFIC FAVI
FL APRIO ∴ D FADEVIꝎ

Jure meritoque cl. Norisius *in Epist. cons.* p. 98. Panvinium carpit quod *Barbari* cognomen in Romana gente *barbarum* existimans, consulem in hoc laterculo laudatum, BARBATVM vocarit, atque in suum traxerit errorem Leunclavium, & Petavium. Legi ergo debet (eodem Norisio adstipulante) VETVLENO BARBARO, & REGVLO *coss.* ann. Ch. 157. De Vetuleno Barbaro, Lucii Imp. avunculo, loquitur Galenus in libro *de Præcognit.* cap. 2. Reguli vero familiam, Fasti non innuunt: ex *Atilia* tamen, vel ex *Memmia* fuiſse crediderim. Vid. ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΚΟΝ *Rom.* Eliæ Reusneri p. 38. Porro Regulus de quo loquitur, non ille est malus sublestæque fidei Causidicus, quem crebris morsibus in epistolis suis Plinius junior dilaceravit.

1191.

:::INTILLO E PRISCO COS OFF
A PLAVTI AQVILIN
Ɑ O

:::INTILLO. *Plautio* Quintillo, & M. *Statio* Prisco coss. A. Ch. 159.

Ɑ O. O D. Opus doliare *ex officina* Plauti Aquilini.

1192.

EX PR DOM LVCILLO D SER MODES
IMP. ANTONIN ET VERO
COS

IMP. ANTONIN. Idest M. Aurelio Cæs. III. & L. Vero II. quibus consulibus, ann. Ch. 161, Antoninus Pius, morte dulcissima è vivus ereptus est apud Lorium duodecim ab urbe milliaribus, ubi nunc fortasse *Castel di Guido*.

1193.

EX OF AVTR. FORTOPFIG EX PRA∴
COS GRA. CAET SEV COS

COS. GRA. GAET SEV COS. *Consule Gratiano Cæsare, & Severo consule*. Sic, ad exemplum Christianæ inscriptionis Cap. x. editæ, legendum puto, in qua insolens hæc quoque consulis tituli repetitio videre est. Ita in lapide pariter Christiano apud Bosium in *Rom. subt.* lib. III. CONS SYMM ET BOETIO VC. CONS. Primus heic Fl. Gratiani consulatus indicari videtur, qui incidit in annum Ch. 366. De ejus tamen collega Severo, nihil in Fastis. Siquidem, licet Gratianus quinquies Consularem Magistratum administrasset, idest ter Occidentalem, bis Orientalem, neminem unquam Collegam nomine Severum habuit, sed Dagalaiphum qui fortasse Severus cognominabatur, Probum, Equitium, Mirobaudem, & Theodosium Augustum. Itaque Severum inter suffectos enumerari debere autumo. Nec illi attendendi videntur, qui legunt SEVERIANO, nam (ut cito me expediam) Cajum illum Junium Pomponium Pudentem Severianum, quem Gratiani collegam dicunt, hoc ipso Gratiani consulatus anno 366. urbis Præfecturam administrabat, ut monet Eduardus Corsinius *de Præf. Urb.* p. 241. Ceterum Gratianus Imp., senioris Valentiniani ex Severa filius, paternæ in Catholicos pietatis hæres fuit, ut tradit locuples testis S. Ambrosius. Pontificis Maximi titulum, soli Episcopo Romano (quidquid blaterent heterodoxi) debitum, Gratianum religionis caussa repudiasse ostendimus Tom. I. Cap. I. p. 19. Heic tantum adiicio, Inscriptiones, quas Dalenus ad nostram explodendam sententiam in medium ponit, nihili esse faciendas. Daleni enim argumentum, ideo Zosimum merito de mendacio incusari, quod lapides Gratiani Pontificatum Max. testentur, in ipsum Dalenum hoc pacto retundimus; nimirum, ideo censendum Lapides illos fuisse, nondum a Gratiano repudiata Pontificis Max. appellatione excitatos, quia Zosimus hunc a Gratiano titulum repudiatum asserit.

Interturbatam consulum seriem, quæ in nostris lateribus deprehenditur, annorum æræ Christianæ ordine servato, heic afferam.

101. Trajanus IV. & Pætus.
123. Pætinus, & Apronianus.
126. Verus, & Ambibulus.
128. Torquatus, & Libo.
129. Juventius II., & Marcellus II.
130. Catulinus, & Aper.
131. Pontianus, & Rufinus.
134. Servianus III, & Varo.
138. Niger, & Camerinus.
149. Orfitus, & Priscus.
150. Gallicanus, & Vetus.
154. Commodus, & Lateranus.
157. Barbarus, & Regulus.
159. Quintillus, & Statius Priscus.
161. M. Aur. Cæs. III. & L. Verus II.
166. Gratianus Cæs. & Dagalaiphus.

In sequentibus, nullo Consulatu signatis, haud diu immorabor; reliquos vero, qui in Museo nostro visuntur, cum penitus deleti sint, atque illiterati, penitus omittam.

1194.

T.FLAVI.IANVAR

1195.

Q SS
DE TER
S III

1196.

BENIGNI ✠ OAICI
⊕

BENIGNI. Crucis typum, perpetuò, constanterque Christianum indicare monumentum, minus recte censuisse Joannem de Vita, satis Tom. I. cap. I. p. *66.* ostendimus; propterea heic advertam tantummodo, hanc eruditissimum Virum sententiam tulisse, quod fortasse Crucem ubique, semperque Redemptionis nostræ insigne fuisse crediderit. Id profecto docuit etiam Baronius; verum, quam validis solidisque argumentis, istam doctissimi annalium Ecclesiæ Patris opinionem confutarint Casaubonus, atque Dorchæus, edisces ex Deylingio P. I. Sane legentibus apud Juvenalem Sat. VI.

Pone crucem servo ——

& ap. Vulcatium *in Avidio* verba illa: *Rapi centuriones quosdam jussit, & in crucem tolli*, nunquam in mentem veniet, hos polytheiæ cultores, humani generis reparationis signum excogitasse, licet etiam apud Gentiles, sontes, patentibus brachiis, ut docet Lipsius, cruci affigerentur.

1197.

STATI.MLVCIFERI

1198.

Q.PAEDINI FAD

1199.

FLAVELICISOTII

1200.

L.ALFI PRIMIGENI

1201.

L BRVTTIDI AVCVSTALIS
OPVS DOLIAR

1202.

:::IIVVIO FF SR::

1203.

:::INICIPANTIAGAM
SVL

1204.

S . P . C
OF TEM
S . II

1205.

:::TIMETITCANEDENIA:::

1206.

C.MILASECVPITI

1207.

PFER . OF

1208.

CEN::OF FSRFO:::

1209.

EX . PRAE MAGIAE . MARCELLAE
FIGV ORTENSI PROCLI

1210.

IVLIAE
TRYPHOSAE

1211.

DOM MERCAT OF SO:::

1209. ORTENSI. In nummis, plurimisque saxis, *Hortensii* nomen cum adspiratione est. Sic, ut alibi dixi, *Hannibal*, *Hadrianus*, *Helena*, & *Annibal*, *Adrianus*, *Elena*.

VA-

1212.

VALEAT  QVI FEC
CN DOMI TI DAPHNI

1213.

CN DOMIT  DAPHNI

1214.

CN DOM  AMNDI
VALEAT QVI FEC

1213. CN DOMITI. Bis heic habetur Cn. Domitii Daphni nomen, figlinæ ut mea fert opinio, Domini, diversis signatæ symbolis: *sistro* nimirum, de quo adi Fabrettum cap. VII. p. 489. Bis etiam legitur formula (quæ Brissonium fugit) VALEAT QVI FECIT: heic per extensum, in aliis laterculis impressa notis compendiariis V. Q. F. reperitur, ut apud eumdem Fabrettum p. 500.

A. APISTI MENANDRI
DOLIAREM
V. Q. F

Hi sistro obsignati lateres, quos ille in museo Ciampinio, Blanchinius in Albano invenere, nunc in Capitolino quiescunt.

1215.

CN DOMITI AMAN
CN D

1216.

AGATHOBVLDOMITTVL::DOL
AE.:.:.:.:.:.:.:.:OS

1217.

CNAEVIGAM

1218.

DOL CIS CIICINI

1219.

TVRNINI OF S DOMISA

1220.

DOMO F S P O F

1221.

CL SOSSVL

1222.

COSMHM. H. P. S

1223.

C HOSTILI
NICANORIS

1224.

EXPRPOMPON BASSIL::
BENEDICTVS
FECIT

1223. NICANORIS. Demetrii ducem *Nicanorem*, qui Judæ Machabæo uxorem ducere suasit, commemorat S. S. 2. Mach. 14. & C. Cornelium NIKANOREM, *Junonibus votum solventem*, laudat lapis Brixianus apud Octavium de Rubeis p. 28.

1224. BENEDICTVS. Benedicti nomen, Christianis utique perquam commune, Christifidelem virum enunciare autumabam. Verum a mea discedere sententia cogit Donius, apud quem Cl. XI. & XIII. bis inter Ethnica idem recensetur nomen.

1225.

EX PR HONORATI
MACRINI

1226.

EX PR FLAVI APRI
ODFAD.EVIE.:..

1227.

TONNEIANA

1228.

TI.CL ZOS SVL

1229.

OP SERVILI FORTVNATI MACEDON
EX PR TIT ATILI MAXIMI SEVERI

1228. ZOS. Superius cum S. Nimirum CL. SOS SVL.

EX PR. &c. Ex prædiis *Titi Atili Maximi Severi*. Fortasse hic est Atilius ille Severus qui consul suffectus fuit ann. Ch. 182. quique in ipso consulatu in exilium actus est una cum collega Æmilio Juncto, ut tradit Lampridius *in Commodo*. Inter Præfectos urbanos quoque Atilium (al. *Acilium*) Severum memorat Corsinius *de Præf. Urb.* Hic, post gestum Consulatum ann. Ch. 323. cum Rufino, urbi præfuit ann. Ch. 325. De ATILIA gente fuse scripsere Augustinius, Patinus, Morellius, apud quos nomen istud, non ut apud nonnullos cum duplici, sed cum una tantum T inscriptum habes, quemadmodum in nostro hoc latere, ac in omnibus fere ad hanc familiam spectantibus saxis, numisque videre est. Quapropter emendanda est Longolii, Cortiique epistolarum Plinianarum editio, in qua hoc nomen constanter duplici T, contra fidem veterrimi codicis Friderici Brummerii, enunciatur.

CA-

CAPUT X.

Christiani utriusque sexus.

1230.

L.BALBILIVS.NVMITORI
ANVS.NATVS.PR.IDVS.MAIAS
ANTONIO.HIBERO.ET
MVMMIO.SISENNA.COS
DECESSIT.VII.K.IANVARIAS
ORFITO.ET.PRISCO.COS
Q.VIX.AN.XVII.M.VII.D.XII
NVMITORIA.CLEOPATRA.MATER
INFELICISSIMA FECIT

L. BALBILIVS. Natus est pridie idus Majas, ideſt die 14. Maji. Obiit VII. k. Januarias, ideſt die 26. Decembris. Vixit vero annos 17. menſes 7. dies 12. Apprime hoc faſtis Conſularibus marmor reſpondet, qui totidem inter conſulatum Hiberi cum Siſenna, & conſulatum Orfiti cum Priſco annos recenſent. Illos autem Conſules fuiſſe A. C. 133, iſtos A. C. 149., Adriano Imp. authores omnes conveniunt; diſcrepant vero in nominibus. Hiberus enim a Caſſiodorio *Tiberius* appellatur. Siſenna a pleriſque *Junius Silanus Siſenna*. Attamen, ſi lapidis noſtri emendatiſſime inſculpti, teſtimonium, manuſcriptorum codicum authoritati præferre licet, ille *Hiberus*, iſte non *Julius*, nec *Junius Silanus*, nec *Julius Silius*, ut ſcribunt Panvinius, Petavius, & Almelovenius, nec *Nummius* ut apud Muratorium, ſed *Mummius Siſenna* vocabantur.


DECESSIT. Cum τὸ *deceſſit* pro *obiit*, frequentiſſime in lapidibus Chriſtianis deprehendatur, peculiaris hic Chriſtianorum dicendi modus videretur. Verum, etſi in Ethnicorum epitaphiis, per quam raro occurrat, certum tamen eſt Plinium juniorem paſſim hoc adhibuiſſe verbum in Epiſtolis, in quibus, quoties de ſuis coævis vita defunctis ſermonem habet, conſtanter *deceſſiſſe*, *deceſſit*, *deceſſerat*, *deceſſerunt*, ſcripſiſſe notabis. Vid. ſup. cap.VII. n.609. in notis. Apud Boſium lib.III. cap.61. habetur DICESSIT.

NVMITORIA. Videtur hæc fœmina, Albæ regis, Ægyptique reginæ nomina ad oſtentationem aſſumpſiſſe. Noſtro ſic quoque ævo, profana quidem Corneliæ, Liviæ, Camillæ, Artemiſiæ, Porciæ, Caſſandræ nomina, frequenter filiabus, irreligioſo quodam faſtu, Parentes imponunt. De heroum nominibus a Servis interdum aſſumptis, vide quæ adverſus Fabrettum attulimus Cap.VII. num. 632.

CVM


1231.

CVM CVM VIXIT . SEVERA . SELEVCI
ANE . CVM AVRELIO . SABVTIO . ANNIS
DECE.ET SEPTE.IMP.PROBO AVG.III.ET NONIO
PATERNoBIS CONS . QVOT VIXIT IN SECVLO
ANNIS TRICINTA ET DVO ET MENSES DVO IMP
CLAVDIO AVG ET PATERNO CONES



Idiotiſmus CVM CVM, in Boldettiano etiam lapide occurrit, in quo QV VIX CVM CVM VIRGINIA. Inſulſa ejuſdem præpoſitionis copulativæ repetitio in ſecunda linea; præpoſterus Conſulatuum ordo; oberrans nimis, atque vaga eorumdem indicatio; inuſitata demum rudiſque nota CONES pro *Conſulibus*, perdifficilem ſimul atque inanem hujuſce magna ex parte obtruncati Marmoris elucidationem efficiunt; ita ut quæ afferri poſſunt, magis ad patefaciendos Inſcriptionis anfractus, quam ad ejuſdem illuſtrationem conferre videantur. Quocirca miror ſane doctiſſimum Antonium Lupium, multum in hoc lapide explicando elaboraſſe, permultaque argumentoſa magis, quam probata edidiſſe in *Epit.* S. Severæ p. 28. 29. 30. Nam ut de reliquis taceam, qua ratione credas inſcriptionis partem, quæ heic deſideratur, *illam eſſe, quæ in figulina inciſa, ſimul cum Aurelii Sabbatii martyris corpore in* anonymo quodam *Prænestinæ Diœceſeos oppido aſſervatur*, quæque ita (ut ipſemet aſſerit) ſcripta eſt?

AVR
SABBATIVS



Primum, Martyr iſte (ut ex Metaphraſte, Surio, Lippomano, atque Baronio, immo ex Præneſtino lapide colligitur) *Sabbatius* vocabatur: Severæ noſtræ vir, *Sabutius*. Neque corruptum dicas *Sabbatii* nomen, nam habeo ap. Boldett. SABBATIVM PVERVM, & ISIDORVM SABBATIVM pag. 407. & pag. 392. & inter Margarinianas: LOCVS SABATIANI p. 7. SABATIA p. 32. Secundo, characterum forma, nitidiſſima in Præneſtino, rudis omnino in noſtro, ſatis teſtatur non ejuſdem ætatis hæc eſſe fragmenta, aut ſaltem non ab eodem Lapidario inſculpta. Turbat me inſuper Conſulatuum recenſio, Probi ſcilicet Aug. III. cum Paterno, ante conſulatum Claudii Gothici cum eodem (ut mea eſt opinio) Nonio Paterno, quem nonnulli perperam *Ovinium* appellant. Quis enim adeo in libris Faſtorum hoſpes, ut ignoret Claudium Gothicum faſces ſuſcepiſſe A. C. 269., imperaſſe vero ante Probum annos circiter decem; Probum vero, conſulem III. fuiſſe A.C. 279? Præterea, quis declarabit utrum horum conſulum indicatio referenda ſit diei nativitatis, vel obitus, itemque nativitatis vel obitus Severæ Seleucianæ potius, quam Aurelii Sabutii? Si Severa nata eſt Claudio imperatore, obiitque imperatore Probo, quomodo VIXIT IN SECVLO ANNIS TRIGINTA ET DVO . ET MENSES DVO, cum a die quo Claudius regnare cœpit, ad diem quo Probus occiditur, quindecim tantum anni tranſacti ſint? Idem dicas ſi Conſulum enunciatio Aurelio Sabutio referatur; idem ſi diem nuptiarum, iſtorum Conſulum recenſione ſignari cenſeas, quod profecto cum annis XVII. conjugii Severæ, minime conſentiret. Laudatus Severiani epitaphii illuſtrator, copulatis, ut diximus, fragmentis Præneſtino, & Capitolino, plu

plurimisque additis supplementis, sic Inscriptionem hanc restituere conatur

> AVRELIVS SABVTIVS *hic jacet*. CVM EO VIXIT SEVERA SELEVCIANA *scilicet cum Aurelio Sabutio* ANNIS DECEM ET SEPTEM. *Ipse Sabutius decessit* PROBO AVG. TER ET NONIO PATERNO BIS CONSVLE (Consulibus) *superstes Severæ conjugi annos decem*. QVOD *Severa* (quare Severa potius quam Sabutius ?) VIXIT IN SECVLO ANNOS TRIGINTA ET DVOS. *Obierat enim* IMP. CLAVDIO AVG ET PATERNO COSS.

Hæc ille. Ego quidem doctissimi Viri ingenii aciem, eruditionemque valde vehementerque sum admiratus; at vereor quam maxime ne ejusmodi interpretationem tot refertæ fulcris Lector acquiescat. Sanè doctissimus Muratorius, ad hæc: *quo plus inquiro*, ait, *minus intelligo*.

Instrumenta autem quæ in sinistra saxi parte efficta visuntur, textricem fœminam (fortasse textorem virum) significare pro certo habeo. Textrinam enim, & spatham ligneam, seu radium quem vulgo Italice *spuola* vocamus, quoque textores æque & textrices utuntur, figuras illas repræsentare autumo. Symbolicum sane sensum, quem his tribui posse piissimus Lupius existimavit, longe nimis petitum ipse fatetur; eo magis, quod si epitaphium ad Aurelium spectat, verba illa *Prov.* 31. mulierem fortem describentia: *Quæsivit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum*, Viro accomodare minime deceat. Quod insuper Lupius areolam musivo ornatam repræsentare conjecit, ego telæ seu peristromatis frustum indicare crediderim. Sed textrini rustici descriptionem accipe ex Sidonio Apollin. *Carm.* XXII.

> *Continuata dehinc videas, quæ conditor ausus*
> *Æmula Palladiis textrinæ ducere templis:*
> *Hac celsi quondam conjux veneranda Leonti*
> *(Qua non ulla magis nurus unquam Pontia gaudet*
> *Illustris pro sorte viri) celebrabitur æde,*
> *Vel Syrias vacuasse colus, vel serica fila*
> *Per cannas torsisse leves, vel stamine fulvo*
> *Prægnantis fusi mollitum nesse metallum.*


De M. Aur. Claudii Gothici (quem teste Victore plerique Gordiano satum putant dum nondum exephœbus a muliere matura instrueretur ad uxorem) cum Nonio Paterno consulatu, deque utriusque genere, & cognominibus, adi ipsum Ant. Lupium *loc. cit.* §.II. & III. Plerique hunc ad Ovíniam gentem pertinuisse existimarunt, verum nostro ex Saxo ad Noniam restituendum patet. Monitos heic Lectores volo, lapidem illum Blanchinianum (V. Chron. præf. tom. 2. Anast. Bibl.) Paternum, genti Noniæ adsignantem, diù multumque, sed frustra a Lupio quæsitum (Op. cit. p. 9.) eum ipsum esse quem Lupius in museo Albano legerat, quique nunc in Capitolino adservatur. Ab iis demum, qui Claudium Gothicum bis gessisse consulatum asserunt, omnino dissentimus. Historicorum enim Trebellii Pollionis, & Aurelii Victoris, Numorum, Fastorumque Cassiodorii, Cuspiniani, atque Panvinii, de duplici hoc Claudii consulatu silentium, pluris sane apud me est, quam doctissimi cœteroquin viri Francisci Pagii mera vagaque conjectura. Idem dicas velim de *Historiæ Roman.* scriptoribus Anglicanis, qui secundum laudant Claudii consulatum; de primo vero, ne verbum quidem. Tot inter conjectores, & mihi conjicere libet erroris originem petendam ex eo esse, quod ab Historicis recentioribus Claudius Gothicus, ne confundentur cum Nerone Claudio, nonnunquam *Claudius*, addita nota II. idest *secundus* appellaretur. At satis diù jam hoc saxum volvo.

DECE. ET SEPTE. *Septemdecem*, inquit Charisius, *antiqui dixerunt, quoniam observabant, ut minores numeros prius ponerent, sed hæc jam consuetudo exolevit*. Livium tamen, frequenter etiam sine conjunctione *septemdecem*, & *decem septem* scripsisse, Priscianus testatus est. Vide eruditissimi, ac jam alibi laudati viri Cajetani Marinii epistolam „ Sopra un antica Iscrizione „ p. 61. Pis. 1772.

PROBO AVG. III. Adeundus est (eruditionis caussa) Gellius, qui N. A. lib. x. cap. 1. originem tertii significandi Consulatus numerum, tribus tantum lineolis III, retulit.

QVOT. Præter barbarismum (istud enim *quod* nec viro convenit, nec fœminæ) T habemus pro D. Cum autem hæc elementa cognata sint, ita non semel ab antiquis permutabantur. Quemadmodum igitur in aliquibus saxis legitur *quodannis*, *adque* pro *quotannis*, *atque*; sic interdum *quit*, *at*, *set*, *aput*, *aliut* reperimus, pro *quid*, *ad*, *sed* &c.

1232.



Liberos amittere, eos potissimum quos mala nondum malitia affecerit, quam ægre ferant Parentes, innuit Minutius Felix in *Octavio* II. ubi: *relicta*, inquit, *domo*, *conjuge*, *liberis*; *& quod est in liberis amabilius*, *annis adhuc innocentibus*, *& adhuc dimidiata verba tentantibus*.

INNOCENTI. Sic apud Reinesium cl.xx. p.938. IN MIRAE EXEMPLI INNOCENTIAE *Satrio Refrigerio*; inf. apud eumdem NIGRINIAE INFANTI INNOCENTISSIMAE; ap. Aringhium p. 570. MIRAE INNOCENTIAE PVERO MARCIANO: ex Bosio p. 484.


INNOCENTIVS
INNOCENTIO
FILIO
PRO INNOCENTIA SVA

In inferiori demum mesaula Palatii Vaticani hæc, etsi barbarismis scatens, perpulchra tamen, simplicissimaque extat Christiana inscriptio, quam non ante editam puto


† MACVS PVER INNOCENS
ESSE IAM INTER INNOCENTIS COEPISTI
qVAM STAVILES TIVI HAEC VITA EST
qVAM TE LETVM EXCIPET MATER ECLESIA DE OC
MVNDO REVERTENTEM—CONPREMATVR PECTORVM
GEMITVS STRVATVR FLETVS OCVLORVM

Nomen ergo innocentiæ in terris *pene interiisse*, falso effabatur Arnob. adv. Gent. lib. 6.

 &c. *Mercurius pater filiæ deposita* v. *id. Novembris Urso & Polemio coss.* Sic hæc verba (quæ charactere, vulgo *corsivo* nunc dicto, insculpta, Eruditi autumant) enuclearunt Boldettus lib. 1. cap. 19. p. 84. Phil. Bonarota *vetr. ant*, p. XVI. atque Blanchinius *loc.* nuperrime *cit.* Boldettus tamen omittit *deposita*, inscriptionemque characteribus, ab istis admodum diversis, edidit; nimirum



ultimam vero lineam sic



testaturque præterea lapidem hunc a se ipso in cœmeterio Cyriacæ repertum, quam diligen-

ligenter exſcripſiſſe, nec non ad autographi fidem exprimi curaſſe. En ejus verba. „ La „ ſeguente Iſcrizione fu ritrovata da me nel „ cimiterio di Ciriaca, e poi donata all' eruditiſſimo Monſignor Bianchini, e per ſoddisfazione maggiore degli Eruditi, ho giudicato di eſporla qui (*loc. cit. p.* 84.) colla „ ſua totale grandezza, e coi ſuoi ſteſſi caratteri „ Hæc Boldettus. Attamen ſi quis hoc Boldettianæ ſcripturæ genus, cum ejuſdem lapidis autographo (ne noſtro cum exemplari dicam) in muſeo Capitolino jamdiu ſito contulerit, quid de præclariſſimi illius viri obteſtatione cenſendum, valde profecto hærebit. Indubitatum enim æque eſt, & Cl. V. Marcum Antonium Boldettum nunquam impoſturæ ſuſpicione laboraſſe, & characteres ab ipſo exaratos, diſſimiles admodum eſſe ab iis, qui in autographo viſuntur.

De curſivo charactere conſule Gorium in *Deſcript.* columb. Liviani p. 59.

VRSO ET POLEMIO COSS. Anno V. C. 1090. Æræ Chriſtianæ 338. Urſum, & Polemium (quorum prænomina cum omnibus Faſtorum collectoribus ignoro) conſularem geſſiſſe magiſtratum, nemo inficiatus eſt. Urſum ſcilicet in imperio occidentali, Polemium in orientali. Sunt qui putent Polemium hunc noſtrum eumdem eſſe cum illo, cui datæ ſunt a Sidonio Apollinare epiſtolæ quædam, & carmina, ſed falſo. Quomodo enim Sidonius qui natus eſt A. C. 426. obiitque A. C. 482. litteras dare quiviſſet Polemio noſtro, qui inter Conſules tertii ſeculi annumeratur? Polemius ergo ille, de quo Sidonius Carm. xv. 188.

——————— conſurge ſophorum
Egregium Polemi decus, ac nunc Stoica tandem
Pone ſupercilia, & Cynicos imitatus amantes
Incipies iterum parvum mihi ferre Platona.

Præfectus prætorio Galliarum fuit, ut docet Jo. Savaro in not. ad Sidonii *Carm.* idemque fortaſſe qui hæreticis Polemianis nomen fecit circa A. Ch. 364. Adi Petr. Caniſium in *Chronol. Eccleſ.*

GAVDENTIA. Gaudentiam virginem, & martyrem commemorant Uſuardus, & Baronius in *Martyrol.* Huic ſane, marmor iſtud nequit adſignari. Urſo, enim & Polemio Coss. nulla prorſus Chriſtifideles perſecutione vexabantur. His immo Conſulibus (quandoquidem Chriſtianis lapidibus, Chriſtiana convenit eruditio) Athanaſius de primo reductus exilio, Alexandriamque remiſſus, magno eſt cum honore, teſte Theodoreto, a Conſtantino juniore ibidem exceptus.

ANoVM. *Annos* v. *menſes* VII. *dies* XXI. Heic *o* parvi pro punctis, ut alibi obſervavimus. Adverte tamen non ſemper *o* parvum inter grandiores litteras pro interpunctione poſitum reperiri, nam aliquando tum in Latinis, tum in Græcis lapidibus, ipſum elementum *o*, minuſculo licet charactere expreſſum, ſignificat. Sic in Syracuſano dorice inſcripto quem refert Lupius p. 90.

ΒΑΣΙΛΕoΣ ΑΓΕ :::
ΙΕΡΩΝoΣ ·ΙΕΡoΚΛΕoΣ
ΣΥΡΑΚoΣΙoΙ o ΕoΙΣΓΑΣΙ

Ð. Eamdem notam in tertia linea DIES, in quarta DEPOSITAE enunciantem habes. Ita apud eumdem Lupium REDEPTA Ð. PO. VIIII. KALEND &c. De hac nota alibi egimus, nempe Tom. I. num. 24. p. 51. & Tom. II. num. 485. p. 216.

1233.

.·.·.·.·.·.·.·.·
·:·VIIIN.·.
.·.ONSEP·.·
·.·NSTANT.·.
·.·ANTE II AVG.·.
.·.)DOTVS·.·
.·.·.·.·.·.·.·.·

·.·.NSTANT. Fl. Jul. Conſtantio ſcilicet III. & Conſtante II. Augg. Coss. A. C. 342. ut unanimiter Faſtorum reſtitutores. Laudat iſtorum Auguſtorum conſulatum etiam Socrates *Hiſt. Eccl.* lib. I. cap. XIII. ubi a Conſtantio, hoc anno iterum Eccleſia pulſum, (ob Hermogenis magiſtri militum necem) Paulum Conſtantinopolitanum, tradit.


1234.

.·.ERENTI QVI BIXETCVMCO.·.·.·.·.·.
.·.XXIMES III DEPOSITVS
.·.AESIIIDVIII bEPOSITVS I.·.
.·.AVANNENTIO ET DECEN
.·.O COSS



QVI BIXET. *Benemerenti*, qui *vixit* cum *conjuge ſua annos* ſaltem XXI. *menſes* tres. Idem marmor, mariti ut puto, & uxoris obitus, vel depoſitionis diem indicat.

AVANNENTIO ET DECEN. Eodem anno quo Decentius Cæſar, conſul a factione Magnentiana electus eſt, Conſules occidentales fuere Conſtantinus Aug. V. & Conſtantius Gallus Cæſ. At qui de Decentii conſulatu verba faciunt, ejuſdem collegam dicunt Paullum, orientalis factionis Ducem. Ex noſtro tamen lapide Decentii collegam ipſum fuiſse Magnentium fratrem colligitur; ſic enim MAGNENTIO pro VANNENTIO legendum reor. Quidquid de hac re ſentiendum, certe Decentius conſulatum ſuſcepit A. C. 352. ejuſdem numiſma videre eſt apud Car. Patinum p. 378. hujuſmodi




in quo *fortiſſimus Cæſar* appellatur, & Chriſti monogramma, & notæ A & Ω deprehenduntur, ex quibus conjicitur Decentium Chriſtianum fuiſse: ceteroquin, mors quam ſibi, audito Fratris caſu, conſcivit, neque fortiſſimi viri fuit, neque Chriſtiani.

Qua ex ſpecie ſit avicula quam heic unico lineæ ductu effictam vides, nec facile declarare,

rare, nec necesse est perquirere. Columbam existimarim, tritum nempe illud simplicitatis apud Christianos symbolum, oleæ fortasse ramulum, aut potius coronæ frustum gestientem. Conf. præter SS. Patrum volumina, eruditissimos Bosium, Aringhium, Boldettum, Torrigium, Marangonium, Mamachium, aliosque disertissimos Christianarum antiquitatum scriptores. Interea cl. Alexii Mazochii sententiam, ad hoc hieroglyphicorum opportunissimam, accipe. *In Christianorum epitaphiis, non tantum Christi nomen obscura monogrammatis nota obtegitur, verum etiam ejus sanctissimæ sectæ cultores sive per scalpta navis, anchoræ, oleæ,* COLVMBAE, *& quæ sunt plura ejusmodi hieroglyphica symbola designabantur.* Hactenus vir doctissimus in Epistola C. V. Dominico Georgio inscripta.

1235.



PVER. Nomine *Simplicius*, ut ex ultima inscriptionis linea eruitur: Pueri appellatione infans non enunciatur; nam, ut diximus cap. VII. num. 608. adultis etiam hominibus tributam, non semel in antiquis lapidibus reperitur.

DIVO IOVIANO. Consulatus Joviani recensio, Augustum hunc adhuc viventem probat. Divi vero titulus, eumdem Augustum è vivis ereptum testatur. Quocirca, hujusce inscriptionis sententiam hanc autumo; Simplicium scilicet, editum esse cum consulatum gereret Jovianus, una cum Varroniano filio A. C. 364. Saxum vero insculptum fuisse, Joviano jam mense Februario ejusdem anni extincto, atque Divo appellato; non sane quod Fl. Valentinianus Gratiani filius successor, eum inter Divos referret, sed quod Christiani veteres, ut scite innuit Maffæjus V. C. interdum consuetudine abrepti, usitatis formulis, nihil ultra cogitantes, uterentur. Revera, si inscriptionis author meminisset Jovianum, etsi Christianæ religionis studiosum, edacem admodum fuisse, & vino venerique indulgentem, ut tradit Marcellinus lib. XXV. cap. 10. haud ei profecto Divi titulum tribuisset. Attamen excusari oportere monet Tertullianus de *Idolol.* cap. XX. quasdam loquendi formulas apud Christianos, quæ impietatem cæteroqui sapere viderentur, quoniam consuetudine ipsa, atque inscitia loquentium laxatæ, non tam irreligiosæ dicendæ sunt, quam inconsideratæ. Varronianum filium (seu Valonianum ut a quibusdam scribitur) sibi collegam Pater in consulatu adscivit, adeo parvulum, ut, eodem Historico teste, nunquam induci potuerit, ut curuli sella veheretur. Blanchinius bis in *Anast.* depravatè scripsit VAZZONIANO pro VARRONIANO. Laterculus vero Paschalis in fine Gennadii Vatic. IOBIANO ET BARONIANO.

ORA NOCTIS. IIII. *Hora*. Quatuor dumtaxat inscriptiones, quæ notæ annali sive consulari, mensis, & hebdomadis diem adderent, Bimardus noverat. Viginti, Bimardio diligentior, invenit eruditissimus Cajetanus Marinius, qui eas breviter quippe, sed sci-

ſcitiſsime illuſtravit in laudata ſuperius Epiſtola, in qua (p. 7.) Dominicales litteras anni æræ vulgaris 364. fuiſſe D C advertit. His cavendum ne illæ ſocientur in quibus dies, & hora nativitatis, aut obitus enunciatur, nulla tamen Conſulum, aut annorum ſaltem imperantis Auguſti mentione facta, ut in Doniana quadam Cl. x. num. 70. in qua nativitatis pariter & mortis Aureliæ Euſtociæ, diem horamque legimus, ſed nulla, ob conſulatus ſilentium, chronologiæ utilitate. Doctiſſimus Blanchinius, & Lupius noſtram hanc Inſcriptionem a Boldetto repertam anno 1714. in Cœmeterio SS. Gordiani, & Epimachi retulerunt; hic in Severæ *Epit.* p. 18., ille in *Prologom.* ad Anaſtaſ. Tom. II. Edit. Vatic. p. 68. totamque rem ad chronologiam ſpectantem accurate declararunt. Summa hæc eſt, Simplicium ſcilicet, natum eſſe hora IV. noctis, VIII. idus Majas ann. Ch. 364. Si enim (hæc, laudatis ſupputantibus viris, dico) calculus diligens ineatur, vere anno æræ vulgaris trecenteſimo ſexageſimo quarto, VIII. idus Majas, die Sabbati, hora IV. noctis ſurgebat ab horizonte ortivo, ſimul cum Luna vigeſima, gradus 16. 21′ 11″ Capricorni. Priuſquam ad alia progrediamur, advertendum eſt Dominicum Georgium in ſuis ad Baronii annales notis, Blanchinium perinde accuſaſſe, ac ſi ſcripſiſſet ORA NOCTIS III. pro IIII; at immeritò, ut videre eſt in ejuſdem *Proleg.* in Anaſt. loc. cit. Tunc quippe partim in ſupputatione erraſſet. Emendandus utique ipſe Georgius qui NOTIS pro NOCTIS, & U in *uxit* ſic rotundatam, pro V angulari perperam edidit *ibid.*

IN VXIT. Egregius vir Scipio Maffejus *Muſ. Ver.* p. 252. legit INVSSIT, nempe *inuſtus eſt Fidei nota*, ſeu *baptiſmate*; aut INLVXIT, ideſt *lucidus moriendo evaſit*: at hujuſmodi interpretationes, nec ingenioſæ mihi videntur, nec rectæ. Nam, ut de Puero *lucido moriendo evadente* ſileam, quis unquam *Fidei notam inurere*, pro *baptizare*, potiſſimum in lapidibus, reperit? Quis inſuper ignorat, antiqua Eccleſiæ diſciplina, neminem (*ſi neceſſitatis articulus non intercidiſſet*, ut loquitur Bleſenſis) niſi ſtatis anni diebus baptizari? Scopum ſane propius attigiſſe reor Muratorium legentem IN EXIT, ſeu *exeunte* die octavo *idus Majas*. Ipſe tamen nec IN EXIT, nec EXEVNTE, ſed potius INLVXIT legendum crediderim, ideſt INLVCESCENTE die &c. ut in Gudianis ad Chriſtianos ſpectantibus monumentis p. 366. 5. ubi

OBIIT . BN . M . CASARIA
MEDIVM NOCTIS D DOMINICO
INLVCESCENTE
VI . ID . DECEMB

Diem illuceſcere uſitatiſſimus eſt in ſacris Litteris loquendi modus. Sic 1. Reg. XX. 27. *Cumque illuxiſſet dies ſecunda*. ibid. 35. *Cumque illuxiſſet mane*. Job. VIII. 14. *Antequam illuceſcat dies*. Jer. XX. 3. *Cumque illuxiſſet in craſtinum*. II. Mach. X. 35. *Cum dies quinta illuceſceret*. ibid. XIII. 17. *Hoc autem factum eſt die illuceſcente*. Luc. XXIII. 54. *Dies erat Paraſceves, & Sabbatum illuceſcebat*. Matth. XXVIII. 1. *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati*; ad quem locum doctiſſimus du Hamel: *ideſt*, inquit, *de nocte, quæ luceſcit in prima Sabbati*. Primævi igitur piiſſimique Chriſtiani, quibus aſſidua erat divinæ Scripturæ lectio, ejuſdem quas ediſcebant dictiones, in ipſis titulis ſepulcralibus interdum inſculpi curabant. Neque obſtat quod hora noctis quarta, longe a prima luce diſtet. Initium enim diei Antiquos diverſimode ſumpſiſſe docent Al. ab Alex. *Gen. dier.* lib. 4. cap. 20. atque Roſinus *Ant. Rom.* lib. 4. cap. 3. Babylonios nimirum ab oriente ſole; Ægyptios, & Athenienſes ab occaſu; Umbros & Etruſcos a meridie; Romanos (quod ad rem noſtram facit) a media nocte. Verumtamen tutior eſt fateri quædam in antiquis monumentis deprehendi, quæ cum inextricabilia ſint, efficitur ut ab Antiquariis, ea enodare exoptantibus, tricæ interdum, atque quiſquiliæ in medium afferantur.

IDVS. Idus omnes Jovi, apud ethnicos, ſacræ erant: hinc Ovidius Faſt. lib. 1.

Idi-

Idibus alba Jovi grandior agna cadit.

Menses vero in diversorum Deorum tutela, uti ex calendario rustico Farnesiano liquet; nimirum

IANVARIVS *Junonis*.	IVLIVS *Jovis*.
FEBRVARIVS *Neptuni*.	AVGVSTVS *Cereris*.
MARTIVS *Minervæ*.	SEPTEMBER *Volcani*.
APRILIS *Veneris*.	OCTOBER *Martis*.
MAIVS *Apollinis*.	NOVEMBER *Deanæ*.
IVNIVS *Mercurii*.	DECEMBER *Vestæ*

DIE SATVRNIS. Quot in hoc lapide, ut meritò effatur Lupius, idiotismi aggesti! reliquis profecto haud levior est SATVRNIS pro *Saturni*. Hebdomadis dies, ante tempora Ptolemæi, nominibus planetarum, eo ordine, ut hodie, distinctos fuisse diffitetur Hospinianus *de Orig. Fest.* p.53. sed nominatos asserit a numero, quo se invicem in mense sequebantur, suamque sententiam nonnullis Authoribus in testimonium adductis, scite tuetur. *Tempus* tamen, *Saturni* nomine cultum, affirmat Guil. Stuchius *de Sacr. Gent.* p.12. De Profanis autem dierum nominibus, a Christianis ex Ethnicorum superstitione desumptis, adi Brissonium in Comm. ad l. *Dominico* C. T. *de Spect.* Lupium in Epist. S. Sev. §.XII. disertissimosque Cajet. Migliore in *Neophyt. tit. comm.* §.12. atque Cajet. Marinium in laud. Epist. p.71. Vide etiam Tertullianum, Christianos excusantem loco nuperrime cit. Hinc, licet haud preconio digni, excusandi tamen, quod *Lachesim*, *Fata*, *Cupidinem*, *Parcas*, *Tantalum*, *undas Tænaræas*, *contra votum*, Gentilium sermone loquentes, in epitaphiis quandoque nominaverint, eo sane spiritu, quo sancta adhuc Ecclesia modo utitur voce *Tartarus*, ut in hymnis Paschali, & S. Crucis; modo *Deiparam*, Virgiliana invocatione salutat, cum fatur *salva sancta parens*; modo tandem *Tonantis* appellationem, quam Jovi ethnici contulerunt, DEO VERO applicat, sicuti in secundo sextæ feriæ hymno. Acerbe quidem reprehendendos censeo recentiores quosdam vates, qui sacra profanis turpissime immiscuere, ex quibus Buchananus cerberum tricipitem cum Domini præcursore Baptista sociavit: Petrarcha Cupidinem pharetratum ipso parasceves die in Christianorum templum introduxit: Areostus e lecto surgentem, ac seminudam S. Joanni obviam misit Auroram; Anonymus quidam, de consecrationis mysterio agens, *panem* Cererem, *vinum* Bacchum vocavit teste Rassinio in *Reflex. sur la Poesie* p.46. Canisius denique a quo MARIA, *vera Ceres*, *vera Lucina*, *vera Amazonum ductrix Penthesilea*, pio quidem sensu, sed indecorè appellitatur in Op. *de corrupt. Verbi Dei* T.I. lib.II, cap.7.

SICNO. Pro SIGNO. C *notatur*, ait Terentianus Maurus, G *sonat*: sic in nostris T.I. pag.19. MACISTRI, MACESTRATOS, PVCNANDO, LECIONES, INSICNIA, demum apud Donium CERMANVS: littera scilicet G absque adjuncta basi, τοῦ C formam repræsentans. Consule Gorium qui Tom.I. Inscript. p.114., C pro G, optimis etiam linguæ Latinæ seculis, usurpatum ostendit; vide etiam Ausonium, in *Idyl.*12. Hinc non irridendi sunt Galli, quod *Agnus*, *dignus*, *magnus* &c. per C pronuncient; nempe *acnus*, *dicnus*, *macnus*.

A Ω. *Ego*, inquit Christus Apoc.1.22., *sum* alpha, & omega, *principium*, & *finis*, *primus*, & *novissimus*. Hinc S. Bernardus: *Deus est principium*, & *finis*, *principium sine fine*, *finis sine fine*. Hæc sæpe elementa ad Christi monogrammatis latera reperiuntur, ita ut legi queat

A ☧ Ω

PRINCIPIVM CHRISTVS & FINIS

Sic carmina quædam *in Anecd. Murator.* S.Paulino tributa

Alpha Crucem circumstat, & ω tribus utraque virgis
Litera, diversam trina ratione figuram
Perficiens, quia perfectum est mens una, triplex vis.

vide

vide Tertullianum *de Monogamia* n.27. Ruper. Abb. *in Apoc.* lib. I. cap. 2. Hanc consuetudinem effingendi Christi hieroglyphicum inter A & Ω pie renovatam hisce diebus observavi in epitaphio Joannis Francisci Stuppanii S. R. E. Cardinalis amplissimi, & Episcopi Prænestini, quod videre est in Ecclesia S. Andreæ vulgo *della Valle*.

Laurentius Ramirez, teste Burchardo in *Epist.* ad cl. Ciampinium, ideo istas in sepulcris insculptas fuisse litteras affirmabat, ut illa Christianorum, non Arrianorum esse pateret. Verum Boldettus, Lupius, aliique ostendunt, etiam ante Arrii hæresim, immo ante Constantini tempora, mysticos illos characteres, usurpasse Christianos ad nominis Christi decus, & ornamentum. Laudatus tamen Vates tum monogramma, tum characteres A. Ω, Christum æque significare, his versiculis docet

Alpha itidem mihi Christus
& ω qui summa supremis
Finibus excelsi pariter complexus, & imi
Victor, & inferna, & pariter cœlestia cœpit.

CAPRICORNO. Capricornum cum Aquario, domum Saturni dicit, apud Lud. Carrionem, incertus Scriptor. Quidam hoc cæleste signum, *Pana* fuisse existimant; alii Jovis collactaneum, a capra Amalthea nutritum, atque postea a Jove in cœlum, una cum Nutrice translatum. Ab Hygino 196. *Ægoceros* vocatur.

1236.

AMANTIO BENEMERE
NTIINPACEQIVIX
XIT ANXVIIIMIIDVII
IIDXKALSEPT VALENTINIA
NO ET VALENTI.........
IIII.....
......

1237.

DD . NN . VAL...
TINIANO . CO...
NVS . QVI . V....
VI . DEPOS....
BENE . ME....

1236. BENEMERENTI. Hoc communissimum Gentilibus vocabulum, apud Christianos *incertæ notionis* fuisse asserit cl. Mazocchius in superius laudata ad Dominicum Georgium epistola. En ejus verba. *Christianæ sectæ cultores per scalpta hieroglyphica symbola designabantur, sive per consuetum illud, sed tamen notionis incertæ*, BENEMERENTIS *vocabulum, cui etiam* PACIS *vocem plerumque adjungebant, sed quanam potissimum intelligentia nonnisi initiatis, non item* EXTERIS, *assequi promptum erat*. At licet pro certo habeam, Christianos arcanas quandoque notas adhibuisse, præsertim furente in eos persecutione, ut ipsos se Gentilibus occultarent, vocabula tamen BENEMERENTI, & IN PACE incertæ notionis, Fideliumque epitaphiographis fuisse ænigmatica, ideo inficiari licet, quia nemo hactenus voces istas alteram apud Gentiles, apud Christianos alteram significationem obtinuisse probavit. Si tamen quis aliter sentiat, *is sententiam suam retineat*, ut fatur apud Suidam Ælianus, *nec mihi litem moveat*.

DVII. Fortasse DVIIII. Nam qui inepte scripsit

BENEMERE
NTI

& QI pro QVI, item

VIX
XIT

pro VIXIT, numerum sic etiam dierum

VII
II...

perperam partiri potuit.

DX. Depositus Amantius X. KAL. SEPT. idest die 23. Augusti.

VA-

VALENTI ·.·. IIII . Valente IIII. Nota quarti consulatus post Valentis nomen apposita, ad utrumque Consulem pertinet. Hæc notarum consularium οἰκονομία in aliis etiam ad Valentinianum, & Valentem spectantibus inscriptionibus deprehenditur apud Gruterum p. 164. & 1061. ap. Aringhium Tom. II. & apud Fabrettum cap. VII. Item in lapide ab eodem Fabretto edito, in quo pro Marcell. II. & Celso II. legitur


MARCELL ET CELSO II. COS

Heic ergo legatur VALENTINIANO IIII ET VALENTE IIII. COSS. ann. Ch. 373. urbi Præfecto *Cajo Cejonio Rufio Volusiano* II, non *Claudio*, ut Panvinius scripsit. Adi Marcellinum lib. XXX.

1238.

THERMAS MARITIMAS
INTRESECVSREFECTIONE CELLARVM
FORIS SOLI ADIECTIONE DDD NNN
VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS
VICTOR - AC - TRIVMF - SEMPER - AVG:::
PROCVLO · GREGORIO · VC · PRAEFECTO
ANNON VRBIS ROMAE · CVRANTE
DECORARVNT

Forma characterum



Ingens hoc Marmor, licet effractum, tribusque constans fragmentis, integram tamen Inscriptionem exhibet, in qua de tribus Augustis VALENTE, GRATIANO, atque VALENTINIANO *juniore* sive *secundo*, tamquam Thermarum maritimarum Ostiensium restitutoribus est sermo: Ostiensium, inquam, quemadmodum locus indicat ex quo marmor effossum est, nimirum ex fundo vulgò *Bovacciano*, prope Ostiam, uno tantum milliario a Tirrheno mari distante, ann. 1776. Testatur hæc omnia Carolus Ferrarius, ex cujus latomiis lapidariis monumentum hoc, ære Pontificio redemptum, in musei Capitolini impluvium nuperrime transferri curavi.

Antiqua sane monumenta ibidem olim extitisse, ubi ætate nostra reperiuntur, in incerto esse haud diffiteor. Meum itaque argumentum, ideo heic Thermas Ostienses enunciari, quod Inscriptio ex agro Ostiensi prodierit, meritò quis posset oppugnare. Verum, quod de quibusdam monumentis recte asseritur, de singulis affirmari nequit. Quoties enim de magna ingentisque ponderis mole agitur (quemadmodum hanc nostram esse nemo Museum invisurus negabit) eo in loco ex quo effoditur præextitisse censeri lubet. Obiiciet fortasse aliquis prædium in quo inventum est Marmor, a littore distare, ideoque antiquam Thermarum maritimarum sedem esse nequivisse. At levis, minimique momenti hæc mihi oppositio videtur. Quis enim ignorat Oppida, turres, ædificia, quæ aliquando immediate Tirrheno mari imminebant, nunc ob ejusdem maris recessum, mediterrea esse effecta? Ostia olim alluebatur mari teste Strabone: *hodie tribus fere milliaribus a mari distat, limo quem Tiberis continuo advehit, maris littore oppleto*. Hæc Kircherius in suo Latio *vet. & nov.* pag. 23.

Porro me magis ſilentium turbaret Hiſtoricorum, apud quos nullam de thermis Oſtiæ conſtitutis mentionem inveni, niſi etiam ſcirem permulta alia eos monumenta præteriiſſe, quæ tamen antiquis certiſſime innotuerunt. Revera ne a tribus Auguſtis diſcedamus, cui unquam dubium, pontem *Ceſtium* a Valentiniano, Valente, atque Gratiano fuiſſe inſtauratum, quamvis verba hujuſce inſtaurationis faciendum haud exiſtimarint Latini ſcriptores, cum id teſtetur inſcriptio eidem Ponti appoſita, quamque jamdiu edidit Jac. Mazochius *in Epigr. urb.* fol. 11.? At non heic ego exempla coacervabo, quoniam infinitus fere eorum eſt numerus, nec prolixus ero in re trita, & pervulgata. Mea quippe ſententia, quemadmodum graves candidique Hiſtorici, lapidario haud indigent teſtimonio, ita nec hiſtorico antiqui ſincerique lapides. Valde equidem miror, laudatum Kircherium, & Vulpium, qui agrum lituſque Oſtienſe ſedulo perluſtrarunt, Thermarum aut ne veſtigia quidem reperiſſe, aut reperta non agnoviſſe, uti ex utriuſque de hac re ſilentio, non levi ratione conjicimus. Hinc apte Ciampinius *de ſacr. ædif.* cap. xv. *Temporis*, ait, *edacitatem omnia conſumere nulla res magis, quam inclyta, atque antiquiſſima civitas Oſtienſis teſtatur*. Ipſe vero ſcriptorum tum veterum, tum recentiorum ſupplere ſilentio arbitror verba quædam Minucii Felicis, qui in *Octavio* hæc habet: *placuit Oſtiam petere, amœniſſimam civitatem, quod eſſet corpori meo ſiccandis humoribus de* MARINIS LAVACRIS *blanda, & appoſita curatio*. Quoniam vero eruditis per hæc verba *de marinis lavacris* non ſatis aperte ædificium thermale indicari videtur, ſed ipſamet potius Tyrrheni maris aqua, qua infirmi aſpergerentur, ideo ſequentia afferre neceſſe eſt, ex quibus de thermali ædificio ſeu balneari, Minucium intellexiſſe perſpicue colligitur. *Si placet* ..... inquit, *modo in iſtis ad tutelam* BALNEARVM *jactis, & in altum procurrentibus petrarum obicibus reſidamus, ut & requieſcere de itinere poſſimus, & intentius diſputare*. Ex iſtis ergo ſic collatis Minucii locis, Oſtienſes cives Thermas habuiſſe, haſque juxta mare ædificatas, liquido, ni fallor, apparet. Nec obſtat quod Chriſtianus ſcriptor Minucius, qui Alexandri Severi temporibus claruit, BALNEARVM utatur vocabulo; nam etiamſi phariſaice, ut ita dicam, loquendo, Balnea a Thermis aliquantum differant, Eruditis tamen exploratiſſimum eſt Scriptores utramque vocem promiſcue adhibuiſſe. Sane Ammianus Marcellinus, thermas urbis æternæ, quas hyperbolice in *modum provinciarum* (fortè *piſcinarum* uti legit Valeſius) extructas dicit, *Lavacra* vocarit *Hiſt.* lib. XVI. ubi recte laudatus Interpres in notis: *Balneas*, inquit, ſeu *thermas amplius* 800 *Sex.Rufus* &c. Ceterum, hanc præclariſſimam Romam imperii coloniam thermas habuiſſe mihi non modo credibile, immovero certum videtur. Firmat aliquomodo hanc ſententiam liber Pontificalis cujus ſcriptor in vita B. Silveſtri, inter donaria quibus Conſtantinus, large Oſtienſem baſilicam ditaverat, poſſeſſionem quamdam BALNEOLVM nuncupatam enumerat: *poſſeſſio*, inquit, BALNEOLVM *præſtans ſolidos quadraginta duos* &c. Harum autem thermarum, Antoninum Pium, ipſe auctorem fuiſſe crediderim. Julius enim Capitolinus in recenſione operum publicorum quæ ab Antonino aut excitata ſunt, aut refecta, *lavacrum Oſtienſe* commemorat. *Opera ejus Cajetæ portus, pons Sublicius, templa Lanuvina, Græcoſtadium, lavacrum Oſtienſe*. Heic notandum eſt (ad declarandum quæ de *marinis lavacris* ſuperius innui) Capitolinum pro lavacro, ipſas intellexiſſe thermales ædes.

INTRESECVS. *Intrinſecus*, in interiore Thermarum parte.

REFECTIONE CELLARVM. *Renovatione, inſtauratione* cellarum. *Naves reficere*, dixit Cæſar de B. G. lib. 4. *Junonis templum L. Julius refecit*, Cicero de Divin. *Villa Camilliana reficiatur*, Plinius lib. VI. ep. 30.

CELLARVM. Cellæ erant in Romanorum templis conſtitutæ, in quibus Deorum Dearumve ſigna concludebantur. *Capellas* nunc vulgò vocari Gutherius rebatur; ipſe vero, *Cellæ* in ædibus ſacris, ſedibus, italice *Nicchie*, reſpondere autumo. In lupanaribus quoque cellæ, meretricum nominibus inſcri-

ſcriptæ, viſebantur. Petronius cap. VIII. *Jam pro cella meretrix aſſem exegerat*: ita Martialis lib. XI.

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.

Prætereo cellas *vinarias*, *gladiatorias*, *penuarias*, *promptuarias*, nam in Inſcriptione quam præ manibus habemus, de balnearibus eſt ſermo; quarum quædam *Calidariæ* dicebantur, quædam *Frigidariæ*, alteræ *Tepidariæ*, alteræ *Unctoriæ*. De his omnibus fuſe ſciteque diſſeruere Andreas Baccius, Jo. Bapt. Caſalius, Guilielmus de Choul, Octavius Ferrarius, Laur. Jubertius, Joſ. Laurentius. Perlege etiam Sidonii Apollinaris ſecundam libri ſecundi epiſtolam, atque Jo. Savaronis in eamdem notas. Erant etiam in Thermis cellæ oleariæ, ubi nimirum olea, atque unguenta aliaque ad opportunos uſus odoramenta ſervabantur, uti docet Baccius *de Therm. vet.* Item cellæ *aſſæ*, ſeu *aſſæ ſudationes*, uno verbo *Sudatoria*, ſic dictæ, quod in illis per *aſſum*, hoc eſt ſiccum vaporem ſudor eliceretur. Muratorius lapidem vulgavit p.466. in quo Præfectus quidam Urbanus nominatur, qui imperantibus Honorio, ac Theodoſio

CELLAM TEPIDARIAM
INCLINATO OMNI PARIETE
LABENT. DE QVA CELLARVM
RVINA PENDEBAT. ERECTO
RVM A FVNDAMENTIS
ARCVVM DVPLICI MVNITIONE
FVLCIVIT

Cellas iſtas *caldarias* quas Græci ἀποθήκας θερμὰς appellabant, inventas fuiſſe apud Sybaritas, refert Athenæus in *Deipnoſoph* lib. XII. Has quotannis Minucium Felicem frequentaſſe, ex nuper recitatis ejuſdem verbis eruitur; unde magis magiſque patet, voce *Lavacrum*, thermas indicare voluiſſe, in quibus aſſæ ſuis opportunæ infirmitatibus proſtabant cellæ. Sunt qui cellæ cum ſellis confundant, ex quibus mille ſexcentas è polito marmore factas in uſum lavantium extitiſſe in Antoninianis thermis, tria millia in Diocletianæis, ex Olympiodoro tradit Caſalius: verum, pro *cella* intelligi debet cubiculum; pro *ſellis*, ſedilia balnearia ex marmore, in cubiculis, propter parietes diſpoſita, quorum pleraque pertuſa erant, uti conſtat ex ſellis illis porphyreticis quæ diu eterodoxis ineptiendi anſam (ſupina quidem ſtupiditate) præſtarunt, eoque magis præſtabunt, cum noverint è palatio Lateranenſi in Vaticanum, ubi ſummi eliguntur Pontifices, fuiſſe translatas. Sellas pertuſas deſcripſit Caſſiodorius, quem conſule in *Variant.* lib. II. Ep. 39.

FORIS. Qui *intrinſecus* ſcripſerat, ad indicandam exteriorem Thermarum partem *Foris* ſcripſit, non *Forinſecus*. Vocem enim hanc inſolitam eſſe ſcite aſſerunt Eruditi: ea tamen uſi ſunt non modo Lactantius de *Opif. Dei*, & lib. de *mort. Perſecut.* ut notavit Lengletius, atque D. Auguſtinus *in Homil.* lib.I., ſed & Columella lib. VIII. cap.3. & Plinius H. N. lib. XIII. cap.22. Lactantius immo loc. cit. Plautus, & Apulejus, *altrinſecus* quoque dixere, pro *ex altera* parte.

SOLI ADIECTIONE. Ad ampliandam aream. *Statua ſtatuis adjecta* dixit Plinius lib.X. Ep.24. & ibid. Ep.58. *Nicomdienſes priori Foro novum adjicere cœperunt*. Demum lib. VI. Ep.31. *Saxis*, inquit, *pilæ adjicuntur*. Sic apud Dominicum Bertolum p.63.

SAVFEIVS . SABDA . ADIECIT
IN FR . P . VIII . . .

& in lapide imp. Trajano a XXXV. tribubus poſito

QVOD LIBERALITATE
OPTIMI PRINCIPIS
COMMODA EORV̄ ETIAM
LOCORVM ADIECTIONE
AMPLIATA SINT

adi Conſtantium Landium in *vet. numiſm. Roman.* miſcell. p.87.

DDD NNN. *Domini noſtri*; ſcilicet

VALENS qui regnare cœpit in Oriente A. C.364. & igne conſumptus eſt A.C.378.

GRATIANVS qui a Valentiniano I. patre Auguſtus eſt factus ann. Ch. 367. occiditur ann. 382.

VA-

VALENTINIANVS II. Valentiniani I. ex Justina filius, qui a fratre Imperii particeps declaratur ann. Ch. 375. strangulatus est ann. 392.

VICTORES AC TRIVMF. Victores ac triumphatores semper Augusti, ut in aliis saxis eisdem Imperatoribus deinceps dicatis legitur. Nobilissimos tamen hos titulos Gratianus tantum meruerat a quo Alamanni, Gothi, aliique Barbari sunt subacti. Valenti vero, atque Valentiniano II. nullo militari facinore claris, immerito prorsusque servili assentatione victorum ac triumphatorum appellationes heic ab Ostiensibus decernuntur. Æquius in aliis quæ extant ejusdem temporis monumentis Valens, & Valentinianus præteriti fuere, solique Gratiano relati adsignantur tituli, uti ex inscriptione ab Elia Vineto edita liquet

FLAVIVS GRATIANVS PIVS
FELIX MAXIMVS VICTOR
AC TRIVMFATOR SEMPER
AVGVSTVS &c.

Litteram F in voce *triumfatores* pro græca Φ idest PH, in omnibus fere lapidibus ad Constantinorum ætatem referendis invenimus. Olim, ut alibi teste Cellario diximus, *triumpus* pronuntiabatur, post autem, convicio aurium flagitante, *triumphus* scribebant, in posterioribus etiam *triumfus*.

PROCVLO GREGORIO. Christianam clarissimum hunc virum coluisse religionem crediderim. Ætas enim qua floruit, quarto nimirum Ecclesiæ seculo, Augustusque cui paruit, idest Gratiano pio religiosoque Principi, id mihi persuadent, nostramque ideo Inscriptionem inter Christianas recensendam arbitror. Sabini quidem Christiani viri, atque uti noster, annonæ urbis Præfecti, non in Ethnicorum sepulchris, sed in Vaticanis Christianorum cryptis tumulum invenit Bosius, sic inscriptum

HIC REQVIESCIT IN PACE
SABINVS VS PREF *sic* ANN
QVI BISSIT ANNVS LIIII ET
DIES XXIIII DP XVI KAL
AVGVSTAS CONS SYMM
ET BOETIO VC CONSS

Conjectare immo lubet eumdem hunc esse de quo Ausonius epigr. 34.

Irascor Proculo cujus facundia tanta est,
Quantus honor.

& Epigr. 149.

Fors erit ut lustrum cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet Olympiadem.

Sane, Ausonium claruisse nostro imperante Gratiano, nemo est qui nesciat. Ad trutinam tamen hanc esse revocandam sententiam fateor.

PRAEFECTO ANNONAE. Annonæ urbis Præfectura, Gratiani tempore, inter conspicuas dignitates adhuc habebatur, ætate vero Theoderici abjecta vulgarisque censebatur, teste Boëtio Severino, qui *de Consol. Philosoph.* lib. III. *Si quis*, inquit, *quondam procurassent Annonam, magnus habebatur; nunc ea Præfectura quid abjectius*? Clarissimi tamen hujusce Scriptoris assertioni adversari videtur, relatum nuperrime, Sabini epitaphium, ipso Boëtio Cos. inscriptum, in quo *Præfectus* ille *annonæ* vocatur *vir spectabilis*, sic enim explicari debere siglam VS opinantur cum Aringhio in Append. p. 717. singuli antiquarum notarum Interpretes. Spectabilitatis autem formula, maximam dignitatem, honestissimosque viros, *Clarissimisque* potiores enunciat. Testatur id Justinianus in *Inst.* I. §. *sin autem.* C. *de rapt. virg.* Cassiodorus *in Var.* lib. VII. Ep. 37. Pancirolus in *Notitia* cap. 2. Bulengerus de *Imp. Rom.* lib. II. cap. 19. Verba namque Plauti, Ciceronis, atque Virgilii quæ Gutherius *de Off. Dom. Aug.* lib. I. cap. 9. allegavit, nihil penitus ad rem nostram facere autumo. Attamen Boëtii auctoritas tanti habenda est, ut non absque temeritatis nota contemni queat. Itaque explanare aliter potius siglam VS, quam Boëtii assertum repudiare, consentaneum est. Quid ergo si legatur cum Bosio, & Severano (quos immerito

car-

carpit Aringhius loc. cit.) VIR SAPIENS? vel rectius cum Fabretto VIR SANCTVS? Sane Præsul iste eruditissimus, eamdem notam in inscriptione Cap. x. 648.

::ANNES VS QVI VIXIT &c.

Vir sanctus interpretari minime dubitavit, uti ex suæ Collectionis indice liquet. At de egregio hoc Monumento jam plusquam satis. Advertendum dumtaxat totum elogium duabus sic divisis lineis

THERMAS . . . . AVG
PROCVLO . . . . DECORARVNT

in autographo contineri, quemadmodum videre est in impluvio Musei nostri Capitolini, ubi marmor parieti affixum collocari curavi.

1239.

∴·CASTISSIME FILIAE DOMITIANEN VIROINI.·.·
∴·MATER PRO AMOREFECITQVAEVIXITANNIS.·.·
∴·MENSESIIIIDIESTRESDEPOSITADIEXVKALOCTOBRES
∴·IvRICOMERE ET CLIARCO CONSVLIBVS

1239. DOMITIANEN. Legi debere DOMITIANENI, ne levis quidem me dubitatio tenet. Quinquaginta enim fœminarum cothurnata nomina, atque syllabicum illud syrma, ut nostrum, trahentia, recensuit Lupius p. 160. 161. ex lapidibus, in quibus occurrunt *Calenem*, *Agapenem*, *Zosimenem*, *Marcianenem*, *Helicenem*, *Callytichenem*, *Zalagenem*, *Irenenem &c.*

VIROINI. *Virgini*. Sic apud Fabrettum p. 96. ZENVARIA BIRCO PVELLA. In saxis Muratorianis p. 1852. CLAVDIA ZOE VIXIT ANNIS XVI VIRGO. in museo Kircheriano ATVMENIA GALIAE. L. LAIS. VIXIT. ANN. XVIII. VIRGO. Apud Boldettum SEPTIMIA ROMANA. VIRGO, & FAVSTINAE VIRGINI FORTISSIMAE. Ex Lupio IN PACE CVM VIRGINITATE TVA. Sane cum virginitas, magna in æstimatione a primævis Christianis haberetur, ita in epitaphiis etiam celebrabatur. *Nihil*, inquit B. Martinus apud Sulpicium Severum Dial. II. *virginitati est comparandum. Ita & illi qui conjugia fornicationi comparant, vehementer errant: & illi, qui conjugia Virginitati æquanda æstimant, miseri penitus, & stulti sunt. Verum hæc a sapientibus tenenda distinctio est, ut conjugium pertineat ad veniam, virginitas spectet ad gloriam.*

OCTOBRES. Etiam apud Bosium, *decessit die* V. KAL. OCTOBRES, *depositus* VIIII. KAL. DECENBRES: *die* XIII KAL. NOBENBRES, & D. VII. KAL. APRILES, *idus* APRILES, & inf. *deposito* VIIII KAL. SEPTEMBRES. *Victorinus decessit* VII. *idus* JUNIES ap. Mabillonium *de cult. SS. ignot.* §. 6. ubique E pro I.

RICOMERE. In aliis lapidibus, & apud Fastorum restitutores modo *Ricimerus*, modo *Ricomedes* vocatur. Hoc Consulum collegium, de quo mentionem facit Socrates lib. V. cap. 12., Fasti referunt ad annum Ch. 384.

CLIARCO. Lege CLEARCHO (ut ex Græco ejusdem Socratis textu apparet) Consule orientali, cum Fl. Ricimero occidentali. Hanc inscriptionem Albano effossam, atque ab Eminentissimo Cardinali Paulutio museo Capitolino donatam, edidit etiam doctissimus Dom. Georgius in not. ad Baronium, sed nonnullis scatentem vitiis, neque ad autographi fidem. Quod autem ad Fl. Ricimerum, atque ad templum S. Agathæ in regione Suburæ sitam, ab eodem musivis operibus decoratam attinet, doctissimus Ciampinius *de ædif. Constantin.* Tom. I. cap. 18. pag. 259. licet illum Arianæ hæresis nota purgavisset, mox mutata sententia, Arianismo inquinatum asseruit, hoc vero, Arianorum templum fuisse, enixe adversus Nardinium probavit, uti videre est ibid. p. 269.

1240.

.·.NTI IN PACE Q.·.·.·.·.·.·.
.·.RITVM ANN·.·.·.·.
·.·.AL . IANET DEPOSITA ES T.XIII.·.·
·.·.NO . III . ET EVTROPIO CONSS

::NTI . Implendas sic esse lacunas putarim . *Benemerenti in pace, quæ vixit annos* tot. *Fecit cum maritum annos* tot . *Decessit die ..... calendas Januarias, & deposita est* XIII. ..... *Valentiniano* III, &c. Josephus Scaliger in indice Gruteriano cap. XXIV. *Depositio*, ait, *idest dies, mortis*. At ex hoc nostro, aliisque permultis lapidibus eruitur, Christianos diem obitus, a die depositionis discrevisse . Neque me irrideas quod suppleverim FECIT CVM MARITVM. Hunc enim idiotismum habeo apud Boldettum pag. 411. VICTORIA FECIT CVM MARITVM ANN. XIIII. Sic apud eumdem pag. 582. CVM COMPAREM SVVM . pag. 491. CVM VIRGINIVM SVVM : ex Lupio p. 145. CVM FILIAS SVAS DVAS . & ex Fabretto cap. I. CVM DELICIVM SVVM .

::NO . III . Valentiniano juniore tertium, & Eutropio (de quo alias egimus) consulibus, anno æræ vulgaris 387. Neque attendendi qui putant Eutropium, Valentiniani junioris collegam, eumdem esse cum Eutropio eunucho, qui cum Theodoro consulatum gessit . Hic namque, jussu Arcadii, ob delicta quædam strangulatus est A. C. 399. ejusque nomen a Fastis consularibus erasum, ut tradit Socrates lib. VI. cap. 5. Tertius autem Valentiniani junioris consulatus, in editione Veneta 1758. *Rationarii temporum*, signatus VI. error quidem est, sed Typographo, non Petavio tribuendus.

1241.

REVECCAE INNOCENTI QVAE VIXIT
ANNVM VNVM MENSEM VNVM
DIES XVII BENEMERENTI IN PACE
DEPOSITO VIIII::AL . SEPTEMBRES
FLAVIO . CAESARIO . ET NONIO
ATTICO . VV . CC . CONSS
PARENTES BENEMERENTI FECERV

1242.

.·.·.A IN PACE IIII NONAS
.·.·VI VIXIT ANNVS LXXX
.·.·.IE II HONORIO IIII E BOSI.·.·

REVECCAE . Fortasse REBECCAE ; migratio namque B in V sæpissime in lapidibus deprehenditur, præsertim cum in usu tum promiscuo fuerint penes plebem latinam hæc elementa . Nec turbat me nomen Hebraicum esse, cum Christiani , nominibus Hebraicis nuncupati, permulti reperiantur in Adonis, Usuardi, atque Baronii martyrologiis, in quibus ISAAC eremita, IONAS presbyter, DANIEL stylita, SAMPSON episcopus, BAALAM, IOSAPHAT, AARON, SAMVEL martyres ; & ex fœminis IV-

IVDITH, MARTHA, SVSANNA VV. & MM. Sed audi Procopium Gazæum in Isa. cap. 44. *Sæviente persecutionis tempore ethnicos* (cum Christianam fidem amplecterentur) *multos Sanctorum hominum appellationes sibi arripere vidimus: se enim Jacobum alius, alius Ismaelem, alius etiam Jeremiam, & Isaiam, & Danielem nuncupabant; quibus assumptis appellationibus alacri, & forti animo ad martyrium accedebant*. Hactenus ille. Consule & Eusebium *de martyr. Palæst.* cap. XI.

FLAVIO CAESARIO. A Relando, *Clodius Hermogenianus Cæsarius* est appellatus. Consulatum iniit A.Ch. 397. cum Nonio Attico: de utroque mentio fit a Socrate lib. VI. cap. 2. Injuste Dom. Georgius refellit Reinesium, quod in *epist.* 69. ad Rupertum asseruerit *Cæsarium* inter *Flavios* relatum. Reinesii enim sententiam tuentur saxa, non istud duntaxat Capitolinum, sed alia duo a Margarinio inter inscriptiones Basil. S. Pauli edita: nempe sub num. 316.

> ∴PERINA IN PACE
> ∴A QVE BIXIT ANNOS
> . . . .
> *deposita* VIIII. KAL. SEP
> FL. CAESA*rio* & ATTICO
> VV. CC. SYRA CVM

& sub num. 400.

> BENATA
> SE VIBI LO*cum*...
> FL. CAESARIO ET *Attico coss.*

Lapis noster repertus est a Boldetto in cœmeterio Commodillæ via Ostiensi An. 1720. Boldettus Blanchinio, Blanchinius Emo Card. Alexandro Albano donavit; tandem in museo Capitolino, non amplius per domos cursitaturus, nec inviolabilis hospitii jura mutaturus, extat. Apud Boldettum legitur REVICCAE, sed in autographo REVECCAE.

1242. ANNVS LXXX. Frequentissimum est hoc ANNVS pro ANNOS in saxis. *Trajanus qui bixit* ANNVS X.I. ET MESIS IIII. item *Filio Gaudetio qui bixit* ANN. VS. VI. M. VIIII. apud Lupium §. XIII. & inf. in nostris FILICIS *quæ* vixit ANNVS LX. *fecit*... ANNVS XLV.

HONORIO IIII. Quarto, Honorius Augustus, consulatum *Romæ*, Eutychianus vero præfectus Prætorio primum *Constantinopoli* susceperunt A.Ch. 398. quemadmodum unanimes testantur Fastorum collectores. Uterque, consulatum editionibus, Iudisque celebravit, ut tradit Socrates *loc. cit.* ex quo eruitur, hoc ipso anno S. Joannem Chrysostomum, a Theophilo ordinatum, in sede Episcopali fuisse constitutum. Panegyris in quartum Honorii consulatum recitata est a Claudiano: exordium accipe

> *Auspiciis iterum sese regalibus annus*
> *Induit, & nota fruitur jactantior aula.*
> *Limina nec passi circum privata morari,*
> *Exultant reduces Augusto consule fasces.*

1243.

∴∴NTI . IN PA.∴∴
∴∴VMORID.∴∴∴∴

NTI. *Benemerenti in pace.*

VMORID. *Rumorido.* Rumoridus semel tantum consularem dignitatem est consecutus. Itaque *breve* hoc, obtruncatumque *in exiguo marmore nomen*, ut ait Propertius, aut alium ejusdem nominis virum enunciat, aut nostrum, sed non uti Consulem; demum si uti Consulem, tunc ad eumdem annum æræ Christianæ 403. fragmentum hoc spectare liquet.

1244.

HIC REQVIESCET
AIO IN PACE QVI
VIXSIT IN SECVLO
PM ANXI. RECES
SIT DE SEICVLLO. D
EIII. IDVS NOVENB
CONS THEODOSI
O AVG PRIMVM
ET . ROMORIDO
VC . CONS

REQVIESCET. *Requiescit. Dormit in pace. Dormiunt in somno pacis. Depositus in pace*, & apud Boldettum p. 436. *Pausat in pace*: formulæ sunt liturgicæ, quibus utebantur Christiani, & precabantur ut defunctos Christus in pace susciperet: charitatis pignus, quod *non in tabulis lapideis tantum*, ut ait S. Augustinus, *sed in tabulis cordis carnalibus scribebant*. Apud Fabrettum pag. 571.

GAVDENTIA
SVSCIPEATVR *sic*
IN PACE

Ita inter Boldettianas inscriptiones. IN PACE *cesque*, idest *requiesce*. IN PACE, *& benedictione* IN PACE *Domini dormias*. Contracta eadem sæpe formula reperitur, ut apud Bosium: *Vitella* IN PACE. *Val. Ammiano* IN PACE. *Alexandri* IN PACE. *Largi* IN PACE. *Rufine* IN PACE. Aliquando sic: IN PE, aut IN. P. Eadem, ante Christiana tempora, usos esse formula, perraro tamen Paganos, frequentius his Judæos, constat ex lapidibus, ex iis potissimum quos edidere Marangonius, Severanus, Fabrettus, Lupius, Odericus, atque Muratorius, quorum novissimus, eam immo Christianos a Judæis esse mutuatos asserit: Hæc Muratorii opinio haud placuit doctissimo Clementi Blasio: mihi vero (pace dicere tanti viri liceat) haud aspernenda videtur, cum jamdiu ante Christiana tempora clausulam *in Pace* usi sint Judæi. Sap. III. *Animæ justorum in manu Dei sunt... Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace*. Eccl. cap. XLIV. 14. *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt*. Si præterea Christianos ab ipsis ethnicis nunnullas mutuatos esse formulas credimus, credibilius est aliquas etiam e Judæis sumpsisse, a quibus Christianitas, non magis quam a Gentilitate abhorrebat.

VIXSIT IN SECVL. *Vixit in seculo*. PM. *plus minus annos undecim*. Cum λαϊκοὶ a Græcis etiam κοσμικοὶ, a Latinis *seculares*, vel *mundani* sint vocati, ita qui dicunt *Cajus* e. g. tot *annos vixit in seculo*, vitam inter laicos egisse intelligunt. Verum heic τὸ *seculum* accipi debet pro *terra*, seu *mundo* in quo vivimus, sive pro *tempore*, cui opponitur *æternitas*. Minucius Felix in *Octavio* XXXIV. *Ut arbores in hiberno occultant virorem, ariditate mentita, ita corpus in seculo*. Sic Ecclesia deprecatur pro iis, *qui ex hoc seculo transierunt*; qui scilicet è vita migrarunt, & pro iis *quos præsens seculum adhuc in carne retinet*, idest pro iis qui adhuc vivunt. Aliquando eodem vocabulo & *tempus* exprimitur, & *æternitas*, ut apud S. Lucam cap. XX. 34. 35. *Filii hujus seculi nubunt... illi vero qui digni habebuntur seculo illo* (idest *altero illo futuræ vitæ seculo*, ut interpretatur Tirinus) *& resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores*.

RECESSIT DE. Apud Boldettum p. 407. quidam RECESSIT DE CORPORE; & p. 411.

p.411. craſſiſsime, IANVARIA RECESSIT DE SECVLVM. Porro verbum *recedo* requirit propoſitionem *a*, non *de*; ſed heic valet *exire*, ut apud eumdem Auctorem ibid. INNOCENTIA DE SAECVLO EXIBIT i. e. *exivit*: ita S. Gregorius M. *homil.* XIII. in Evang. *Aperire judici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat*. Ab oculis *recedere* pro *mori* dixit Plinius junior lib. II. *epiſt.* 1. ubi: *vivit*, inquit, *vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum, & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit*. Alibi vidimus *deceſſit*, *diſceſſit*, *exceſſit* pro *mortuus eſt*. Adverte curſim in hoc lapide idem verbum, ab eodem lapidario in tertia linea recte inſculptum, ideſt SECVLO; mox vero inſipienter, SEICVLLO.

CONS. *Conſule Theodoſio juniore Aug. primum, & Rumorido viro clariſſimo conſule*. Perineptam hanc tituli Conſulis repetitionem in quodam laterculo ſuperius edito obſervavimus. Theodoſii, & Rumoridi conſulatum Faſti referunt ad A. Ch. 403. His rempublicam adminiſtrantibus S. Joannem Chryſoſtomum, a conciliabulo depoſitum tradit doctiſſimus Card. Baronius, qui Rumoridum (a Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus Anglis, Gothum natione dictum) *Rumorodium* appellat. Sed doctiſſimus annalium Eccleſiaſticorum pater hallucinatus eſt. Certum eſt enim Chryſoſtomum in exilium abductum eſſe tres tantummodo menſes ante Eudoxiæ Auguſtæ obitum: Eudoxiam autem obiiſſe die 4. Octobris A. Ch. 404. Honorio Aug. & Ariſtæneto coss. teſtantur Socrates, aliique hiſtoriæ Græcæ ſcriptores, atque ex his Petavius *Ration. temp.* P. 1. lib. 6. & Henr. Valeſius *in not.* ad Socrat. lib. 6. cap. 18. Panvinius, conſulatus annorum Ch. 403. 404. 405. 406. & 407. præteriit, ſane quod ætate ſua, quibus adſignandi eſſent ignoraretur.

1245.

DEPOSITA CONSTANTIA D VI KA
L ☙ IVLIAS HONORIO AVG ☙ VI.
CONSVLE DIE DOMINI
CA QVAE VIXIT ANNOS PL.[sic]
VS MINVS SEXAGINTABE
EMERENTI IN PACE



DEPOSITA. Deorſum poſita, ideſt *humata, ſepulta*. Vox eſt (hoc nimirum ſenſu) omnino Chriſtiana. Locum enim illum Artemidori ethnici ſcriptoris lib. 1. Oneirocrit. cap. 14. οἱ δὲ ἀποθνήσχοντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν, ὡς τα βρέφη, και τίθενται, Zeno Veronenſis *ſerm. de Contin.* vertit: *Tunè non illa es quæ mariti corpus expoſitum* (non depoſitum) *lavaſti lacrymis? oſculis deterſiſti* &c. Ita, ubi Cicero ſcribit, *mihi videor prope depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe*, proculdubio *deſperatam* intelligit, quemadmodum Ovidius de Ponto lib. II. ubi

Jam prope depoſitus: certe jam frigidus æger
Servatus per te, ſi modo ſervor, ero.

Ita demum Virgilius canens lib. XII.

Ille, ut depoſiti proferret fata Parentis

Jaſium extrema valetudine laborantem indicat. *Nam conſuetudo erat*, inquit Servius, *ut deſperati ante januas collocarentur, vel ut extremum ſpiritum redderent terræ, vel ut poſſent a tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laboraverant morbo*. Hinc Lucilius Sat. lib. III. v. 24.

Symmachi præterea jam tum depoſtû bubulcus
Exſpirans animam pulmonibus æger agebat.

Ad quem Lucilii locum Nonius: *depositus*, inquit, *idest desperatus*. At de hoc Christianorum vocabulo audire ne pigeat S. Ambrosium *serm.* de S. Eusebio PP. *Quid est*, inquit, *depositio? non illa utique quæ sepelliendis in terra membrorum reliquiis clericorum manibus procuratur; sed illa qua homo vinculis carnalibus absolutus, liber iturus ad cælum, terrenum corpus exponit. Ipsa plane est depositio, in qua concupiscere abjicimus, cessamus delinquere, peccare desinimus, & totum quidquid saluti est grave, quasi abjecta sarcina oneris exponimus... Unde, & depositionis ipsa dies, natalis dicitur, quod delictorum carcere liberati, libertati nascimur Salvatoris*. Diei depositionis crebra est in Christianorum titulis mentio, sed interdum pingui admodum minerva, DEPOSSO, DEPOSSIO, DEPOSTIO, *in pace* DEPOSO, scriptum reperies; quod, admirationem Fabretto p. 573. affecisse, maxime miror, cum his longe crassiores in monumentis Christianis idiotismi & sphalmata passim occurrant. Quis enim sine stomacho legat *benemereti*, *quesquenti*, *cesquat im pacem*, *bone memore*, *cum cum*, *cum maritum*, *de seculum*, *amicibus*, *filibus*, *requisione*, *mesis cinque*, *posivit*, *se bibu*, *vibissit annorum* III. *merum* VII., sexcentaque his similia? His, duas tantum mihi liceat sociare inscriptiones ex quibus Christianorum in inscribendis lapidibus Ἀδμολία (ut Callimachi verbo utar) mire, apertissimeque dignoscitur. Adi ergo, si vacat, Boldettum lib. 1. cap. 14. p. 53. col. 1. & 2.

PRIMA ANIAToLIO YIIIO DVLCIS
SIMO FECITQ VIVIXIT ANN
SX ✠ IMESES VIOAE F
ECIT SIBI ET FILIO SV
O

IN CRVPTA NOBA RETRO SAN
CTVS EMERVM SE VIVAS BALER.
RAE T SABINAMERVM LOC
VBISONI A BAPRONE ET A
BIATORE

HONORIO AVG VI. Consule cum Aristæneto A. Ch. 404. quo apud Bethleem, die autem 26. Januarii moritur S. Paula cujus vitam piaque gesta, *sanctus pro sancta laborans*, scripsit S. Hieronymus. Eodem obeunte anno Prudentius πρὸ Καθημερινῶν edebat. Aristænetum utpote inter consules orientales recensendum, marmor nostrum non nominat; sæpe enim in saxis, orientales consulatus ommittuntur; nominatur tamen in epitaphio S. Paulæ ap. S. Hieronymum Tom. I. ep. 108. Quidam docti, teste Josia Mercero, hunc eum esse Aristænetum autumant, cujus elegantissimas, Græcè inscriptas, epistolas edidit Cornelius Pavvius. Quidam alii eum censent, de quo mentio est apud Libanium Sophistam ep. 34. & 52. ed. Lips. 1711. Utramque sententiam respuit Mercerus, quem adi in præf. addita Aristæneti epistolarum editioni Traj. ad Rhen. 1737.

DIE DOMINICA. Quem Pagani *diem Solis*, Christiani *Dominicum diem* appellabant, uti liquet ex Apoc. I. 10. *Fui in spiritu in Dominica die*. Advertendum est *Dominicam*, triplici nomine fuisse dictam, videlicet κυριακὴν, quo nomine utitur hoc loco Joannes. *Diem panis*, & *diem lucis*, cujus triplicis appellationis rationem affert S. Joan. Chrysostomus Hom. 5. *de Resurrect.* ubi: *Dominicus*, inquit *dies dicitur*, *hoc est dies regalis*, *in quo imperator ascendit ab inferis*, *de quo illud intelligitur* Ps. 117. *Hæc dies quam fecit Dominus*. *Dies panis*, *quia in eo novimus panem resurrectionis cœlestis*. *Denique dies lucis*, *in quo fugerunt mentis tenebræ*, *juxta illud* Esa. cap. IX. *Populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam*, *habitantibus in regione umbræ mortis*, *lux orta est eis*. Observanda item est ex hoc loco diei Dominicæ antiquitas, cujus etiam meminere S. Ignatius in *epist. ad Magnes.* ubi eam *reginam*, & *principem omnium dierum* appellat: Origenes contra Celsum: Tertullianus *de Cor. mil.* & in *Apolog.* cap. 16. Gaudentius *in Serm.* S. Hieronymus *adv. Vigilant.* Justinus *quæst.* 115. Basilius lib. *de Spiritu Sancto* cap. 27. Augustinus epist. 119. *ad Januarium* cap. 15. Attamen quo modo Feriæ a Christianis aliquando Deorum nominibus appellabantur, nempe dies Lunæ, dies Martis, dies MERCORIS,

dies

dies IOBIS, dies BENERES, dies Saturni, ita interdum dies Dominicus, SOLIS dies dicebatur, ut apud Boldettum pag. 343. DIONISIA *vixit anno uno*, *meſes* XI. *dies* VII.

DEPOSITA PRIDIE IDVS
FREB DEГ ΓOLEГ

ita ex Lupio p.102. IVLIAE &c.

DEPOSITA XIII. KAL. IA
NVARIAS DIE SOLIS

Dominicam vero,numquam a Chriſtianis *ſeptimam diem* fuiſſe appellatam, docet diſertiſſimus Thomas Mamachius *in orig. antiq.Chriſt.* Tom. I. lib. 1. §. v.

DIE DOMINICA. Litteræ Dominicales, hoc anno 404. utpote biſextili, fuerunt C. B. Sexto vero KAL. IVLIAS, ſive 26. Junii in diem Dominicum incidiſſe, advertit etiam laudatus pluries Cajetanus Marinius p.16. Si igitur Conſtantia depoſita eſt die 26. Junii, conjicere libet mihi obiiſſe die 25. ejuſdem menſis; nam Chriſtiani defunctos ut plurimum ſepeliebant poſtridie diei obitus; *ut plurimum*, inquam, non *conſtanter*; ſiquidem non me latet inſigne, Mabillonium *de cult. Sanctorum ignot.* §. 6., Turonenſe edidiſſe marmor, ex quo liquet *Puerum Victorinum defunctum* VII. *idus* IVNIES, *depoſitum* fuiſſe poſt biduum. Ita ex alio Boldettiano lapide conſtat Challotum quemdam, mortuum die 12. Januarii, depoſitum fuiſſe die 14.

CONSTANTIA. Chriſtianarum ſibi virtutum nomina aſſumere Chriſtifideles fœminas conſueviſſe liquet ex pluribus monumentis in quibus INNOCENTIA, CONSTANTIA, Εἰρήνη, CONCORDIA, SPES, FIDELIS, IVSTA, CASTA, MODESTA &c. De inſtrumentis ſub titulo inſculptis, implexa admodum eſt quæſtio: porro, quid ea ſibi velint, declarare, non modo haud obvium eſt, immo vero vix poſſibile, eo magis quod nullibi reperiantur, præter quam in lapide Aurelii Sabbatii apud Lupium p.30. Ipſum de hac re eruditiſsimi hujus viri ſilentium, deſperatæ prorſus explicationi eſſe teſtatur. Eadem inſtrumenta, ſub eodem epitaphio ſic efficta Muratorius vulgavit p.398.



ita ut mallei ſive aſciæ ſepulcrales appareant, ad inſtrumenti latera, cultrum repræſentantis, collocati. At quam Muratoriana ab iis diferant, quæ in meo hoc apographo cernuntur, nemo non agnoſcit. Saxum, ut tradit Lupius, prodiit ex Calliſti cœmeterio, ſecus viam Appiam, dum foderetur vinea eccleſiæ S. Sebaſtiani proxima.

1246.

.:TI. IN PACE. QVI. VIXIT. ANN.:
.:CONS. FL. STILICHONIS. II.:.:.:.

1247.

.:VS COI.:9.:.:.:
.:.STILICON.:.:

Flavius Stilicho II. & Anthemius coss. comparantur ab omnibus Faſtorum auctoribus (præter unum Joſephum Scaligerum, cujus *de emendatione temporum* liber, pluribus emendationibus eget) A. Ch.405. quo *Iſauri*, teſte Marcellino Comite in Chronico, *per montem Tauri diſcurſantes, ingens diſpendium reipublicæ importarunt: contra quos Arbazaicus directus, majus continuo rependit incommodum*. Stilicho, vir potentiſsimus, Magiſter militum Honorii, a gregariis occiſus eſt Ravennæ. *Vir, ſi quis unquam*, ait Sozomenus lib. IX., *ad magnam potentiam evectus, & qui univerſos, ut ita dicam, Romanos ac Barbaros ſibi parentes habuit*. Sero ad Conſulatum pervenit (an. Ch.400. cum Aureliano); ſed quod ipſe renuerit aſſerit Claudianus: compreſsis tandem Barbaris, ac pace Imperio parta, Faſces ſuſcepit. Hinc laudatus vates lib. II. 283.

Reſpuis oblatum, pro quo labente reſiſtis?
Quænam cauſa moræ? quo me cunctabere rurſus
In-

Ingenio? nullus Boreæ metus, omnis & Austri
Ora silet. Cecidit Maurus, Germania cessit,
Et Janum pax alta ligat. Te consule necdum
Digna feror? titulumne levem, parvique nitoris
Credimus, Augusti quem se decorare fatentur?

Præclarissimi hujusce viri modestia, non semel Zosimo laudata est. Illustriorem tamen laudatorem adulationisque vitio prorsus expertem, habuit Stilichonis collega Anthemius; nimirum S. Joan. Chrysostomum qui epist. 1047. *Exultamus*, inquit, *& lætitia diffundimur: imperium tuum Anthemi* (summam enim rerum, teste Socrate lib. VII. cap. I. sub Theodosio juniore administrabat) *commune eorum qui injuria afficiuntur factum esse existimantes: quo etiam nunc ipsi fruimur, ut qui ex virtutum tuarum magnitudine, propriam nobis voluptatem fingamus.* Magister fuit officiorum, deinde consul, mox Præfectus Prætorio. Filiam, ex incognita mihi uxore, suscepit. Hæc, mater Anthemii Augusti, qui a genero Ricimero, Romæ A. C. 472. interfectus est anno Imperii sexto vix inchoato. Anthemium Stilichonis in consulari dignitate collegam testatur etiam lapis, a Muratorio e schedis suis editus

DIS
SALVTIFERIS

DEDICATA STILIKONE ET
ANTEMIO COSS. KAL. APR

Christianum heic attende consulatum in tabella votiva, paganicis Diis dicata, appositum; *Christianum* inquam; sub christiano namque Imperatore Honorio administrabatur.

1248.

HIC REQVIESCIT IN PACE FILICIS.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·
QVAE VIXIT ANNUS Lx & QVAE FECI.·.·.·.·.·.·.·
SVO ANNVS XLU & DEPOSITA PRIDIE.·.·.·.·.·.·
HONORIO. AUG. UII & HILARANVS CO.·.·.·.
.·.·.VOTVM POSVIT



FILICIS. *Felicissima*. ANNUS. De *u* rotundata in lapidibus (quemadmodum in isto constanter apposita cernitur) aliqua afferuntur Cap. VII. num. 694. Quadriformem in iisdem litteram hanc animadvertere est, nimirum V ut passim. [sign] in lapide Syracusano ap. Lup. p. 60. U in quibusdam ex nostris, & V, ut in Boldettiano p. 432.

AVRELIA IVLIAII
ACIIVS IVSTVS

Aureliæ Juliæ Acilius Justus, Λ, sic inverso in nostro quodam laterculo cap. VIII. apud Lupium p. 56. [sign] in *Qui*, & *Vixit*. V in Volumniæ nomine, de qua sup. cap. VIII.

Lx. Grandiusculos quosdam numeros, quosdam vero minutiores observavi etiam in saxo ap. eumdem Lupium p. 93. sic vIII., & apud Boldettum p. 545. Lxv. in ornatissimo demum *Aureliæ Agapetillæ ancillæ Dei* sarcophago p. 466. ubi *Menses* Iııı. *Dies* Iııı.

QVAE FECI. Quæ fecit cum marito suo annos 45. Cum marito *fecisse*, idem significa-

care ac *vixisse* ſatis probavimus Cap.VIII. Heic tamen, veluti novas ſententiæ noſtræ ſuppettias, addo, me in lapidibus Boldettianis utrumque loquendi modum reperiiſſe; ideſt in ſexto p.388. Leontio &c.

QVI MECVM VIXIT IN
CONIVGIO ANN XLII.

& in ſeptimo

QVI MECV FECIT
IN CONIVGIO ANNIS XV

demum p.55. EVTYCIE COIVGI... *quæ vixit ann.*XXII. QVE ABVIT MARITV M.X. Ð. XIIII. pro *quæ vixit cum Marito*. Sic apud Gruterum pag.1098. ACTIAE &c. *conjugi quæ vixit ann.* P. M. XLIII. &c. CONVIXIT ANN. VII. &c. Eamdem denique phraſim præbet etiam Auctor *ignotus* apud Valeſios, Marcellini hiſtoriarum illuſtratores. Hic ergo, de quadam Matre verba faciens; *cum vidiſſet*, inquit, *filium amplectitur*, *benedicens Deum ſe filium revidiſſe*, *&* fecit cum eo *dies* XXX. Notatu digna magis, utpote rariſsima (innocentiſsima tamen) mihi videtur elocutio illa, quæ legitur in Marmore a Marangonio ex cœmeterio Prætextati effoſſo, in quo *Cepaſus*, & *Gemina* FECERVNT INTER SE *annus* IIII. *menſis* VII. Sequens denique nunquam editus extat lapis in Vaticanarum ædium androne in quo nec VIXIT, nec FECIT, ſed ſimpliciter *cum qua*.

ALFIVSIVDA
AR CONARCOSY
NA COCVS QVI
ANN LXX MESIB VII
DIEBX ALFIA SO
TERIS CVM Q AN
XXXXVIII COIVCI
IMCONPARABIL
BENEMERENTI
FECIT

Varro, verbo *facere* uſus eſt pro *ſacrificare*, ubi ſcripſit *Jovi agnam facere*, & Tertullianus dixit *facere cum Sanctis*, pro *conſentire*, ſeu *concurrere*.

HONORIO AVG. UII. Honorii Auguſti VII. A. Ch. 407. collegam fuiſſe Theodoſium juniorem iterum (theſauri Muratoriani typographus perperam X) omnibus conſentientibus, tradunt Faſtorum collectores, quibus præterea bis ſuffragatur Socrates lib.VI. cap.21. & lib.VII. cap.6. Marmor vero noſtrum aperte Honorium VII. & Hilaranum ſeu *Hilarianum* comparat, quem plerique conſulem dicunt cum Pacatiano A. Ch. 332. Quomodo igitur Faſtographis marmor conciliari queat (niſi Hilaranus inter ſuffectos recenſeatur) haud aſſequor, eruditioribuſque viris, potiſsimum doctiſsimo viro D. Henrico Abbati Sanclementio, qui conſularium faſtorum haud veretur anfractus, libentiſſime explorandum relinquo.

VOTVM POSVIT. Vota poni a Defunctis, nec unquam audivi, nec crediderim etſi audiviſſem. Suſpicor itaque *Feliciſſimæ* mariti nomen, in ſaxo olim integro, exinde diffracto, extitiſſe, ita ut legeretur e. g. *Simplicius* CONTRA VOTVM POSVIT. Clauſulam *contra votum* familiarem etiam Chriſtianis, quinque teſtantur, ex Gruterianis, marmora, octo ex Fabrettianis. Gudianum (ſi mihi memoria viget) accipe, cui adhæret Chriſti monogramma

☧ VAL.NICE.Q.F.ANN.X
VAL. EXSYPIVS. FILIAE
CONTRA. VOTVM. FECI

Nondum enim reſecatæ his temporibus erant Gentilium dictiones. Mirandum vero valde eſt noſtris hiſce diebus, anno ſcilicet 1772. elegantiſsimo cuidam Mauſolæo (probatiſsimæ ceteroquin piiſsimæque Fœminæ) excitato, epitaphium fuiſſe Romæ appoſitum, in quo hæc eadem clauſula legitur, quæ ſane obſequio Deo Creatori ab omnibus, nec non in omnibus debito, quam maxime repugnat; eo magis quod immoderatus, ob uxoris amiſſionem dolor (quo inculpatum quodammodo efficitur hoc animi levamen) die adjuvante ex corde tandem pellatur, contraque invanum abita obteſtatio, marmori concredita, in ævum permaneat: plerique enim conjuges in viduitate relicti, verbis mortem invocant, cor-

corde vero votis perdiù reos esse sibi gratulantur. Fœminæ, expansis bracchiis orantis, figuram, quam unico lineæ ductu expressam vides, ipsam defunctam repræsentare opinor. Manuum inter orandum elevatio, quam grata Deo, itemque quam antiquus orantium ritus, liquet ex Moyse, extensis brachiis orante Exod: XVII. 11. 12. *Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel: si autem paululum remisisset, superabat Amalec ...... Aaron autem, & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est ut manus illius non lassarentur usque ad occasum Solis.* Item ex Psalmis in quibus. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* XXVII. *In nomine tuo levabo manus meas.* LXII. *Clamavi ad te Domine tota die: Expandi manus meas ad te.* LXXXVII. *Si expandi manus meas ad Deum alienum.* Christiani ergo non (ut, teste Epiphanio, Trascodrugitæ, digitis in nasum impositis, neque manu ori admota, quemadmodum Cæcilius apud Minutium Felicem) sed sublatis, preces coram Deo fundebant, ut IESUM, cruci expansis brachiis affixum, imitarent. *Extentæ* enim *inter præcandum manus*, ut ait S.Gregorius Nazianzenus Orat.3. adv. Julianum, *flammas extinguunt, feras consopiunt, gladiorum aciem retundunt, instructas acies in fugam vertunt.* Sic & in suis jambicis Nicephorus Constantinopolitanus

——— lacrimas exprime ex oculis,
Preces fundens ex toto corde tuo,
Manusque tollens ad Deum Dominum.

Verumtamen manus, ut caput, inter precandum elevare, adeo est naturalis actio, ut omnibus nationibus communem fuisse existimem. Sane Gentiles sic orare solitos innuit Tertullianus Carm. *de Jon. & Nin.* ubi de Jonæ sociis, a quibus Gentium colebantur numina, cecinit

Expanduntque manus nullorum ad numina Divum.

Inscriptionem retuli Tom. I. pag.96. in qua:

PRO  COPE MA NVS
LEBO CON  TRA
DEVM QVI ME
INNO CEN TEM
SVSTVLIT QVAE VIXIT
ANN. XX. POS PROCVLVS

Hæc quippe inscriptio sententiæ congruit Diodori qui apud Rhodiginum lib. IV. cap.3. *Manus*, inquit, *non ut cœteræ partes loquentem adjuvant, sed ipsæ quodammodo loqui videntur.* At Tertulliani verbis suffragantur Livius atque Virgilius. Ille lib.6. de Bell. Pun. *Undique Matronæ*, ait, *in publicum effusæ, circa Deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cœlum, ac Deos tendentes.* Iste Æn. lib. II.

At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Jupiter omnipotens &c.

lib. IV. de Jarba:

Multa Jovem manibus supplex orasse supinis
Dicitur


tandem lib. II.

Corripio è stratis corpus, tendoque supinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo.

Livianæ tamen, Virgilianæque, præferenda est Homeri auctoritas, apud quem *Iliad.* I. Chryses dicitur precatus esse Apollinem ἀναχὼν τὰς χεῖρας, *sublatis manibus*, quod Eustathius interpretatur, ἀνατείνας εἰς εὐχήν. Porro, viros ac fœminas, sic in cœlum sublatis manibus effictas, passim in Christianorum monumentis, ab Aringhio, Bosio, atque Boldetto vulgatis, cernimus. Noster vero lapis, annulum, dorsualem sustinentem velum, exhibet, quod huc usque nullibi deprehenderam. Ceterum figuram hanc, Martyrem fœminam indicare, non mi-

mihi incredibile. De S. Cæcilia profecto legitur, quod martyrio proxima, *expanſis manibus oraret ad Dominum, ut eam eriperet de inimicis*; quid igitur ſi credatur heic per annulum, martyrii genus deſignari? Confer Gallonium de *inſtrum. Martyr.* p. 8. ed. Rom. 1591. De hac vero re, me domi tantum, ut in parœmis eſt, conjecturam feciſſe profiteor.


1249.



Acephali hujus ſaxi, ἀποσπασμάτων reſtituere, nec cuiquam alii poſſibile videtur; ita ut genus, conditio, nomenque Defunctæ, quotque vixerit annos perpetuo ignoraretur. Ex fragmento conſtat dumtaxat obiiſſe Ætio III. & Symmacho, utroque occidentalis Imperii, Cos. A. Ch. 446. ut omnes conveniunt Faſtorum reſtitutores. De Flavio Ætio viro fortiſſimo a Valentiniano tertio, ejuſdem ſuſpectam habente magnitudinem, interfecto A. Ch. 454. Ætio filio & Fl. Studio Coss., plura ſcribunt Procopius, Proſper, Paullus Diaconus, aliique. Ejuſdem nominis hæreticum immo atheum, Arrii quidem dogmatum propugnatorem acerrimum, commemorant Socrates lib. II. cap. 35. atque Sozomenus lib. III. cap. 15. Ætii collega Q. Aurelius Symmachus, celebrem illum genuit Symmachum cujus Epiſtolæ nonnullæ circumferuntur, quique Boetio Severino filiam copulavit.

VAE. *Quæ*. PI. M. *Plus minus*.

1250.



EXSILENTIARIO. *Julio Felici Valentiniano* erat ſcribendum, aut *Exſilentiarius*; qui ſcilicet Silentiarii munere functus aliquando fuerat: ita in Cod. Juſtin. *Exconſul*, *Exquæſtor*, qui Conſulatum, vel Quæſturam geſſerat. Silentiarios, militiæ addictos, Gothofredi authoritate aſſerit Fabrettus. Panciroluſ vero, validioribus argumentis, negat. His certe imperabat Præfectus cubiculi, eorumque officium erat curare ne quis in Principis palatio ſtrepitum excitaret, & ut ſilentium ſervaretur. *Silentiarius* ἡσυχόποιος, ſic in *gloſſ.* Græc. Lat. *qui Palatio, vel alibi ſilentium indicit*; & Marcianus Capella lib. VII. *qui admonere ſilentium jubetur*. Hæc ſane (licet Accurſius in l. *omnimod.* & alibi, hos a Secre-

tis

tis fuisse Principis opinaretur) est communis Scriptorum sententia. Permultos fuisse testatur Ducangius, at ordinarios digniorésque triginta tantum, in tres decurias divisos, quibus totidem præerant palatii Decuriones. Hinc schola Silentiariorum (ex qua ad imperium evectum Anastasium, Evagrius tradit) in aula Constantinopolitana, cujus meminit Nicephorus lib. xvi. cap. 24. Qui tamen hoc munus sero institutum existimant, falluntur; nam de servis Silentiariis, qui in familia cœterorum servorum murmur cohibebant, loquitur Seneca lib. vi. epist. 3, in hæc verba. *Infelicibus servis movere labra, ne in hoc quidem, ut loquuntur, licet: virga murmur omne compescitur, & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magno malo ulla voce interpellatum silentium luitur; nocte tota jejuni mutique perstant*. Hæc ille, ad quæ Lipsius: *videtur, fuisse*, inquit, *officii genus illorum, qui loquentes coercerent; quo exemplo postea apud Principes*, Silentiarii. *qui hanc ei reverentiam præstarent*.

EXCOM CONSISTORII. *Excomiti consistorii*, qui dum viveret, Augustorum consitorio, hoc est *consilio*, itererat. Comites *primi*, *secundi*, & *tertii* ordinis habuisse Imperatores, colligitur potissimum ex historiæ Augustæ scriptoribus, quibus marmor Mediolanense apud Salmasium opportunissime adstipulatur.

C. SENTIO SEVERO
QVADRATO. C. V. COS
AMICO. ET. COM. AVG. N

Tunc vero, licet magnum esset inter amicos, & comites Imperatoris recenseri, non tamen certa dignitas fuit, Constantinus, ut honorarius esset titulus affecit, ex quo Comitum, seu Comitis tituli origo.

COM. DOM. *Comiti domesticorum*. Gordianus junior, authore Cedreno, quosdam instituit equites, quos Protectores domesticos nuncupavit. De his Procopius in Anecd. *Sunt*, inquit, *& alii in Palatio, qui Protectores, & domestici vocantur, & a cura rerum bellicarum longe absunt*. Quomodo procedentem principem, protectores domestici stiparent, his versibus declarat Corippus *de laud.* Justin. min. lib. 4.

Incedunt densæ, mixto Lictore cohortes:
Hinc armata manus, dextram lævamque tuetur
Cæsarei lateris clypeis pia terga tegebat
Ingens excubitus, protectorumque phalanges,
Fulgebant rutilo pilis splendentibus auro.

Quidam ex Zonara scripserunt Diocletianum, quando Imperator est creatus, comitem fuisse domesticorum. Ammianus Marcellinus, ipso testante, protector fuit domesticus Constantii Imp. habuitque collegam quemdam nomine Verenianum. Sed adi Pancirolum, qui præ cunctis, de domesticorum Comitibus scite egit in *Not. Imp.* cap. 89. Interea advertendum, perperam a Lindenbrogio *in not.* in Amm. Marcell. lib. xv. domesticos istos confundi cum iis, qui in militia erant, & errasse Zonaram, qui equites proprie *domesticos*; *protectores* vero, pedites dictos fuisse innuit; nam Justinianus domesticos tam in equitum, quam in peditum scholis collocat.

FL. EVTHAR. Flavius Eutharicus Cillica, natione Gothus, consulatum in Occidente cum Justino Imp. iniit A. C. 519. Uxor ejus, Amalesuntha Theodorici filia, ut refert Jornandes *de reb. Geticis* cap. 58. Multa de ejus consulatu a Cassiodorio *in chron.* his verbis enarrantur. D. N. *Eutharicus Cillica, & Justinus Aug. Coss. Eo anno multa vidit Roma miracula editionibus singulis, stupente etiam Symmacho orientis legato divitias Gothicis Romanisque donatas dignitates cessit in curia: muneribus amphitheatralibus diversi generis feras, quas præsens ætas pro novitate miraretur, exhibuit*; & paulo post: *cunctis itaque eximia laude completis, tanto amore civibus Romanis insederat, ut ejus adhuc præsentiam desiderantibus, Ravennam ad gloriosi patris remearet affectus, ubi iteratis editionibus, tanta Gothis Romanisque dona largitus est, ut solus potuerit superare, quem Romæ celebraverat consulatum*. Immerito Reinesius cl. xx. n. 10. immanis erroris insimulat Panvinium, quem retulisse asserit Eutarichi consulatum ad An. Ch. 369. immerito, inquam, nam in Panvinianis commentariis aperte legitur. *Cum Ju-*

Justino Imp. consulatum in occidente iniit Fl. Eutharicus Cillica, gener Theodorici &c. A. Ch. DXIX. Aringhius quidem, & Bosius, ad hanc inscriptionem.

IN PACE ANASTASA
QVI. VIXIT . ANN . SEV TH
GALLIC . V . C . CONS


notas compendiarias EV TH discernentes a GALLIC perperam interpretati sunt, *Gallicano consule*, qui consulares fasces susceperat A. Ch. 317. cum Septimio Basso, & iterum cum Symmacho A. Ch. 330. De Eutarico plura refert etiam laudatus auctor Ignotus, cujus *Excerpta* in posteriori Amm. Marcellini editione vulgavit Hadrianus Valesius, Henrici frater. Quod ad cognomen attinet, inter Scriptores discrepatur. Quidam, ut Gruterus, & Jo. Lamius *de erud. Apost.* COLLIGAM vocant: quidam vero, inter quos Almelovenius, & Muratorius, AMALVM: at nec *Amalus*, nec *Colliga* cognominandus, sed CILLICA ut apud Panvinium, & Petavium. In nostro tamen lapide (in Esquiliis Grutero teste, reperto) G forte est *pro* C; migratio enim elementi C in G, in hujus seculi lapidibus haud insolens est; ita pro $\overline{\text{VG}}$, VC.

Restat ut aliquid de crucibus in lapide effictis dicamus. Crucis ergo signum, etiam in Gentilium monumentis affigere atque pingere maximum fuit, ut Tom. I. p. 65. dictum est, apud Christianos religionis argumentum, ut adimpleretur quod Christus (Luc. XVII.) ait: *lapides de me testimonium perhibent*. Hinc tot crucis signa in ipsis Diocletiani thermis detecta, de quibus adi Aringhium lib. IV. cap. 45. Multo magis igitur hoc ab iis redemptionis nostræ symbolum in Christi fidelium sepulcris insculpebatur, quemadmodum nostris quoque temporibus fieri in cœmeteriis observamus. Salutaris hujusce signi variæ in lapidibus crucesignatis deprehenduntur formæ. Harum quasdam, (quarum alteræ immissæ, alteræ compactæ, nonnullæ decussatæ appellantur) ex Boldettianis inscriptionibus excerptas, subjicio



Non prætermittendum insignem hanc inscriptionem edidisse etiam Panvinium Fast. lib. II. Gruterum p. 1053. atque ex eo Fabrettum cap. II. nemo tamen nisi mendose; Panvinius enim omittit (quod magis refert) Eutharici consulatum, qui ab unico, ni fallor, hoc nostro musei Capitol. lapide laudatur: Gruterus vero, & Fabrettus perperam scripsere in secunda linea COM pro EXCOM, & COLLIGA pro CILLIGA, idest, uti paulò superius diximus CILLICA; *adeo iniqua ipsis est nominibus fortuna*.

1251.



1251. DIP. *Deposita in pace* X. KAL Augusti, idest die 23. Julii *Æmiliana*, quæ vixit *annis* duobus, *mensibus* sex, diebus decem. S. Æmilianam virginem commemorat die 5. Ja

Januarii martyrologium. De S. Æmilianæ martyris titulo habetur mentio in Concilio primo Romano sub Symmacho, & apud Ficoronium de *plumb. ant.* tab. XXI. num. 23. sequens videre est sigillum cum Gallo, circa quem *Æmilianæ* nomen.



1252.

FORTVNA QVAE VIXIT ANNIS
N III. MEN. III. DEPO. VIII KALIV::

1253.

D PERCVLI
FEBRARAS. I.·.·.

1254.

MARCELLINVS. M
ARITVS. TITVLVM
POSVIT CONIVCI
SVE

1255.

DIGNO : CONIVGI. STERCORIO
SEVERINA. FECIT. CVM. COMPARE
ANNOS XX VIXI. ANNIS. L. ME. II
DEPOSITVS XIII KAL NOVEM.

1252. N IIII. Idest *Num.* Ita in saxis Boldettianis p. 430. N. VIII. C. N XXXVIIII. & p. 461. ANN. N. II. MENS. N. III. DIES. N. VIII. Adi Hagenbuch. in *ep. epigraph.* p. 495. Inscriptio reperta est extra portam S. Sebastiani in vinea D. Vincentii Passamontii, in qua pars adhuc extat cœmeterii Calixti: eamdem, ab ipso vineæ Domino dono perhumaniter accepi ann. 1774.

1253. DPERCVLIVII. Depositus Erculius VII. calendas Februarias, seu die 26. Januarii. in pace. Erculii nomen absque adspiratione notavi etiam apud eumdem Boldettum p. 492. ubi

AVRELIO ERCVLIO
BENEQVENTI

1254. VIII. KALIV. *Octavo calendas Julias*, idest die 24. Junii usum scribendi Є pro E (ut docet Edmundus Vitræus in opusculo cui titulus T. FLAVII CLEMENTIS *tumulus illustratus* p. 24.) Syria primum ut videtur, deinde Ægyptus atque Asia, postea circa Domitiani Græcia, Græcæque urbes reliquæ susceperunt: at de Є sic, ut ajunt, lunato, disserui superius Cap. VII. num. 662. Heic tantum subdo idem elementum, sic constanter efformatum reperiri in picturis genealogiam Comitissæ Mathildis referentibus (quas ex Codice Vaticano n. 4922. ære incisas publici juris fecit anno 1767. egregius Præsul Stephanus Borgia Congregationis *de propaganda Fide* a Secretis) ex quibus liquet morem sic lunandi litteram *e*, saltem ad XII. usque seculum, ad quod spectat codex ille Vaticanus, perdurasse.

FECIT CVM COMPARE. *Vixit cum marito*, cum Stercorio scilicet *viro digno* annos XX. *Compar* pro *Marito*, an in Gentilium titulis sepulcralibus reperiatur, ignoro; quos enim ex Grutero p. 793, & 804. affert Ducangius, ad Ethnicos pertinere haud credo. In

In Chriſtianis vero, frequentiſſime. Immo & uxorem, *Comparem* dictam legimus apud Reineſium cl. xx. 345, ubi MARCVS .... FECIT CVM COMPARE SVA ANNOS XXVI. Item & ad Conjuges ſignificandum, *Compares* reperimus *ibid.* 36. LOCVS BENENATI ET GAVDIOSAE CONPARES. Vox eſt, nunc Italica facta, atque a Compatribus deducta, ideſt Patrinis in Baptiſmo, ſeu Confirmatione, quos Dionyſius Areopagita ἀναδοχως quaſi *Fidejuſſores* appellat, Juſtinus *Offerentes*, Tertullianus *Sponſores*, Auguſtinus *Fidei doctores*, Nazianzenus *Initiatores*, Concilia *Compatres*, Hyginus Papa *Patrinos*. Solus fortaſſe, e Latinis ſcriptoribus, Plautus hanc vocem adhibuit *in Pſeud.* Act. iv. ſc. 3. ubi

> *Primum omnium jam hunc Comparem metuo meum.*

Advertendum tamen non heic de Marito neque de Uxore agi, ſed de Simia *conſervo*, quem Pſeudolus *comparem* vocat. Quam falſo Fabrettus aſſeruerit Stercorii nomen, ſive cognomen a veteribus aſſumptum *ob humilitatem*, ſatis oſtendimus Cap. vii. ad num. 694.

1256.

MIRE BONIFATIS AC BENIGNITATIS ANNIE
BONIFATI . QVE VIXIT.ANNIS.P.L.M.XX QVE
FECIT CVM MARITO ANNOS.V.M.IIII.D XIII . IN
PACE . FECIT . MARITVS



MIRE BONIFATIS. *Miræ bonitatis, ac benignitatis.* Chriſtiani, deſunctos celebraturi, non nobilitati generis, non rerum copiæ, non potentiæ, ſed pietati, morumque ſuavitati, & innocentiæ, cæteriſque animi virtutibus reſpiciebant: quapropter novum omnino mihi eſt epitaphium ab Antonio Lupio relatum p. 37. in quo θυγάτρι καλλίςῃ Γου ἴς FILIAE PVLCHERRIMAE PARENTES legitur: nunquam ſane in antiquis, præſertim ad Chriſtianos ſpectantibus monumentis, venuſtatis laudes repereram, quas in recentioribus frequenter, non ſine quadam animi indignatione perlegi. Quis revera patienter ferat epitaphium illud Aracœlitanum in quo Raphaelis Macconii, non *Religio*, non *virtus*, non *probitas*, ſed *corporis venuſtas*, *ingenii acumen*, *morum elegantia*, *Muſarum cultus*, propter quæ gratum Principibus fuiſſe viris aſſerit Epitaphii auctor, ſummis laudibus extollitur? In noſtro autem lapide *bonitas*, atque *benignitas Anniæ* celebratur, *Bonifatii* uxoris (quorum imagines, primis adumbratæ lineis viſuntur) *quæ vixit* P. L. M. *plus minus annos viginti*. LEONEM NEOPHITVM MIRAE INDVSTRIAE ATQVE BONITATIS .... INNOCENTIA PREDITVM habes ap. Boſium p. 416. Et apud Aringhium MIRAE INNOCENTIAE AC SAPIENTIAE PVERO MARCIANO. p. 570. Ap. Boldettum MIRAE BONITATIS ET INNOCENTIAE OMO ^tie^ p. 416. MIRE. PVDICE. CASTE. Q. COMPARI. AELIANETI. p. 385.

VI-

1257.

VIIBIYINPACE
TERTIV·KAL·DEC
ENBRI
VIBISSIT AN LX M IIII

1258.

FELIX FASTINIAN
VS EMIT SIBI ET VX
ORI SVAE FELICITA
TI FELICE ⅄OSSORE.
IN PARE∴∴∴∴

1259.

AMIAS GORGONIO
COIVGI CARISSIMO
QVI BIXIT MECVANN
VIII BENEMERENTI
IN PACE FECIT

1260.

. . . .
∴BENEMERENTIINPACEMITRI∴
∴VI VIXIT ANNVS . P. Ꝺ M . XXV
∴∴∴∴DEPOST.P.K.AC.CCSISTIII

1257. TERTIVS *vivit in pace*, depositus *calendis*, hoc est die 1. *Decembris*, *qui bissit*, vixit *annos* LX. *menses* IIII. , vel (si mavis) NN. *vivit in pace*, depositus *tertio calendas Decembris*, nempe *die* 29. *Novembris*.

VIVIT . Quemadmodum alibi Mors a Christianis modo appellata est SOMNVS, modo DORMITIO, interdum NATALIS DIES, ita heic hyperpolice VITA vocatur. Sic sub pervetusta D. Francisci imagine, quæ adhuc extat in sacrosancta Basilica Assisiensi, hæc, haud inepta ἀντιθέσεως legitur

ANTE OBITVM
MORTVVS
POST MORTEM
VIVVS

Judæi etiam veteres, ut scribit disertissimus Henricus a Porta in *Exercitat.* I. p. 208. sepulcreta quæ Græca voce χοιμητήρια quasi *Dormientium domos* vocare solemus, בתי חיים *domos viventium* appellare consueverunt. In Græco vero lapide Boldettiano p.411., voce quidem diversa, sed eadem significatione, eodemque sensu, VIGILATIO dicitur.

sic
ΞΑΝΘΙΠΠΗΑΕ ΙΜΝΗ
ΣΤΕΓ ΡΗΓΟΡΕΙ

Xantippa immortalis vigilat. Notatu dignior est φράσις NATVS IN PACE pro *decessit*, quæ legitur in quodam epitaphio cœmeterii SS. Saturnini, & Trasonis, a Marangonio edito. Vide inf. num. 1270.

1258. FASTINIANVS. *Faustinianus*.

EMIT . Nimirum a *Felice fossore*. Reinesius, & Gorius ex Isidori glossario eruunt, *Fossores* eosdem esse ac *Vespillones*. Verum *Fossores*, loculos humandis corporibus parabant : *Vespillones* sepeliebant . Hos etiam diferre censeo ab iis, qui latinitate Ecclesiastica, *Fossarii* dicebantur, primumque inter Clericos gradum obtinebant. Istos enim sic appellatos existimo, non quod tumulum foderent, sed quod sepeliendis Defunctis curam impenderent. Rusticum revera sepulcrales fodiendi scrobes munus Clericis traditum, haud mihi verisimile videtur. *Felix* igitur *Fossor*, a quo Faustinianus sibi, uxorique fossam emerat, ex iis erat, qui modica mercede conducti, in Catacumbis, seu Arenariis a Romanis jam-

jam olim excavatis, (ut doctissimorum virorum quibus assentior opinio est) cadaveribus tumulandis, loculos instruebant. Sic apud Boldettum p. 53. *Soteres se viva, & Marito suo vernacolo compari suo*

EMIT A CELERINO FOS

& ibid. *Benenatus, & Gaudiosa locum se vivi comparaverunt*

AB ANASTASIO ET
ANTIOCHO FS

idest *Fossoribus*, non *Fratribus*, ut Reinesius cl. xx. est interpretatus. Diogenis fossoris imaginem in cœmeterio Calixti depictam cum instrumentis, quæ ad excavanda, instruendaque sepulcra abhibebantur exhibeo ex toties laudato Boldetto lib. 1. cap. xv.



Ceterum si juris sepulcri, emèndique loca in quibus defuncti tumularentur consuetudinis antiquitatem agnoscere quis optat, librum adeat Gen. cap. xxiii. ubi Abrahamum, pro spelunca in qua defunctam uxorem Saram sepeliret, Ephroni Hethæo 400. argenti siclos solvisse narratur.

IN PARE. *In pace*, ni fallor.

1259. AMIAS. Gorgonii uxoris nomen. Modium, quem in saxo adumbratum vides, Mensorem indicare autumo. Christianos, Mensores habuisse liquet ex tot mensurarum speciebus, quæ a Dominico Macro in *Hierolex* litt. M. recensentur. Attamen, si heic Modii figuram, symbolice appositam existimes, bene fortasse erit: tunc adi doctissimum P. M. Paciaudum in dissert. *de Beneventano Cereris mensore* §. xviii. ap. Johannem de Vita V. C. *Antiq. Benevent.* p. 349. Interea advertam huic similem omnino dolium reperiri apud Boldettum lib. II. cap. 18. in epitaphio cujusdam Bayrci, quod ille sartaginem, sive caldarium ad testandum Baryci martyrium, exhibere arbitrabatur. In nostra vero inscriptione symbolum desideratur, quo pia Boldetti nititur opinio, palma scilicet juxta caldarium insculpta.

1260. MITRI. *Mitridati qui vixit annos plus minus* XXV. *Depositus pridie Calendas Augusti*; idest 31. Julii.

COSISTII. Libenter legerem COS STILICHONE; at nihil affirmo. Muratorius vero p.1915. addendo syllabam DI obtruncato MITRI::: nomini, postremaque omittendo elementa, omnes nostræ Inscriptionis superavit ambages.

1261.

PIVS MARCELLVS BONAE
.·.EMORIAE QVI INTEGRE
VIXIT. ANN.LXVI CVM SVIS
·.·.ATVS VIMINACIO FECIT
.·.·.SICINVS PATRI BENEME
RENTI

VRSICINVS. Viri in isto lapide commemorati fuerintne Christiani, an Ethnici, ex epigraphe erui nequit. Quare, sicuti utrumque pro Ethnico habere lectoribus licet, ita & mihi eos in Christianorum cœtum cooptare liberum erit. Si quis tamen me errasse, validis argumentis ostenderit, id profecto non me magnam admirationem afficiet. Si possibile enim est multos in cœlis nos venerari, qui cremantur in igne, multo magis credibile mihi, antiquarum inscriptionum Interpretes, nonnullos aliquando inter Christianos recensuisse, quos forte tenuit ethnica superstitio: facile id evenisse potuit, in illis interpretandis lapidibus, de quibus locus ex quo effossi sunt, haud exploratum fuerit.

PIVS. Legerem *Pii Marcelli bonæ memoriæ, qui vixit integre annos 67. cum suis; natus Viminacio, fecit Ursicinus Patri benemerenti*. Legitur *Vivinacium*, & *Viminacium* uti in nostro Lapide, & in Patini numismatis p. 294. M. *Aurelio Gallo Vivinacio* habent marmora Fabretti, Gudii, & Muratorii. Mœsiæ urbem, vel Hispaniæ *Viminacium* dicit Fabrettus, Galliæ Boudrandus, seu potius Philippus Ferrarius Alexandrinus in *Geograph.* Tristanus vero, ex Ptolemæo, *Viminacium*, coloniam facit provinciæ Mœsiæ superioris, ad Danubium, hodie *Uviczïden*: hujusce coloniæ numismatica monumenta reperiuntur ap. laudatum Patinum, in nummo scilicet M. Ant. Gordiani Pii.



Severus, inquit Capitolinus, *cum iret contra Albinum, apud Viminacium, filium suum majorem Bassianum, Cæsarem appellavit*. Ibi, idest inter *Viminacium, & Aureum montem*, Carus, Carini filius, Victore tradente, a militibus Diocletiano faventibus, interemptus est. Neque damnandus Vignolius, quod in inscriptionibus selectis, *Vivinacium* nomen fuisse censuerit cujusdam M. *Aurelii* militis cohortis IV. Prætorianæ: cum enim legisset in lapide.

M. AVR. M. F
ILIO. GALE
VIVINACIO

recte in nominum, & cognominum recensione scripsit M. *Aurelius Vivinacius*. Inter Christianas pariter Musei Veron. p.180.

Q VIMINATI NEOPHITO BBNE ME
RENTI IN PACE &c.

INTEGRE. Cicero pro Planc. *Cum illo nemo esset neque integrior, neque sanctior*. In lapide apud Gruterum: *Cassiæ Peregrinæ* INTEG. FA. idest *integræ famæ*. Heic vero intelligendum, Pium Marcellum ad diem usque quo obiit, bona prosperaque valetudine usum

usum fuisse. Ita in lapide quodam ejusdem Gruteri, *Aurelia Lucidia* INTEGERRIMA. VENVSTISSIMA; & in Passionæjana, a Fabretto, & Muratorio mire deformata, legitur INTEGER INTEGROS.

: : : : : : : : : : : : : :
.·.NI . TELESPHORI
FECIT
Q. BAToNIVS ONE
SIMVS PATRONO PIO
VIXIT ANNIS LXXX
INTEGER INTEGROS

Muratorius cum legisset *Integro* pro *Integros*, referendum hoc censuit sepulcro, explicavitque: *Nemo alius heic sepeliatur*; sed perperam (uti adnotavit Collector egregius) τὸ enim *Integros* ad *annos* heic pertinet, ita ut explicari debeat, Batonium Telesphorum *integrum*, h. e. nulla unquam infirmitate affectum, *annos integros* vixisse octoginta. *Integra ætas*, inquit in Terentium Donatus, *est quæ in flore consistit, cui neque addendum jam sit, neque quicquam adhuc sit imminutum*. Plinius lib. III. Ep. I. *Vigor integer*.

1262.

.·.V IDVS DECEMBRE DE
.·.TVS ADBENTIVS QVI
.·.IT ANNOS . S ✠ II ✠ MESIS XA
.·.BIX ET EARTADES

1263.

.·.·.FILIA . FLAVIAE . DOMITILLAE
.·.*Domitia*NI NEPTIS FECIT GLYCERAE . L . ET.·.
. . . .

V IDVS. *Quinto idus Decembris depositus Adbentius, seu Adventius, qui vixit annos* II. *menses* XA. idest XV. Inversus sic numerus V habetur etiam in Inscriptione quæ fortasse adhuc extat in bibliotecha exjesuitica S. Andreæ, quondam vulgò *del Noviziato*, quamque retulit vir egregius D. Cajetanus Marinius in Epist. multoties laudata p. 54.

BIX. Postremam hanc credidissem Matris nominis syllabam, sed hujus desinentiæ nomen fœmininum ubi reperiatur, ignoro: propterea legendum puto RIX, nempe *Nutrix*, & EARTADES Adventii pater, vel nutricius. In tertia linea redundat littera S post ANNOS.

1263. Hunc ego lapidem (quem nonnulli ediderunt, nemo vero elucidavit) ideo inter Christianos recensendum existimavi, quia facile ad Flavias illas Domitillas pertinuit, quæ pro Christi fide martyrii palmam, Domitiani sæviente persecutione, sunt consecutæ; eo magis quod olim extaret in pavimento Ecclesiæ S. Clementis, ut Cittadinius, & Gruterus asserunt. Verumtamen res admodum obscura est. Nam quantumvis integra perpendatur Inscriptio ad exemplar Johannis Lamii *de Erud. Apost.* p. 375.

FLAVIA . DOMITILLA . FILIA . FLAVIAE . DOMITILLAE
IMP . CAES. . . . . . . NEPTIS . FECIT . GLICERAE . L . ET
LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM . CVRANTE
T . FLAVIO . ONESIMO . CONIVGI . BENEMER

nihil tamen certi hinc erui posse videtur; propterea, ut brevi me expediam, quatuor dicam Vespasiani, Titi, atque Domitiani propinquas, hasque Flavias Domitillas ab Historicis nuncupatas me reperisse fœminas; quatuor, inquam: siquidem tum Flavia illa Domitilla Euphemiæ mater, de qua Reinesius cl. XIII. 27., tum illa quæ S. Clementis PP. so-

ſoror, Flaviique Clementis Epiſcopi Metenſis neptis a Chiffletio dicitur, nihil penitus cum Auguſtis, ut ita dicam, commune habuerunt. Ad Cæſareas ergo venio, quarum prima Flavii Liberalis filia, Statilii Capellæ primum *delicata*, dein Veſpaſiani uxor, Titi, Domitianique mater fuit. Secunda, non Domitiani neptis, ſed ſoror. Tertia, non T. Flavii Oneſimi, ſed martyris T. Flavii Clementis V. C. uxor, quæ poſt mariti necem in inſulam Pandatariam pro confeſſione Chriſtiani nominis a Domitiano relegata eſt. Quartam demum, virginem permanſiſſe, ſinguli teſtantur hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores. Hæc ad inſulam Pontiam delata, Tarracinæ tandem, una cum ſociis Euphroſyna, & Theodora, glorioſi martyrii curſum conſummavit. Cui vero ex iſtis, noſtrum hoc queat marmor adſignari, incertum omnino eſt: fortaſſe nemini. Si alicui tamen, potius T.Flavii Clementis uxori, quam tunc, prius nupſiſſe T. Flavio Oneſimo conjicere, neceſſe eſt. Hæc ſane quæ Flaviæ Domitillæ filia, neptiſque erat Titi, atque Domitiani, ſepulcrum, curante T. Flavio Oneſimo conjugi (*conjuge*) Gliceræ libertæ facere poterat, Simplex hæc vero meraque conjectura, in exploratæ veritatis argumentum evaderet, quoties interpretari liceret T.Flavium Oneſimum, non Domitillæ, ſed Glicerae virum, tumulique a Domitilla uxori Glicerae dati, fuiſſe curatorem.

Monitos heic Lectores velim, noſtri fragmenti ſupplementum Joannem Lamium loc. cit. ex Grutero p.245., Gruterum vero ex Cittadinii ſchedis in lucem protuliſſe. Hinc maxime miror Baronium, Balutium, Toinardum, Valchium, Columbum, Cuperum, Baudrium, Boſium, Aringhium, Boldettum, Donium, atque Muratorium (quorum nonnulli fragmentum hoc Capitolinum vulgarunt, nonnulli vero de Domitillis fusè diſſeruere) perfectum Gruteri apographum aut ignoraſſe, aut tot forte anfractibus detentos, conſultò præteriiſſe.

Lacunam, quæ in lapide viſitur, Jo. Lamius loc. cit. VESPASIANI nomine implevit, ſed perperam. Non enim de Veſpaſiano, qui *amor deliciæque generis humani* dictus eſt, verum de Domitiano, Nerone fortaſſe pejore, legimus apud Svetonium, infame nomen, jubente Senatu eraſum ubique fuiſſe, uti in noſtro hoc Saxo cernere eſt.

1264.

PVELLA . DIOCLETIA
NE . QVAE VIXIT
ANNIS . II . M . V. ☧
DIE . XVIII . FILI
AE . BENEMERENTI
. IN PACE .

PVELLA. *Puellæ*, & *Puelli* per diminutionem a *pueris* dicuntur. At quemadmodum Puer, ut alibi probavimus, quandoque *Servum* ſignificabat, ita & Puellam interdum *Ancillam*, & *Comitem* ſignificaſſe heic aſſerimus, nonnullis ſuffragantibus Evangeliſtarum locis, atque S. Hieronymi epiſtolis, ut apud Jo. Lamium V. C. de *erud. Apoſtol.* non uno in loco legimus. Hinc fœmina illa nomine *Rhode*, quæ *præ gaudio non aperuit Petro januam*, ut habetur Actor. cap.XII. licet a vulgato interprete *puella* dicatur, *ancilla* potius dicenda erat: παιδίσκη enim *ancillam* heic ſignificare probabilius, Formondo, Calmetio, laudatoque Joanni Lamio videtur. Porro Suidæ vox παιδίσκη *ancilla* eſt, ſeu *famula*, Neque Puellæ denominationem conſtanter Virginem enunciare credas: exploratiſſimum namque eſt, fœminas ipſas conjugatas, non ſemel Puellas eſse dictas. Sic Plinius lib.4. ep.21. Helvidiarum ſororum a partu defunctarum interitum deplorans; *luctuo-*

Ætuosum mihi videtur, inquit, *quod puellas honestissimas in flore primo fœcunditas abstulit*. Horatius Sat. lib. 1. 2. de Matrona adloquens

——— magno patre nata puella est.

& Carm. lib. III. Od. 14.

Jam virum expertæ puellæ

Catullus carm. 40.

Salve nec minimo puella naso,
Nec bello pede, nec nigris ocellis
Nec longis digitis, nec ore sicco
Nec sane nimis elegante lingua
Decoctoris amica Formiani.

Juvenalis denique Sat. vi. 126.

Mox lenone suas dimittente puellas.

Perspicuius id apparet ex lapide Gruteri p. 1051. in quo

TITVLVS . PVELLAE . CLAVDIAE
C . F
VIXIT CONIVGIO ANN DVOB

In his profecto carminibus, non de Virginibus, nec de tenellæ ætatis fœminis, sed de Matronis, de conjugatis, imo & de meretricibus, seu concubinis loqui, laudatorum Poetarum illustratores Minellius, Chabotius, Raderus, Despræjus, aliique affirmant. Veruntamen Diocletianam nostram, nec conjugatam fuisse, nec ancillam, nec comitem, ætas ipsa testatur.

☧. De frequentissimo in Christianorum monumentis, Christi monogrammate, innumeri fere eruditissimique disseruere viri, qui a Bosio, Aringhio, atque Boldetto laudantur. Qui autem hujusce monogrammatis auctorem Constantinum Augustum dictitant, primo in limine deficiunt, cum in sepulcralibus Christianorum tabulis, jam ante Constantiniana tempora inscriptis, effictum non semel reperiri nemo nesciat. De hoc monogrammate nuperrime disseruit P. Joseph Allegranza Ord. Præd.

IN. Lineolam, elementum N intersecantem, nullibi observavi. Lapicidarum commenrum putarim, quibus litteras sic quandoque dividere placuit, ita ut deinceps eas inter siglas enumerare necesse fuerit. Ita ap. Boldettum pp. 55. 400. 401. 430. 435. 454. 487.

M.	*minus*.	K L	*Kalendæ*.
M.	*menses*.	I D	*idus*.
S	*September*.	D	*dies*.
S	*vixit*	D	*depositus*.

& apud alios B *beneficiarius*. SS *sestertia*. D *domus*.

Emendetur Muratorianum hujusce inscriptionis exemplar, in quo perperam FILI AC, pro FILIAE.

1265.



CL . PRISCILLAE
FILIAE DVLCISSIME
QVE VIXIT . MIIII . DX

MIIII. *Menses* IIII. Muratorius p. 1642. ad inscription. Aur. Gelasii qui VIXIT M. X. D. XXVI. *Vix credas*, inquit, *titulum positum puello*. Quare vix id credendum, cum innumeri fere extent tituli pueris positi? nonnè ipsemet Vir eruditissimus, hunc nostrum (quem profecto debuerat inter Christianos recensere) ediderat p. 1149. immo mendosè, scilicet MIII pro MIIII? Ne igitur a Christianis recedamus, adi Cornelium Margarinium apud quem p. 14. tituli habentur positi *Anastasio infanti* QVI VIXIT MENSES X. D. X. *Infanti Teclæ* MENSIS VNDECI. D. II. & p. 27. SILBANO QVI VIXIT MS. VIIII. Perlege tandem in Gudianis Christianorum monumentis pag. 366.' titulum SANCTO FILIO CERONTIDIANO inscriptum, qui VIXIT ANNO VNO *mensibus octo*, *diebus octo*. Quomodo, id novum Muratorio, haud percipio.

1266.



Quiſquis hunc lapidem explicaturus aggrederetur, iſthmum, ut puto perfoderet; mutilus enim undequaque atque ἀκέφαλος eſt. Verborum fragmenta nihil innuunt, nihil & nomina. Revera ſi ea ethnica credas, exemplum in promptu habebis in lapide Muratoriano p. 182. *Maximum* & *Secundinum*, utrumque Mercurii cultorem laudante: ſi Chriſtiana, adi Baronium in *Martyrolog.* 18. Febr. ubi *Maximi* & *Secundini* Chriſti martyrum, eſt mentio. Hoc ego quidem ſaxum, ideo Chriſtianis ſociandum ſum arbitratus, quia a clariſſimo viro Marchione Gregorio Capponio (qui monumenta omnia Muſei Capitolini ordinavit) inter Chriſtiana collocari juſſit, fortaſſe quod ei tunc temporis comperiſſet, in aliquo ad Chriſtianos ſpectante cœmeterio fuiſſe repertum.

Primo ſane aſpectu, cum illud ſellæ fruſtum obſervarem, & utrumque virum in pulvino conſidentem aſpicerem, recitantes heic repræſentari viros credidi; eo magis quod in memoria mihi adhuc inſiderent, & locus ille Ciceronis ſcribentis Papirio Pæto (*Ep. fam.* lib.IX. 18.) *Romam pervehi*: *Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo*; *eam Pulvinus ſequetur*; & verba Chimentellii dicentis (de *hon. Biſell.* cap.18.) *Recitantibus quoque Pulvinus ſubditus*, *in quo conſiderent*. Maximi quidem geſtus, recitantem indicare crediderim. At hæc fluctuatim, conjectandique tantum gratia, non ſententiam dicendi animo.

CON-

1267.


CONSTANTIVS ET SoSANNA
SE VIVI LOCVM SIBI EMERVNT
PRESENTIS oMNIS FOS
A ☧ Ω
SORES

SOSANNA. *Suſanna*. O pro V ut in arca ſepulcrali Iſaaci Exarchæ apud Ciampinium V. C. de *Ædif. Conſt.* Tom.2. cap. III. ubi

SOSANNA PRVDENS MORE
CASTAE TVRTVRIS &c.

Noſtri præceptores, inquit Quintilianus lib.1. cap.7., CERVOM, SERVOM, V & O *litteris ſcripſerunt, quia ſubjecta ſibi vocalis, in unum ſonum coaleſcere, & confundi nequiret: nunc V gemina ſcribuntur*, nempe CERVVM, SERVVM. Verumtamen cum O pro V adhibita etiam in vocibus reperiatur, in quibus una tantum adeſt vocalis, ut in HERCOLI, AORELIVS, CONSOLES, SONT, POBLICVS, INTOLERONT &c. ap. Gruterum, hinc quanti facienda heic ſint Quintiliani verba, Grammaticis declarandum relinquimus. De V pro O ſcite diſſeruit eruditiſsimus Comes Petrus Ant. BRASCHIVS V. C. in opuſculo quod inſcribitur *de vero Rubicone*.

FOSSORES. *Foſſores*; locum ſepulcri a Foſsoribus emptum vidimus n.1250. Hunc non ante editum lapidem, ad S. Agnetis *extra muros* effoſsum, mihi hoc anno largitus eſt Dn. Victorius Carlevati. Chriſtianos conjuges enunciare, & Chriſti monogramma, & note A : Ω. plane teſtantur. Quoniam de monogrammate, notiſque A Ω eſt ſermo, inſcriptionem hanc (quam anno elapſo in meſaula palatii Vaticani exſcripſi, quamque nemo, ni fallor, hucuſque vulgavit, ſubjicio



1268.

DMA SACRVM XL
LEOPARDVM IN. PACEM
CVM SPIRITA SANCTA. A. CCEP
TVM EVMTE ABEATIS INNOCENTEM
POSVER. PAR. Q. AN. N. VII. MEN VII

DMA. Fabrettus, a quo recte lapis hic noſter inter Chriſtianos recenſetur Cap. VIII. p.574. interpretatus eſt DEO MAGNO SACRVM. Tanti ego viri interpretationem nequaquam derideo; non enim unquam doctus ille Præſul inconſultò eſt loquutus: verumtamen, quod affert Blanchiniani cujuſdam marmoris teſtimonium hujuſmodi

DEO

DEO MAGNO ET AETERNO
STATIVS DIODORVS QVOT
SE PRECIBVS COMPOTEM
FECISSET
V . S . L . M

nullius eſse momenti videtur, cum ſaxum ad Chriſtianum ſpectare virum, gratis omnino aſſeratur. Cui enim incompertum, etiam ethnicos *Jovem* DEVM MAGNVM, AETERNVM, OMNIPOTENTEM: *Cybelem* MAGNAM Deam: *Liberum*, *Æſculapium*, *Hygiam*, *Martem*, *Mercurium*, *Silvanum*, *Philometores*, *Cabiros*, *Serapidem* MAGNOS DEOS, *Cœlum* AETERNVM, *Quietem* AETERNAM, in ſaxis appellitaſse, omneſque fere dotes conditioneſque ſolius DEI VERI proprias, falſis Numinibus impudentiſsime tribuiſſe? Cœteroquin formulam *Dis Manibus* (ut heic, attento præſertim *ly* SACRVM, interpretor) quandoque Chriſtianis obrepſiſſe probat Chriſtianus muſei Kirkeriani titulus, in quo integris plane verbis

DIS MANIBVS PRINCIPIO
FILIO DVLCISSIMO SVO
POSVIT QVI VIXIT ANNIS
VI DIES XXVII IN PACE

Id ego accidiſſe autumo quod a ſimpliciſſimis quibuſdam Fidelibus (dedicationem *Dis manibus*, non tamquam omnino mereque ethnicam habentibus) in ſaxis jam antea ſiglis D. M. ſignatis, innocentiſſime conſanguineorum epitaphia inſculperentur, quemadmodum ſiglæ interdum apponebantur Θ K quæ explicari æque poterant *Diis ſubterraneis*, aut *Deo Creatori* uti docet Lupius in *epit. S. Sev.* p.105. not.1. Ita ſiglas D. M. (omiſſo elemento O ideſt *optimo*) nuperrime in quodam templi Aracœlitani ſepulcrali lapide, Jacobo Sanctio, regnante Alexandro PP. VI. poſito, obſervavi. Ita demum aut quadratariorum incuria, aut hæredum tenuitatis cauſſa, multa in cœmeteriis, ſaxa ex una parte Gentilium virorum, ex adverſa Chriſtianorum titulos præferentia, reperiuntur.

XL. Numerus ad deſignandum tumulum. Vide Aringhium in *Rom. ſubterr.* lib.III. C.22. Mabillonium in *Itin. Ital.* pag.74. Fabrettum cap. VIII. pag. 546.

CVM SPIRITA SANCTA. Laudatus Mabillonius (loc. cit.) ad hanc Inſcriptionem quam e cœmeterio Caſtuli via Labicana ſub Clemente X. detecto prodiiſſe tradit: *Hic*, inquit, *manifeſtus de confirmationis ſacramento locus eſt*. At vereor quam maxime ne ab iſto eruditiſſimo viro Sacramentum confirmationis heic felicius excogitetur, quam a doctiſſimo alioquin Peireſcio, in pervetuſto quodam Conſtantini nummo, Miſſæ ſacrificium. Vid. Sponium apud Deylingium *Obſerv. ſacr.* P. I. p.259. Fabrettus, Mabillonii opinionem reſpuens, ſuam haud minus reſpuendam affert; *his verbis*, inquit, *manifeſta de baptiſmo fit mentio*. Ipſe vero, utriuſque ſententiis, Lupii conjecturam præponens, intelligique rectius poſſe de Eccleſia, cœtuque Sanctorum aſſero, ſicut in aliis a Boldetto editis lapidibus, in quibus Dorotheus CVM IVSTIS. Nonius CVM. D, *cum Deo*. Lucretianus IN DEO. Poſtumius CVM SANCTOS *in pace*. Cervonia CVM SPIRITA SANTA, & apud Muratorium p.1900. Leopardus cum XPO SANCTO *fecit*. Sic paſſim in Martyrologiis *obiit*, *quievit*, *obdormivit* IN DOMINO; quæ ſane formula (ſi quid video) verbis apprime reſpondet quibus utitur Eccleſia in commendatione animæ; nempe, *Proficiſcere anima Chriſtiana in nomine* DEI PATRIS... In nomine JESV CHRISTI... In nomine SPIRITVS SANCTI &c. Saxum ſic ergo enucleandum cenſeo; nimirum, vel dicendo *Leopardum innocentem* e vita migraſſe in nomine SPIRITVS SANCTI; vel inſcriptionis ſenſum referendo Parentum votis, quibus Spiritum Sanctum precarentur, ut innocentem filium *acceptum habere* dignaretur.

LEOPARDVM. In quadam Boldettiana lib. I. cap.49. LEVPARDVS, & apud Reineſium cl.XX. 14. LEOPARDETI *puellæ virgini*.

INNO 𝔊 ℕTEM. Male Boldettus, Fabrettus, aliique INNOCINEM ſcripſerunt: in autographo enim perſpicue 𝔊 pro CE & ℕ pro N T,

MAR-

1269.

MARCVS
IAELIVSF
LAELIAENI
KENICOIV
CΓ · B · M F

Characterum forma præter modum rudis, invocationisque Manium omissio (quæ tamen ut alias dixi in ethnicorum etiam titulis quandoque deprehenditur) ad aliquem Christianum virum hoc mihi spectare saxum videtur. Verumtamen, non id ego velut ex tripode pronuncio.

COIVGΓ. Litteram N in voce CONIVGI prætermissam sæpe observavimus; illud vero gamma Γ loco quidem S in latinis lapidibus ap. Lupium vidimus: NONIΓ, DEΓ ΓOLEΓ, ideſt *Nonis*, *Dies*, *Solis*. In saxis itidem tabellisque æneis a Jo. Fabro laudatis, Γ habetur pro P, ut in NEOΓOLITON, CEΓIT, AΓ RVFENIO, TVRΓILIO: at pro I positum mihi novum; nec scalpri error videtur: elementum enim, profunde insculptum, consulto, eâ quam exhibet formâ scriptum testatur. Forsitan quadratarius litteram E inchoaverat, mox vero I scribendum esse admonitus, a reliquis hujusce litteræ hastis manum abstinuit. Mera hæc esse titivillitia fateor; ea tamen cursim innuere haud inopportunum duxi, ut παιδαγογία refellatur eorum, qui singulos antiquæ ortographiæ lapidariæ abortus, præceptis grammaticalibus illius alteriusve ætatis referunt.

1270.

BITALIO IVSTINE CONIVGI
B M F
QVE VIXIT. ANNIS. XXII. M. III. D. XXV. E
IN COIVGIO. ANNOS. IIII
M. VIII. D. XXV. DORMIT VII. KAL
AVG. IN PACE

BITALIO. Βιτάλιος, ut apud Theodoretum cap. III. B pro V frequenter in lapidibus præsertim Christianis, quod profecto neminem latet. Sic apud Reinesium

BITALI IN PACE. QVE
BIXIT. ANNIS XVI

& in Muratorianis BITALIANVS, & BITALINE. In androne palatii Vaticani

BICTORICA (sic)
VIX. AN II

COIVGIO. Vocem hanc nemo unquam ad aliud retulit, quam ad legitimum matrimonium significandum, præter Didonem, quæ furtivum amorem *conjugium*, Virgilio auctore, vocavit, atque

——— *hoc prætexit nomine culpam*.

DORMIT. Mortui sæpissime in sacris litteris *dormientes* dicuntur, ob certam spem resurrectionis, quia infallibiliter evigilabunt, & e sepulcris suis, quasi è stratis excitabuntur. Mors enim somnus est, & quies iis, qui saluti suæ consulentes, in peccato non moriuntur; hinc apud Christianos, sepulcrum non semel *Dormitorium*, & *Requietorium* appellatur; & Mors, modo *somnus*, modo *dormitio*, ut in saxo Muratorii

DORMITIONI . SALLVSTIAE
PARTHENOPE . B . M . F
SAL . AGAPETVS

In psalmis legimus: *cum dederit dilectis suis somnum*, &, *sicut vulnerati dormientes in sepulcris*. Apostolus ad *Thessal.* 1. cap. 4. *Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo*. Ecclesia in Miss. Can. *qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis*. Prudentius Hymn. x. in Exeq. Defunct.

Nisi quod res creditur illis
Non mortua, sed data somno.

S. Hieronymus tandem: *in Christianis* (inquit Ep. 29. ad Theod.) *mors non est mors, sed dormitio, & somnus appellatur*. Hinc diserte Franc. Petrarcha

„ *Quasi un dolce dormir ne suoi begli occhi,*
„ *Sendo lo spirto gia da lei diviso*
„ *Era quel, che morir chiaman gli sciocchi.*

& Torq. Tassus elegantissime

„ *Passa la bella Donna, e par che dorma.*

Inscriptiones in quibus dormire, mori significat, habentur sexcentæ apud Bosium, Aringhium, Boldettum, Marangonium &c. Falso tamen a nonnullis asseritur Mortem, *Somnum* & *Quietem*, Christianos tantummodo dixisse ob spem resurrectionis. Ethnici quoque, licet hac spe destituti, sæpe eodem vocabulo usi sunt, præsertim cum de bonis probisque viris loquerentur; nam ut jamdiu egregie cecinit Callimachus in Epigr. 10.

——— *θνήσκειν μὴ λέγε τὺς ἀγαθὺς*

i. e. *mori dicere turpe bonos*. Sic in Græco epitaphio Villæ Burghesianæ ex versione Jacobi Manillii

Popiliam dormire autem dic: Namque probos est
Fas dulcem somnum carpere, non morier

Homerus etiam somnum, *Mortis fratrem* non semel vocavit; & Virgilius

Dulcis & alta quies placidoque simillima somno.

ibidem

Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

Catullus denique, & Horatius: hic lib. 1. Od. 24. de Vari morte ad Virgilium

Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Urget?

ille ad Lesbiam

Soles occidere, & redire possunt;
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Quid sibi velit figura illa circularis in saxo efficta, libens discerem. In Ethnicorum monumentis speculum fortasse indicaret; at cum lapis ad Christianos pertineat, id asserere non licet. Quamvis enim specula quædam in cœmeterio Calixti juxta puerorum tumulos, teste Boldetto lib. II. cap. 14. reperta sint; in ipsis tamen Christianorum tumulis efficta, aut insculpta nullibi vidi. Quare in nostro, speculum indicari, haud affirmabo; eo magis, quod figura heic expressa, levem nimis habeat ὁμολογίαν cum speculis a laudato Boldetto, atque ab eruditissimis Vignolio, Gorio, Borionio, & Passerio vulgatis. Annuli typum esse putarim; at figura ovata quæ annulis minime convenit, opinioni huic adversatur. Corona igitur potius dicenda est: nec obstat quod legem coronandi defunctos, insculpendique in eorum sepulcris coronas, primævi Ecclesiæ patres, ex quibus Ter-

Tertullianus, Justinus, Minutius Felix, repudiatam testentur; nam posteriores, hanc ethnicorum consuetudinem ratam habuisse, ex innumeris fere monumentis scriptorumque testimoniis liquet. Paullini tantummodo, & Prudentii carmina afferam. Iste in hymno mox laudato

Nos tecta fovebimus ossa
Violis & fronde frequenti.

ille perspicuius in Nat. 3. S. Felicis

Purpureum ver spiret hyems; sit floreus annus
Ante diem, sancto, cedat natura diei.
Martyris ad tumulum, debes & terra coronas.

Adi Bosium, Aringhium, Lamium, magnumque Ordinis Prædicatorum incrementum Thomam Mariam Mamachium in *Ant. Christ.* Tom. I. & de *moribus Christ.* Tom. I. p. 256. Ed. Ven. 1757.

Christiani vero (quod sane Ethnicis haud commune fuit) obitum, non *somnum* tantum, sed & frequentissime *natalem diem* appellavere, uti colligitur præsertim ex Martyrologiis, & Necrologiis: hujusce rei exactè rationem reddidisse Origenem *comm. in Job.* lib. 3. advertit Baronius. Exinde S. Augustinus: *Ecce*, inquit, *in hac vita, nondum est vita: transitur a morte ad vitam, ut in judicium non veniatur.* Cap. v. *Joan. tract.* 22. *Natalem ergo Sanctorum*, inquit Chrysologus *aum auditis, nolite putare illum dici, quo nascuntur in terram de carne, sed de terra in cœlum.* Nicolaus item Papa in Epistola quam ad Bulgaros scripsit hæc habet. *Natus dicitur qui ex hac vita migravit: quomodo enim usitato modo dicitur nasci, quando quis ex utero materno procedens, in hanc lucem exit; sic quoque jure natus appellari potest qui liber ab hujus seculi tenebris, ad lucem pertingit viventium. Pro qua ergo reapte consuetudinem tenet Ecclesia, ut solemnes beatorum Martyrum, vel Confessorum Christi dies, quibus ex hoc mundo ad regionem migraverunt vivorum, nuncupantur* Natales: *sed & eorum solemnia, non funebria tamquam morientium, sed (utpote in vera vita nascentium)* Natalitia *vocitentur.* Hactenus ille: adi etiam Albinum Flaccum *de Div. Off.* & Jo. Molanum *Præf.* in Usuardi *martyrolog.* cap. 15. ea tandem perlege quæ superius scripsi *num.* 1257. Priusquam labori huic, ut ita dicam, Christiano, finem imponam, Consulum in his lapidibus signatorum heic compendium, ordine cronologico servato, lectoribus exhibeo

A. C. 133. Antonio Hibero
Mummio Sisenna.
149. Orfito.
Prisco.
269. Claudio Aug.
Paterno.
279. Probo Aug. III.
Nonio Paterno.
338. Urso.
Polemio.
342. Constantio Aug. III.
Constante Aug. II.
352. Decentio.
Paulo.
364. Joviano Aug.
Varroniano.
373. Valentiniano IV.
Valente Aug. IV.
384. Ricomero.
Cliarco.
387. Valentiniano III.
Eutropio.
397. Flavio Cæsario.
Nonio Attico.
398. Honorio IIII.
Eutychiano.
403. Theodosio Aug. I.
Rumorido.
404. Honorio Aug. VI.
Aristenæto.
405. Fl. Stilichone.
Anthemio.
407. Honorio Aug. VII.
Hilarano.
446. Aetio III.
Symmacho.
519. Eutharico.
Cillica.

Hæ

Hæ ſunt ſepulcrales ad Chriſtianos utriuſque ſexus ſpectantes inſcriptiones, quæ in muſeo Capitolino adſervantur. Præſtantia quidem rerum in his contentarum (Eccleſiaſticæ quidem hiſtoriæ ſtudioſis haud inutilium) modico earum numero ſupplet. Modico, inquam, numero, qui tamen in dies augeri & facile poſſet, & jure deberet. At novitas gratiſſima in omni eſt re; hinc Calpurnii ſententiam, quam veriſſimam eſſe, quotidie experientia nos edocet, heic afferam,

Vilia ſunt nobis quæcumque prioribus annis
Vidimus, & ſordet quidquid ſpectavimus olim.

Quapropter, Claudiani illud ἀξίωμα

——— plus eſt ſervare repertum,
Quam quæſiiſſe novum.

hiſce diebus Capitolini muſei Curatori apprime accomodari poſſe videtur: nam Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω,

CA-

CAPUT XI.

Græci utriusque sexus.

1271.

ϹΕΜΝΗΝ·ΠΗΝΕΛΟΠΗΝ·ΟΠΑΛΑΙΒΙΟϹ·ΕϹΧΕΔΕ·ΚΑΙΝΥΝ·ϹΕΜΝΗΝ·ΦΗΛΙΚΙΤΑΝΟΥΤΑΧΑ·ΜΙΟΤΕΡΗΝ
ΒΟΥΛΟΜΕΝΗϹ·ΔΕΘΑΝΕΙΝ·ΑΝΔΡΟϹ·ΠΡΟΤΕΡΗΝ·ϹΦΕΓΕΡΟΙΟ·ΕΚΛΥΕϹ·ΩΔΑΙΜΩΝ·ΠΟΛΛΑΚΙϹ·ΕΙΧΟΜΕΝΗϹ
ΤΟΙΓΑΡΤΟΙΚΑΙΕΜΕΙΟΔΙΚΑΙΟΤΕΡΗΝ·ΟΠΑΚΟΙϹΟΝ·ΕΥΧΟΜΕΝΟΥ·ΠΛΟΥΤΩΝ
ΕΝΕΙϹΑΙΔΑΟΠΕΡΗϹΩ·ΕΥΡΕΙΝΤΗΝΙΔΙΑΝ ΦΗΛΙΚΙΤΑΝ·ΠΑΡΑϹΟΙ
ΚΛΑΥΔΙΟϹ·ΙΗΤΗΡΑΓΑΘΕΙΝΟϹ·ΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΝΕΙΚΟΝΑ·ΦΗΛΙΚΙΤΑϹ·ΜΑΡΤΥΡΑϹΩΦΡΟϹΥΝΗϹ

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ παλαίβιος ἔχε δὲ κ̕ νῦν
    Σεμνὴν Φηλικιτὰν οὐ τάχα μειοτέρην.
Βουλομένης δὲ θανεῖν ἀνδρός προτερην σφετέροιο
    Ἔκλυες ὦ δαίμων πολλάκις εὐ χυμένης
Τοι γὰρ τοι κ̕ ἐμεῖο δικαιοτέρην ὑπακȣσον
    Ἐυχομενȣ πλȣτον πολλάκις, ȣ προθανεῖν
Αλλ᾽ ὅπου ἂν θανεω καὶ εις ἄϊδαο περήσω.
    Εὑρεῖν τὴν ἰδίαν Φηλικιτὰν παρά σοι.
Κλαυδιος ἰητηρ Αγαθινὸς τήν δ᾽ ἀνεθηκεν
    Εἰκονα Φηλίκιτας μάρτορα σωφροσύνης.

SEpulcralis hæc inscriptio conspicitur in fronte insignis sarcophagi, statuâ jacentis Matronæ tutulatæ, affabreque insculptâ decorati. De hoc monumento consule cl. Johannem Bottarium *Mus. Capitol.* Tom.III. *tab. 66.* Inscriptionem typis consignavit omnium primus doctissimus Maffæjus in *Mus. Veron.* p.314. Sed nonnullis scatentem vitiis, quorum culpandus omnino Joseph Blanchinius, qui a Maffæjo, sibi diffidente, precatus, inconsulto autographo, arbitrarium ei tradidit exemplar. In Maffæjano igitur prima quintæ lineæ elementa AI, convertantur in HN. Sigma insuper apud Maffæjum est Σ; in autographo constanter C. In illo, continuò habetur Atticum E; in isto ubique lunatum Є. Interpunctiones demum, quæ in nostro visuntur, in Maffæjano penitus desiderantur: id profecto eo magis erat advertendum, quod raro in Græcorum lapidibus puncta deprehendantur. Ejusdem omissionis reus est Cl. Bonada, qui tamen saxum oculariter consuluit. In Bottarii exemplari nihil corrigendum præter litteram Γ in voce THN. Ex epitaphio (si epitaphiis est adhibenda fides) eruitur mulierem quamdam, nomine *Felicitatem*, extitisse, quæ ob insignem pudicitiam a viro suo Claudio Agathino medico, Penelopi comparari meruit: uxorem insuper, marito præmori expetentem, quod sane omnino novum, ideoque dignum in litterato marmore perpetuari. Verumtamen bonus iste Medicus, ipsam Penelopem (cujus pudicitiam adeo Homerus decantavit) fuisse a nonnullis meretriciæ artis insimulatam, ignorabat. Hinc Tiresias apud Horatium lib.II. Sat.5.

——————— *ultra*
Penelopen facilis potiori trade: VL. *putasne*
Perduci poterit tam frugi, tamque pudica,
Quam nequiere proci recto depellere cursu?
TIR. *Venit enim magnum donandi parca juventus*

Non tantum Veneris, quantum studiosa culinæ.
Sic tibi Penelopi frugi est: quæ si semel uno
De sene gustarit, tecum partita lucellum
Ut canis a corio, nunquam absterrebitur uncto.

Revera, quod Tiresias est suspicatus, Acron ad illud ejusdem Poetæ lib. I. Ep. 2.

Sponsi Penelopes, nebulones.

Evenisse testatur; ait enim, *Penelope meretrix fuit, quæ amatores suos pulchritudine sua luxuriosos reddebat.*

Id sane mihi facile persuadeo de muliere, quæ a Procis (ut eorum studia experiretur) munera pro opibus cujusque conferri, depoposcit, ut Ausonius tradit Perioch. XVIII. *Odyss.* In fœminis enim ipsa munerum cupiditas, aut jam expugnatæ, aut brevi expugnandæ honestatis indicium est.

Inscriptionis nostræ versionem ediderunt laudati Bottarius, atque Maffæjus. Sed cum quædam in sexto, & septimo versu deficiant (quod in tam nobili sarcophago vix cedibile videtur) ita ille, locum mutilum punctis indicavit hoc pacto

Honestam Penelopen, qui olim vixit (sc. Ulisses) *habet autem etiam nunc*
Honestam Felicitatem non minorem.
Volentem autem mori Viro priorem suo,
Exaudisti, o dæmon, sæpe deprecantem,
Etenim & me justiorem exaudi
Orantem, o Pluto . . . .
. . . . *dixi ad Orcum transibo:*
Invenire propriam Felicitatem apud te.
Claudius medicus Agathinus hanc posuit
Imaginem, Felicitatis testem honestatis.

Maffæjus vero, lacunam (de qua tamen nullum in lapide vestigium cernimus) ita, ut poterat, supplevit

Penelopèn antiqua ætas celebravit honestam,
Haud minor hac, nostra Felicitas resonat.
Linquere cum vitam cuperet carum ante maritum,
Audiit orantem sæpe, deditque Deus.
Ergo meam quoque Pluto audi, quæ justior illa
Prex est, dum non ut præmoriar, rogito;
At cum decedam, sedesque invisam Acherontis,
Te prope ut aspiciam conjugis ora meæ.
Claudius hanc medicus posuit mærens Agathinus,
Testem virtutis conjugis effigiem.

ΠΛΟΥΤΩΝ. Plutonem a Pluto diferre perhibent Mythologi, probatque Gyraldus in *Hist. Deor.* syntag. VI. De Plutone, hæc Parcæ apud Claudianum de R.P. lib. I.

Arbiter, umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina; qui finem cunctis, & semina præbes,
Nascendique vices alterna morte rependis,
Qui vitam letumque regis.

Hic pauper dicitur a Quintiliano, aliisque. Plutus vero divitiarum Deus ab antiquis censebatur; quapropter maximum inter *Plutonem* & *Plutum* discrimen interesse patet. De mortis desiderio, quo interdum superstites videntur teneri, aliquid diximus in notis ad N. 1248.

Ex istis Medicus hic noster est, qui transitum ad Orcum exoptare testatur. Ita Atimetus (Tom. II. N. 509.) extinctam uxorem deflens, hæc tenerima quidem ac nunquam laudata satis verba pronunciat

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus;
Quantulacumque meæ debentur tempora vitæ
Pensassem pro te, cara Homonoja libens
At nunc quod possum fugiam lucemque Deosque,
Ut te matura per styga morte sequar.

Eadem vota elicuisse VlpiamCandidam L.Cassii Naucleri uxorem colligo ex marmore Reinesiano cl. XIV. ubi sic. SI.MECVM.CONIVNX.VIVERE.NOLVERAS.AD.STYGA. PERPETVA. VEL. RATE. FVNEREA.VTINAM.TECVM.COMITATA. FVISSEM.

ΚΛΑΥΔΙΟϹ. Claudium alterum, non Agathinum, sed Agathemerum, pariter Medicum, habes inter marmora Oxoniensia.

ΕΙΚΟΝΑ. Innumeri fere, Sarcophagi, cippi, urnæque, defunctorum imaginibus decoratæ, quæ Romæ potissimum conspiciuntur, quanta tum proprios, tum parentum, conjugum, liberorum &c. vultus æternandi cupiditas apud antiquos fuerit, satis docent. Eamdem invaluisse consuetudinem apud Ægyptios, Etruscos, Græcosque, innunt monu-

numenta quæ in eruditorum libris laudantur. Adi Gorium in *Muſ. Etr.* Tom. III. *Diſſ.* 2. Paſſerium in Diſſ. *de Tegul.*

Є. Litteræ *e* ſic lunatam in uſu fuiſſe apud Græcos tempore Domitiani, apud Latinos vero, ſub Juſtiniano, & Juſtino, contendit Sponius in *Miſc. erud. Ant.* ſect. VIII. Sed vide quæ de ha c ſententia diximus T. III. N. 662. p. 44. 45.

1272.

ΚΗΡΥΞΚΑΙΤΑΦΟCЄΙΜΙ
ΒΡΟΤΟΥΠΑΡΟCΑΡΧЄΧΟΡΟΙΟ
ЄΥΤΥΧΟΥCΑΙΑΖΟΝΚΗ
ΡΑΜΙΝΥΝΘΑΜΙΟΝ
ΟCΘΝΗΤΟΙCΨΥΧΗΝΠЄΙ
CΑCЄΠΙCωΜΑCΙΝЄΛΘЄΙΝ
ΤΗΝΑΥΤΟΥΜЄΛЄΟCΟΥΚΑΝ
ЄΠЄΙCЄΜΕΝΕΙΝ

Κώρυξ καὶ τάφος εἰμὶ βροτοῦ παρὸς ἀρχεχοροῖο
Εὐτύχους αἰάζων κῆρα μινυνθάδιον
Ὃς θνητοῖς ψυχὴν πάσας ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν
τὴν αὐτοῦ μέλεος, οὐκ ἂν ἔπεισε μένειν.

Metricum hoc Epitaphium latinitate donavit Benedictus Egius, ſic

Sum præco excelſi Felicis, & urna Choragi
Cui vitam exiguam fata dediſſe queror.
Qui potuit revocare animas in corpora cantu
Mellifluo, tenuit non tamen ipſe ſuam.

ΑΡΧЄΧΟΡΟΙΟ. *Archechorus* dicitur chori princeps, ab Ἄρχων, & χορος, alias Choragus, quem nonnulli italice reddunt *Maeſtro di Cappella*, in ſuamque partem traducunt illud Svetonii *in Aug.* cap. 70.

Quum primum iſtorum conduxit menſa Choragum.

Ipſe vero in Torrentii Græviique ſententia ſum, verbum ſcilicet *Choragum*, heic, non ad virum aliquem choros moderantem, ſed ad virum ſcenicos conducentem ludos, eſſe referendum: ea etenim voce, Auguſtus ab anonymo ſatyrice deſignatur, quaſi Deos Deaſque in cœnam, quæ vulgo δωδεκάθεος vocabatur, non aliter quam uti in ſcenam Choragi ſolent, induxiſſet. Sane *Choragi* erant qui ſuis ſumptibus ludos edebant: *Choragium*, ludorum apparatus. Hinc Plautus in *Perſ.* Act. I. ſc. 2.

Ρόθεν *ornamenta* ? *ab Chorago ſumito*:
Dare debet

& in *Trinum.* Act. IV. ſc. 2.

——— *ornamenta a Chorago hac ſumpſi.*

Contra, Demoſthenes, ſenſu quidem chori principis, atque moderatoris, *Choragus* a Plutarco in vitis X. *Rhet.* appellatur. Sed utrumque poſſe conciliari autumo, ſi verba attendantur Demetrii Byzantini, qui hæc apud Athenæum lib. XIV. profert. *Choragi dicti ſunt, non ut ſeculo noſtro qui Choros conducunt, ſed chori duces & præfecti*: quæ ſane verba ſatis oſtendunt eadem fuiſſe voce appellatos tum illos, a quibus chori mercede conducebantur, tum iſtos, qui choris canentium præerant: immo vero & chorearum ductores *Choragos* nuncupatos teſtatur antiqui Smyrnæi aut Epheſii marmoris fruſtum a Bimardo in lucem editum, in quo Antimachi Jaſonis F. Choragi Pyrriche eſt mentio, ſic

ΧΟΡΗΓΟΙ ΠΥΡΡΙΧΗΣ
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ ΙΑΣΟΝΟΣ.

Verumtamen, neque prætermittendum in Sponianis Miſcell. p. 369. marmor reperiri

ex quo eos, quos heic nos Choragos appellamus, *Nomodictos*, ideſt *cantilenarum moderatores* vocatos etiam fuiſſe apparet, quemadmodum de Aulo Œneo tragœdo eximio, & de Tib. Claudio Agathemero ibidem laudatis legitur. Canentium autem chororum auctorem fuiſſe Sicadam Argivum ſcribit Plutarcus in *Comm. de Muſica*, ibique tradit eos a Philamone Delpho omnium primo fuiſse in templis inſtitutos. Γυμνοπαιδείαν, chorum puerorum canentium, Apollini dicatum aſſerit Joſeph Scaliger *Animad.* in Chronol. Euſebii pag. 80. *Edit. Amſtel.* 1658. Noſter igitur ΕΥΤΥΧΗϹ, dux & moderator chori fuit, ut ex ipſo epitaphii contextu plane colligitur Verum, etſi *Choragi* fuerint chororum muſicorum principes, male redduntur *Maeſtri di cappella*; nam illi alienos etiam hymnos, & ſtrophas muſicas canebant, ac cantantium voces, quaſi Phonaſci moderabantur; iſti vero muſicam faciunt, nec canunt, ſed modos tantum muſicos ducunt atque dirigunt; qnod italice dicimus *comporre*, et *far la battuta*.

ΟϹ ΘΝΗΤΟΙϹ ΨΥΧΗΝ &c. Elegantiſſimum quidem diſtichon, ſed *plenum ſuperbiæ Campanæ*, ut de Nævii epitaphio dixit Gellius *Noct. Att.* lib. I.

ЄΥΤΥΧΟΥϹ. Egius, uti vidimus, interpretatur *Felicis*; ſed minus recte, nam heic Εὐτύχης proprium eſt Græci viri nomen.

1273.

ΜΝΗΜΗΝ ΤΗϹ ΙΔΙΑϹ ΓΑΜΕΤΗϹ ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΤΡΕΠΤΟΝ
ΕΝ ϹΤΕΡΝΟΙϹΙΝ ΕΧΩΝ ΙΔΙΟϹ ΠΟϹΙϹ ΩΝ ΕΤΙ ΖΩΟϹ
ΕΤΩ ΕΦΥ ϹΤΥΛΑΙϹ ΠΑΡΟΔΟΙ ΠΟΡΕΤΟΥ Θ ΥΠΕΤΡΑ Α
ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΤΥΠΟϹ ΗΝ ΑΥΤΗ ΧΡΥϹΗϹ ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ
ΕΙΧΕ ΔΕ ΚΑΙ ΨΥΧΕΝ Α ΦΕΛΗ ϹΤΕΡΝΟΙϹΙ ΜΕΝΟΥϹΑΝ
ΗΝ ΑΓΑΘΗ ΝΟΜΙΜΟΙϹ ΔΕ ΘΕΟΥ ΠΑΡΕΓΕΙΝΕΤΟ ΠΑϹΙΝ
ΟΥΔΕΝ ΟΛΩϹ ΠΑΡΕΒΑΙΝΕ ΧΑΡΙΖΕΤΟ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΙϹΙΝ
ΔΟΥΛΙϹ ΥΠΑΡΧΟΥϹΑ ϹΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΝ ΕΛΕΥΘΡΟΝ ΕϹΧΕΝ
ΖΩΟΥϹ ΤΡΕΙϹ ΕΚΙΗϹΕ ΓΟΝΟΥϹ ΜΗΤΗΡ ΕΓΕΝΗΘΗ
ΔΙϹϹΩΝ ΑΡΡΕΝΙΧΩΝ ΤΟ ΔΕ ΘΗΛΥ ΤΙΙΤΟΝ ΚΑΤΙΔΟΥϹΑ
ΗΟΥϹ ΕΝΔΕΚΑΤΗϹ ΕΛΙΠΕ ΨΥΧΗΝ ΑΜΕΡΙΜΝΩϹ
ΚΑΛΛΟϹ ΔΑΥΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΜΑΖΟΝΟϹ ΕϹΧΕΝ ΑΠΙϹΤΟΝ
ΩϹΤΕ ΝΕΚΡΑϹ ΠΛΕΟΝ Η ΖΟϹΗϹ ΕΙϹ ΕΡΩΤΑ ΦΕΡΕϹΘΑΙ
ΕΙΚΟϹΤΟΝ ΔΕ ΒΙΩϹΑϹΑΝ ΑΦΕΛΩϹ ΙΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΜΑΡΚΙΑΝ ΤΗΝ ΕΛΙΚΗΝ ΖΟΦΕΡΟϹ ΤΑΦΟϹ ΕΝΘΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ

Hoc Marciæ Helices epitaphium, ab amantiſſimo ejus viro ægerimè exaratum, primò latinum (proſaicum tamen) cl. Fabrettus, metricum dein cl. Bonada fecerunt, ſumma elegantia, parique fidelitate; itaque utriuſque edere verſionem operæ pretium exiſtimo. Fabrettus, cujus olim erat juris ipſemet Lapis, ſic vertit cap. x. p. 724.

Monumentum propriæ conjugis poſt fatum immutabile
(Eam) *in pectore ſervans ſuus maritus adhuc ſuperſtes* (poſuit)
Quod eſt extra ordinem cipporum viæ vero lapis I
Primum quidem typus erat iſta aureæ Veneris.

Ha-

Habebat enim animam simplicem in pectore manentem.
Erat proba, institutis Dei intererat omnibus,
Nullumque penitus violabat, miseris auxiliabatur:
Serva cum esset, liberæ coronam obtinuit.
Vivos tres enixa est fœtus mater facta,
Duorum marium; fœminam vero, cum vidisset
Undecima aurora, efflavit animam sine sollicitudine:
Pulchritudinem autem Amazonis post mortem servavit incredibilem
Adeo, ut in amorem defunctæ plusquam vivæ traheret
Cum vigesimum vixisset probe annum-
Martiam Helicem tenebrosum sepulcrum hic abscondit.

Bonada *Carm. ex ant. lapid.* Cl. XI. p. 544. sic apposite servato Græcorum carminum numero.

Conjugis usque memor post immutabile fatum
Illam corde fovens vir carmine honorat, & extra
Cipporum seriem, lapis est ubi primus ab urbe
Illa quidem fuerat Veneris typus inclitus aureæ,
Cui simplex animo pudibundo in corde manebat:
Lux probitatis erat, sacris aderatque Deorum
Omnibus: haud ulli gravis, officiosa misellis;
Servaque quum fuerit meruit ceu sponsa coronam
Libera; tres foetus vivos enixa duorum
Facta parens marium, vidisset quumque puellam
Undecima auroræ vitam aut gemebunda reliquit.
Defuncta, & speciem servavit Amazonis & plus,
Credite, in extinctæ, quam vivæ traxit amorem
Postquam olli fluxit castæ vicesimus annus,
Marcia in hoc Helice tenebroso est condita saxo.

ΕΤΩ ΕΦΤ. Lego Ἔξω, ἔφη, στήλαις παρ᾽, ὁδοιπόρε. Extra ordinem cipporum, qui simul communiter in unjuscujusque Familiæ monumento collocabantur, Marciæ cippus situs est, ut inscriptum in eo elogium a viatoribus perlegeretur. Juxta vias publicas sepulcra collocare Romanos consuevisse, neminem latet.

Θ ΤΠΕΡΑ Α. Primo ab Urbe lapide posuit; qua vero via, reticetur; viam namque, cippum intuentibus indicare supervacaneum, ne deridiculum dicam, omnino fuisset. Si Fabrettus, (lapidis nostri, ut innui, possessor) locum ubi repertus est significasset, via fortasse nobis quoquè innotesceret. Interim observabimus his verbis assertum illorum everti, qui primi milliarii mensionem non a mœniis, sed ab urbis umbilico desumendam contendunt. Me quidem in eruditissimi Didaci Revillas sententia esse profiteor, quam heic afferam „ Siccome sono persuaso „ inquit is in *Differt.* de *Milliario aureo* „ che la „ maniera comunemente praticata di esprimere le distanze dei luoghi *Primo, secundo* &c. *ab Urbe lapide* sia antichissima, e „ prima dei tempi d'Augusto; così credo, „ che incominciata a praticarsi dopo stabilite da Gracco le colonne milliarie, dimostri chiaramente, che dalle mura, e non „ dall' ombilico di Roma ei principiò le sue „ misure. Altrimenti, ritrovandosi (attesa „ la grandezza di Roma) le colonne almeno del primo miglio in quasi tutte le vie „ militari, dentro le mura della Città, come si sarebbe potuto dire, senza grandissima improprietà di parlare, *primo ab Urbe lapide*? Hæc profecto nostro apprime conveniunt marmori, in quo ideo epitaphiographus se condidisse uxorem I. ab V. L. asseruit, quia primum lapidem extra mœnia positum agnoverat. Primus enim milliarius, a milliario aureo dimetitus, ne ad pomœrium quidnm Urbis pervenisset.

ΗΝ ΑΓΑΘΗ &c. Bonam uxorem ac tot dotibus claram, amisisse merito queritatur Vir ejus. Nam ut Hesiodus cecinit

Haud uxore bona quicquam felicius ulli,
Tertius haud quicquam prava contingere possit

& Euripide (in *Menalip. captiva*) teste

Mala inveniri fœmina pejus queat
Nihil; bonaque melius, optare nihil.

Utinam, eam quam pro Diis oculos habentibus, & non videntibus, virtutem pietatemque Marcia prosequebatur, pro Deo vivo, & vero coluisset. Fœminæ equidem simplici, pudicæ, moribus probæ, miseris auxiliari propensæ, omnibus denique Dei institutis obtemperanti, nihil defuit præter Christianæ religionis agnitionem, quam agnoscere mœruit Cor-

nelius ille Centurio, cujus eleemosynas ascendisse in memoriam in conspectu Dei acta Apostolica testantur. Non enim est Deus acceptor personarum. Sed, ut in viam redeam, dolentem hunc virum solari fortasse potuisset Seneca, qui in *excerp.* edit. Elziv. 1658. hæc profert. *Uxorem bonam amisi. Utrum inveneras bonam, an feceras? Si inveneras, habere te adhuc posse ex hoc intelligas licet, quod habuisti. Si feceras, bene spera, res periit, salvus est artifex. Quid in illa probas? Pudicitiam? quam multæ diu custoditam perdidere? Decus? quam multæ, inter probatas matronalis ordinis esse cœperunt, postea inter exempla mutatarum? delectabat te fides ejus? quam multas ex optimis conjugibus, pessimas videmus? ex diligentissimis, solutissimas? Si bonam uxorem habuisti, non potes affirmare in illo eam permansuram fuisse proposito.*

ΤΥΠΟC. Uxore Veneris Aphroditis typo, nemo, ut opinor, contentus foret. Eo magis quod *Aphrodisii* appellatio, eos designet, qui in venerem præcipites sunt. Advertendum tamen, veteres, præter Venerem illam popularem, meretriciæ artis inventricem, & magistram, de qua Lactantius Div. Inst. lib. I. aliam coluisse, quam Græci *Apostrophiam* cognominarunt, Romani *Verticordiam*, sic dictam, quod corda ad pudicitiam verteret, ut ex Val. Max. lib. VIII. & Jul. Obsequente *de Prod.* cap. 97. Quinimo compertum est simulacrum Veneri Verticordiæ, Senatum, consultis libris sybillinis, consecravisse: unde Ovidius *Fast.* lib. IV.

Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est
Cumæam, veteres, consuluistis anum.
Templa jubet fieri Veneri; quibus ordine factis,
Inde Venus, verso nomine corda tenet.

castam insuper bonamque sanctamque Venerem prædicavit Catullus, qui Epigr. 67.

Et Veneris casto collocat in gremio

Epigr. 62.

Dux bonæ Veneris, boni
Conjugator amoris

& Epigr. 69.

Quem neque sancta venus &c.

Adi tandem Propertium lib. II. El. 32. ubi Venerem, *quamvis corruptam libidine Martis*, in cœlo tamen semper honestam fuisse, impudentissime asserit.

ΧΡΥCΗC. Hinc Maritus, cujus Veneris typus uxor esset, sollicite declarat; *Aureæ* scilicet Veneris, cui *Aphroditis* cognomentum adsignat, de quo Tullius: *Venus a Græcis* ἀφροδίτη *nuncupata est ab* ἀφρῶ *idest spuma, quod ex* Urani, *idest* Cœli *testiculis & maris spuma ipsa nata fingatur.* Idcirco reprehendendus Svidas a quo Ἀφροδίτη cognominatur Venus illa pectinem ferens, quam Romani apposite *Calvam* dixerunt. Ceterum *auream* Venerem appellavit Virgilius lib. x.

——— *at non Venus aurea contra*
Pauca refert.

qualem Anacreon canit esse Venerem, idest *purpuream & auro similem.* Ab Homero ΠΟΛΥΧΡΥCΗC cognominatur: Pindarus in *Pyth.* eamdem ΑΡΓΥΡΟΠΟΔΑΝ vocat. Templa, aut Fana fuisse a Paganis *aureæ* huic Veneri excitata nemo tradit: campum vero Momemphis habuisse, refert Eusebius *Præp. Evang.* lib. x. cap. 8. ubi, *Venus*, inquit, *ab indigenis* AVREA, *pervetusto quodam more nuncupatur, adeoque campus propter Momemphim erat* VENERIS AVREAE *appellatus.*

ΑΜΕΡΙΜΝΩC. Prægelida quippe animadversio; nam quis hercle, undecim vix dies natus, cum sollicitudine animam agit?

ΑΜΑΖΟΝΟC. Amazones quæ primum ad Tanaim, dein ad Thermodoonta Scythiam incoluere, ob bellica facinora animique virtutem ab historicis & poetis celebratæ utique fuerunt; ob formam vero, bonosque mores, a nemine. Cur igitur Anonymus noster uxorem suam Amazonibus comparare excogitarit, Lectori divinandum relinquo. Scio tamen Amazonibus comparatam fuisse ab Apulejo *Met.* lib. VII. Pompejam Plotinam, quæ & pudicitiam domi servavit, & foris animi fortitudine etiam in castris claruit. *Uxor ejus* (Trajani) *Plotina raræ fidei, & singularis pudicitiæ fœmina, quæ decimo partus stipendio viri familiam fundaverat, spretis atque contemptis urbicæ luxuriæ deliciis, fugientis comes, & infortunii socia, tonso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, preciosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus, & gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, & pro Ma-*

Mariti salute pervigilem curam sustinens, ærumnas assiduas masculo sustinebat ingenio. Huc usque Apulejus: ad trutinam tamen narrationem hanc revocandam arbitror. Adi Beroaldum *in Comment.* Venus sic, teste Plutarco *de fort. Roman.* ubi Eurotam transiit, mundo muliebri, cestoque depositis in Lycurgi gratiam hastam & scutum sumpsit: hinc illud Ausonii

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.

At bellicæ virtutis specimen (ita ut Vir eam Veneri simul, & Amazonibus quiret comparare) dedisse fœminam, ter puerperam, ac vicesimo ætatis anno extinctam, opinari nequit.

ΝΕΚΡΑC ΠΑΕΟΝ. Pulchriorem defunctam, quam vivam conjugem suam, uxorius vir iste delirus, dicit: sed credat id Judæus Apella. Formam insuper cadaveris contemplari collaudareque prope Neronianum est. Adi Tacitum Ann. lib. XIV. ubi de Nerone, defunctæ matris corporis formam laudante, loquitur. Attamen hujusce hiperbolis tanta mihi videtur alacritas, ut eam nunquam satis admirari posse censeam.

ΕΛΙΚΗΝ. Nomen fortasse a patria. *Helice* enim urbs erat Achajæ teste Pausania *Eliac.* lib. I.

1274.

Θ. ΚΑ·
ΚΛ· CωΚΡΑΤΙ
Α·Τ·Α· CωΚΡΑ
ΤΗ· ΥΙωΓΛΥ
CΥΤΑΤω· Μ·
ΧΑΡΙΝ· ΖΕΤ·
· Γ· Μ· ΙΑ·Η·ΙΒ

Θ. ΚΑ. Dis *subterraneis* (ut passim) *Claudia Socratia Tito Aulo Socrati filio dulcissimo memoriæ gratia, vixit annos tres menses undecim, dies duodecim*. Cl. Maffæjus in opusculo de siglis Græcorum a Jul. Caes. Becellio typis consignato, hanc inscriptionem retulit, sed mendose. Scribit enim Κ pro Χ in ΧΑΡΙΝ & in ΓΛΥCΥΤΑΤω pro G. Legit insuper SORATIA, & SORATI contra fidem autographi, in quo CωΚΡΑΤΙΑ, & CΟΚΡΑΤΙ. Demum nota Α in prænomine Socratis interpretatur *Aurelio*, quod insolens omnino, præsertim in lapidibus in quibus Aurelii nomen, si latinè, per AVR; si græcè, per ΑΥΡ constanter indicatur. Ad hoc fortasse respexit Maffæjus, ne scilicet duo tribuerentur Socrati prænomina: verum id haud novum in numismatis, in quibus gens Sulpicia duo prænomina præfert; modo *Marci*, simul & *Servii*, ut M. SER Sulpicius Rufus; modo *Publii* & *Servii*, ut P. SER. Sulpicius Rufus; modo *Lucii & Servii*, ut L. SER. Rufus. Ita in saxis, gens Claudia non semel duplici prænomine decorata reperitur. C. APPIVS, & CN. APPIVS, & SEX. APPIVS & L. APPIVS omnes *Claudii*; ne vero a prænominibus *Titi* & *Auli* discedamus, apud Gruterum p. 760. habetur TI. AVLVS *Onesiphorus*, & p. 860. *Vitalis*. Nova utique mihi sunt commata, sive virgulæ in titulo Græcè inscripto: ea enim in Græcis lapidibus deprehendi haud crediderim: attamen, me nunquam ea observasse, ratio non est ut credatur nullibi reperiri, quod sane nemo affirmare poterit, nisi omnibus perspectis Græcorum inscriptionibus. Porro locus ille Senecæ *Epist.* XL. ad quem provocat Cellarius in *Orthogr.* lat. p. 55. *in Græcis hanc licentiam tuleris*, nihil penitus probat; nam Seneca non de *virgulis*, sed de *punctis* loquitur, uti ex immediate sequentibus, *nos etiam cum scribimus, interpungere consuevimus*, perspicuum est.

ΘΕ-

1275.

ΘЄΟΙЄΚΑΤΑΧ
ΘѠΝΙΟΙC
ΔΙѠΝΥCΙC·
ΔΙѠΝΥ·Τ·Α·ΤΙ.
ΑΔЄΛΦѠ ΠΟ^ΕΙ
ЄΖΗCЄC ЄΤΗ ΙΗ

ΘЄΟΙC ΗΑΤΑΧΘѠΝΙΟΙC. *Dis infernalibus*, *seu subterraneis*. Sic in epitaphiis græcè exaratis, ideſt vel ſolutè ut heic, vel K. KA. KATA. KATAX. quæ omnia Θεοῖς καταχθονίοις indicant. In lapide tamen quem alias edidimus licet Græco, cernuntur latinorum notæ D. M. & ſic in lapide quamvis latino, Græcorum ſiglæ Θ. K. apud Lupium p.105. ubi

Θ K
CELESTINA

Quin etiam in titulis Chriſtianorum impia hæc invocatio interdum deprehenditur eiſdem expreſſa ſiglis Θ. K. ut in cœmeterio S. Hermetis vidit idem Lupius, quemadmodum jam ante in alio pariter Chriſtiani viri titulo, ſe D. M. vidiſſe refert *loc. cit.*

ΔΙѠΝΥ.Τ. Α. ΤΙ. Aut error eſt in elementis, aut legendum *Dionyſiati*. Habemus Dionem, Dionyſium, Dionyſodorum, quare non et Dionyſiatum? in lapide Fabrettiano, *Hermiæ* nomen, tertio caſu EPMIATI poſitum video; TI pro TE ut notat Placentinius p.81. Legerem ergo *Dionyſius Dionyſiati fratri poſuit*, qui ЄΖΗCЄC *vixit* ЄΤΗ ΙΗ annos novem.

1276.

D M
ΑΥΡΗΛΙѠ
ΠΟΛΥΔЄΥΚΗ
CΥΝΧΑΙΡѠΝ ΦΗ
ΚΙΤ ΦΙΛΙΟΥC

Aurelio Polydeuce Synchaerion fecit filius. Elementa græca, latinas voces FECIT & FILIVS exprimentia, heic, ut in aliis lapidibus habentur. Ita in epitaphio S.Severæ multoties laudato ΒЄΝЄΡЄC *Veneris*, ΛΟΥΝΑ *luna*, CANKTѠ *ſancto*. At bilingues inſcriptiones complures attulimus in notis ad votivam A. Caſſi Eutychis tabulam.

ΡΟΛΥΔЄΥΚΗ. *Pollodukicem*, ſeu *Polydeucem*, uti emendat Gorius tom. II. p.59. imperante Domitiano vixiſſe eruitur e ſaxo Senenſi apud eumdem Gorium ibid. *Polydeucem*, AVG. DISP. nominatur in lapide a Joſ.Rocco Vulpio Tiburi invento. Ejuſdem denique nominis virum habemus in inſcriptione CYPARENI ORNATRICI poſita, quam in peculiari *de Ornatricibus* opuſculo illuſtravimus pag. 5.

TO-

1277.

ΤΟΥΟΤΟ. ΜΝΗΜΕΙΟΝ
...ΘΗΚΕΝ ∽ Μ ∽ ΟΥΛΠΙΟϹ
ΗΡΩΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥ ∽
ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΦΛΑΟΥΑΙ
ΔΟΣΗ· ϹΥΜΒΙΩΙ ΚΑΙ ∽
ΦΛΑΟΥΙΩΙ·ΤΕΛΕϹΕΙΝΩ. ΥΙΩ.
ΑΥΤΗϹ ... ΛΕΥ· ΘΕΡΟΙϹ
ΚΛ ΑΠΕ ... ΚΑΙ· ΤΩΝ·ΜΕΤΑ
... ΙΤΩΝ

Excisum, ac in pluribus mancum hoc marmor sic lego. *Hoc monumentum posuit M. Ulpius Eron Alexandrinus sibi & Flaviæ Dose conjugi & Flavio Telesino filio annorum...* Reliqua interpretari, vel supplere, divinare est, & operam ludere.

ΤΕΛΕϹΕΙΝΟ. Sunt qui *Telesini* nomen græce scribunt per Θ, nempe ΘΕΛΕϹΕΙΝΟ: verumtamen pro nostro hoc lapide stat Philostratus, a quo in vita Apollonii Thianæi cap. XIII. scribitur Τελεσῖνος. Ex latinis itidem C. Tacitus habet L. *Telesinum*, ut in inscriptione Gruteri p. 1102. & apud Frontinum *de Aquæduct.* p. 119.

1278.

ΠΑΠΕΙΡΙΟ ΗΡΑΚΛΕΙ
ΤΩ ΛΑΡΑΝΔΕΙ ϹΟΦΙ
ϹΤΗ ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΟϹ ΚΑΙ ΝΕΟΝ
ΤΩΧΡΗϹΤΩ ΠΑ·ΤΡΩΝΩ

Papirio Eraclito Larandi (filio) *sophistæ Apollonius*, *& Neon optimo Patrono* fecit. Aristophanes, *Sophistæ* nomen omnibus illis tribuebat, qui cujuscumque artis periti erant, ita ut etiam tibicines, musicos, & meteorologos, *sophistas* vocarit, de quibus

ὅτιὴ πλεῖςος αὗται σοφιςάς

Quia plurimos nubes *istæ sophistas pascunt*. Alter immo Comicus, poetam Bacchylidem, *sophistæ* nomine decoravit. Porro magno quondam in honore fuisse sophistas intelliges, si Philostratum adeas in *vitis Sophistarum*, in quibus LVII. insignes sapientia viros merito celebratos reperies, quales fuere, (præter Aphtonium, cujus Progymnasmata circumferuntur, & Protagoram Abderitem a Tullio commendatum) Scopelianus, Adrianus Phœnicius, Theodotus, Apollonius Atheniensis, Naucrates, qui aliquando suggestum, seu cathedram, tum Rhetoricam, tum Politicam, Athenis obtinuerunt. Postmodum vero, cum titulus hic ab aretalogis, & pseudodoxis usurparetur, adeo in invidiam abiit, ut eos Plato *venatores* appellaret, *ad capiendos animos juvenum paratos*. Hac profecto de caussa eos Romani urbe ejecerunt, auctore Athenæo qui *Deipnosoph.* lib. XIII. *Romani*, inquit, *omnium omnibus in rebus præstantissimi, atque optimi, Sophistas, quod juvenes corrumperent, ejecerunt urbe*. Aristoteles, scientiam gubernandarum rerum publicarum sui ævi sophistas professos fuis-

fuisse asserit: *quamvis*, ait *Ethic.* lib. x. *ex iis nullus rempublicam gereret*. Plutarcus etiam eos carpit in Opusc. *de Audit.* ubi hæc, *Quod quidem de sophistis, non injuria sentiunt Philosophi; ubi enim de suggestu descenderunt* (sophistæ), *librosque deposuerunt, in seriis vitæ rationibus explicandis jejuni sunt, & vulgo nihilo meliores*. In Sympoſiacorum vero libro I. sophistico morbo laborantibus, Homericum illud remedium festive proponit

... *Ite ad cœnam ut pugnandi copia detur*.

Nobis quidem, *sophystice* in disputando loqui, est veritatem *argumentosis* magis, quam *validis* gravibusque rationibus impugnare.

1279.

ΜΣ.... Α....
CΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙC CΥΝΝΑΟ....
Ο....
ΑΡΥ....
ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ. ΕΝΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑ . ΔΥΟ
Α. ΚΑCCΙΟC
ΕΥΤΥΧΗC
ΝΗΩΚΟΡΟC ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
CΑΡΑΠΙΔΟC
ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙCΤΙΑC
ΑΝΕΘΗ...Ν.. ΕΠ ΑΓΑΘΩ
PERMISSV
C. NASENNI
MARCELLI
PONTIFICIS. VOLCAN
AEDIVM. SACRARVM
Q. LOLLI. RVFI. CHRYSIDIAN
ET. M. AEMILI. VITALIS
CREPEREIANI. II. VIR

Antequam ad ea aggrediar, quæ magis mihi in hoc saxo notatu digna videntur, monendum censeo idem reperiri apud Mazochium in *epigr. urbe* pag. 158., Gruterum pag. 318. Piccartum in *schedis*. Reinesium pag. 200. Sponium in *Miscell*, pag. 340., Dalenum in *Dissert.* IV., atque bis apud Fabrettum nempe Cap. VI. p. 493. & Cap. X. p. 746. Sed monendum pariter *dimidiatum* a Mazochio & Grutero fuisse editum, præterita scilicet parte Græce inscripta, ac latina tantum vulgata, & quidem mendose. A Piccarto *deformatum*, potissimum in prima linea, ubi ΔΙΙ scribit ΗΑΙΞΟΞΙΛΑΩ pro ΔΙΙ. ΗΛΙΟ. ΜΕΓΑΛΩ. A Reinesio obtruncatum, latina nimirum parte penitus omissa, quod latinam ad græcam minime pertinere incuriose censuerit. A Sponio *depravatum*, atque non ea tantum parte suppressa, quæ revera in autographo hisce diebus desideratur, sed quatuor etiam præteritis lineis, quæ adhuc ibidem (licet imperfecte) visuntur. A Daleno *corrup-*

ruptum, omnibusque refertum mendis, quibus Sponiana, & Reinesiana scatent exemplaria. A Fabretto tandem *integrum*, quo modo eum in hortis Justinianæis viderat, sed haud omnino mendis expers. Erravit enim cum Cassio (qui in autographo *Aulus* dicitur) *Lucii* prænomen adsignavit. Erravit in voce ΕΝΠΥΡΟΝ quam recte Cap. VI. scripserat i. e. ΕΝΥΡΟΝ & in voce ΚΡΙΠΤΙΔΕΙΟΝ pro ΚΡΗΠΙΑΔΕΙΟΝ ut scribit Reinesius. Erravit Cap. VI. ubi verba ΥΠΕΡ ЄΥΧΑΡΙϹΤΙΑϹ prorsus omisit, quæ tamen Cap. X. exacte retulit. Erravit demum in cognomine C. Nasenni, quem tum Cap. VI. tum cap. X. cognominavit *Marullum*, contra fidem autographi, in quo patenter habetur MARCELLI. Ipse vero fragmentum Capitolinum pro ut hodie visitur retuli Cap. I. rursusque heic edere debui. Nunc autem integrum lapidem (uti repertus est exscriptusque a Fabretto), emendatumque referam.

ΔΙΙ . ΗΛΙΩ . ΜΕΓΑΛΩ
ϹΑΡΑΠΙΔΙ . ΚΑΙ . ΤΟΙϹ . ϹΥΝΝΑΟΙϹ
ΘΕΟΙϹ . ΤΟ . ΚΡΗΠΙΑΔΕΙΟΝ . ΛΑΜΠΑΔΑ
ΑΡΓΥΡΑΝ . ΒΩΜΟΥϹ . ΤΡΕΙϹ . ΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ
ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ ΕΝΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑ . ΔΥΟ
Α . ΚΑϹϹΙΟϹ
ΕΥΤΥΚΗϹ
ΝΕΩΚΟΡΟϹ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ
ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙϹΤΙΑϹ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ . ΕΠΑΓΑΘΩ
PERMISSV
C . NASENNI
MARCELLI
&c. &c.

Jovi soli Magno Sarapidi, & cum Diis sociis basem, lampadem argenteam multimyxam, aras tres, thuribulum accensum, aptumve ad continendum ignem, (legi enim debet ΕΜΠΥΡΟΝ cum Fabretto, invito tamen autographi auctore qui scripsit ΕΝΥΡΟΝ) *subsellia duo. L. Cassius Eutyches æditúus Dii magni Sarapidis ad gratiarum actiones posuit in bono.*

ΗΛΙΩ. Sic etiam in græco lapide apud Lipsium p. XVII.

ΔΙΙ . ΗΛΙΩ
ΜΕΓΑΛΩ
ϹΑΡΑΠΙΔΙ

& in alio latine inscripto p. XXXII.

SOL . SERAPI

Dorice ἀέλιος, sed communiter cum adspiratione: hinc *Heliades*, solis sorores.

ΜΕΓΑΛΩ. Non a Græcis tantum, sed a Romanis etiam Serapis vocabatur MAGNVS; cum hi enim exterarum nationum Deos evocarent, atque in suos adoptarent, veteribus eos titulis, alienæ superstitionis æmuli, constanter honorabant, ut votiva testatur inscriptio Romana apud Thomasinium *de Donar.* p. 220.

PRO SALVTE . IMP . CAES
M . AVR . ANTONINI . AVG
PII . FEL . P . P
VOTO . SVSCEPTO
DEI . MAGNI . SERAPIDIS
TEMPLVM . COLVMNIS
&c.

Verumtamen *Magni* cognomen, singulis fere Diis tributum fuisse nemo nescit. Præ cunctis vero Serapidi congruere videbatur, quod pro ipso Jove haberetur. Propterea a Juliano Imperat. *in epist. ad pop. Alexandr.* MAGNVS AC SANCTISSIMVS DEVS vocatur.

ϹΑΡΑΠΙΔΙ. In græcis monumentis assidue per A, *Sarapis*; in Latinis per E, *Serapis*. Apud Gruterum tamen p. 29. *Jovi soli invicto* SARAPIDI. V. Salm. Casaub. Deos, seu potius monstra omnia Ægyptiorum Romanos coluisse certum est. Lucanus *Pharſ.* lib. VIII. ingratam adversus Ægyptum

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideosque canes, & sistra jubentia luctus
Et quem tu plangens hominem testaris Osirim.

Minucius Felix in *Oct.* circa medium: *hæc tamen*,

men, inquit, *Ægyptiaca quondam, nunc & sacra etiam Romana sunt*. Cum enim populus Romanus Ægyptios reges in suam recepisset amicitiam, statim Serapidem colere cœpit. Variam tamen, ac modo propitiam, modo adversam fortunam Serapis expertus est. Ejus namque Fana evertit primo T. Æmilius Paullus A. U. C. 535. uti ex Dione liquet: secundo, Populus, jubente Senatu A. 701. Deumque extra pomærium ablegavit. Restitutus tamen est postmodom A. 711. a Triumviris, qui novum Serapidi Isidique templum decrevere, illudque forsitan, in quo Paulina id falso Anubidi ob superstitionem concessit, quod Mundo, licet ingentem pecuniam offerenti, denegaverat: hoc sane deprehenso flagitio, Tiberius Imp. templum demoliri, simulacra iu Tyberim mergi jussit, Sacerdotesque Isiacos in crucem egit, ut refert Josephus A. J. lib. XVIII. cap. 4. Hos tamen Deos exilio Rómanos iterum revocasse, non ex Juvenale tantum *Sat.* VI. *vers.* 488. sed ex allato Antoniniano, lapide votivo, aliisque monumentis patet.

Spurcissima hæc Ægyptiorum idola Christianos adorasse commentus est Adrianus cum scriberet: *illi qui Serapin colunt, Christiani sunt, & devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt*. Verba hæc refert Vopiscus in *Saturnino*, ex Adriani Aug. epistola ad Servianum cos. At si hoc de Judæis incredibile visum est Salmasio, Deylingio, aliisque, quis de Christianis credat? Adi Christianum Kortholtum in *Pagan. Obtrect.* p. 324.

CYNNAOIC. Diis scilicet, qui in eodem templo coluntur: Isidi, Osiridi, Anubidi, Harpocrati, Apidi. Aram sic inscriptam

DI SYNNAVI.

referunt Lipsius p. 32. & Gruterus p. 89. ideſt ni fallor, *Dii socii*. Sic pluribus nuptæ, *synnymphæ* ab Ægyptiis, teste Rhodigino Lib. XXVIII. cap. 24. vocabantur. At de Diis *Synnavis*, omnibus licet consultis mythographis, ne verbum quidem inveni. Ceterum, ut in nostro, sic in alio Reinesii saxo apud Dalenum Diss. IV. p. 302. legitur

CAPAΠIΔI . KAI . TOIC
CYNNAOIC ΘEOIC

ubi tamen de *synnavis* nihil, quemadmodum permulti solent summi Viri, qui perspicua vulgataque explicant, obscuriora vero, & exotica mira dexteritate prætereunt. Fortasse qui Synnavos Deos, *pantheos* appellaret, aut *synthronos* (sic apud Blanchinium scriptum reperio i. e. ΘЄOIC CYNΘPONOIC) non erraret.

KPHΠIAΔEION. Sic lapidem corrigit Reinesius cl. 1. 199. pag. 200. cui assentiri mihi ansam præbent ejusdem adnotationes eruditissimæ, quas consule. Tot autem anathemata in hac epigraphe congesta, Marmor inter votiva recensendum plane declarant. Omnium primum venit Basis, ideſt Cippus in quo statua collocabatur, in cujusque fronte inscriptiones ut plurimum sculpebantur. Plinius lib. XXXIV. *Jam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi ævo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur*. Id vero magis comprobant verba Tullii narrantis Taurominitanos abstulisse Verris statuam, Basim tamen in Foro manere voluisse; *quod gravius*, inquit, *in istum fore putabant, si scirent homines statuam ejus a Taurominitanis esse dejectam, quam si nullam unquam positam arbitrarentur*. Ex his quidem verbis, Verrinam illam basem inscriptam fuisse conjicio. Nostræ consimilem, Dianæ (non Veneri ut Thomasinius *de Donar.* cap. 29.) basem, Veneris Sallustianæ æditvos dedicasse, ex hac pervulgatissima inscriptione liquet

M. AVRELIVS PACORVS
M. COCCEIVS STRATOCLES
AEDITVI VENERIS HORTORVM
SALLVSTIANORVM. BASEM
CVM PAVIMENTO MARMORATO
DEANAE
D. D. D.

Crateram marmoream cum BASI SVA Herculi Victori oblatam innuit lapis Sponii *in Miscell.* Ita *Crateram argyrocorintham* CVM. BASI. SVAE.

SVAE. THYPOBASI (*cum basi sua*, *& hypobasi*) eidem Herculi sacram vidimus Tom. I. n.25. Tandem in Mus.Ver.p.XXXVIII.Q.Valerius Julianus Jovis Servatoris ΑΓΑΛΜΑΣΥΝ ΒΑΣΕΙ ΑΡΓΥΡΕ dedicavit. Has profecto bases nullo imposito signo fuisse oblatas credo, quemadmodum illa quam NAVI SALVIAE dicatam vidimus Tom.I.num.15. Cum vero basibus signa imponerentur, in titulo significabatur, ut in sequenti apud Thomasinium *de Donar.* cap.28.

NYMPHIS. SACR
L. TREBONIVS. PATERN
LIB. FORTVNATVS
VOTO. POSVIT
SIGNVM. CVM. BASI

& apud Reinesium Cl.I. 105.

NVMINI DOMVS AVGVSTAE
ET SANCTI SILVANI
SALVTARIS SACRVM &c.
IMAGINES ARGENT
PARASTATICAS CVM
SVIS ORNAMEMTIS ET
REGVLIS ET BASIBVS
ET CONCAMERATIONE
FERREA &c.

At Silvani sancti signum, basi impositum ab A. Cædicio Theophilo, vulgatumque a laudato Episcopo Æmoniensi *Op. cit.* cap. XXVI. accipe



ΛΑΜΠΑΔΑ. Si vera docet Salmasius in notis ad Florum, & rursus in notis ad Trebellium, *Lampada*, & *Lampas* veteres dixerunt, quemadmodum *Persida*, *Tritonida*, *Colchi-*

chida, *Leucada*, *Elida* pro Perfis, Tritonis, Colchis, Leucas, Elis. Tabulam hanc licet partim Græcé infcriptam, Romanam tamen effe pro certo habeo; alioquin A. Caffium inter Victores in celebri illo Græcorum certamine recenferem, quod λαμπαδοδρομία vocabatur, curfus fcilicet in quo lampades accenfæ manu geftabantur, certabaturque quis primus ad metam perveniret non extincta lampade. Verum etfi haud ignorem Romanos in quibufdam ludis accenfas tedas geftaffe, hunc tamen Lampadocurforium adhibuiffe certamen, nunquam audivi. Agi heic ergo cenfeo de lampade votiva, ab A.Caffio, Serapidi dicata ob eamdem fane cauffam, quæ cœtera obtulit; nempe quod eo favente Numine fanitatem recuperaffet. Serapis enim medicinæ Deus, immò inftitutor fuit, primufque Medicam artem, quæ gratuita erat, mercenariam fecit: hinc *in Eumenid.* M.Varro; *ego medicina Serapi*, vel ut legit Turnebus Adverf. lib. III. cap.8. *a Serapi utor*. Cicero *de Divinat.* lib. II. *An Æfculapius*, *an Serapis poteft præfcribere per fomnium curationem valetudinis*? Infcriptio tandem Doniana

ISIDI ET. SERAP
SACRVM
PRO. FILIOLI. SALVTE
SVSCEPTA
SAVRANA. FECIT

Lampades autem votivæ memorantur a Seneca tragico in *Agamemn.* Act. II. ubi Chorus

Tibi votivam matres Grajæ.
Lampada jactant.

Item Statius in Sylv. lib.IV. 8.

Votivam taciti quaffamus lampada myftæ

Lapis quoque, de votivis lampadibus teftis, habetur inter Oxonienfes

ΛΑΜΠΑΔΑ
ΝΕΙΚΗϹΑϹ
ϹΥΝΕΦΗ
sic ΒΟΙϹΤΗΝΔΑ
ΝϹΟΗΚΑΕΥ
ΤΥΧΙΔΗϹ
ΠΑΙϹΩΝΕΥ
ΤΥΧΙΔΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥϹ

Hunc, quem corruptum, depravatiffimumque ediderunt, Dalenus Diff.VIII. cap.I. Gruterus p.308., & Scaliger in notis ad Gruteri *thef.*, emendatum, immo & metrica latinitate donatum reperies apud cl. Maffæjum in *Muf. Veron.* pag.63.


Lampada cum fociis victor dicat Eutichides hanc,
Pago Athmonenfis, filius Eutichidis.

Lampadum figuram defcribit Lucretius lib.VIII. qui Homeri earumdem defcriptionem ex *Odyf.* lib.VII. verbatim deprompfit

Si non aurea funt juvenum fimulacra per ædes
Lampades igniferas manibus retinentia dextris

Similiter Cicero *fe argenteum Cupidinem cum lampade vidiffe*, in *Verrinis* teftatur & apud Vulpium *de Prænest.* lib.XVI. cap.VI. M.*Popilius Trophimus* dat *Fortunæ Primigeniæ* CVPIDINES II. CVM SVIS LVCHNVCHIS. Lampades igitur, fimulacra in juvenilem fpeciem efformata exhibentes, veteres adhibuiffe, ex prædictis patet, fed perfpicujus ex mumumento inferius expreffo, in quo tres ardentem lampadem fuftinentes pueri, confpiciuntur. Hujufcemodi fuiffe votivam A. Caffii lampadem exiftimo, ac Serapidi donatam, ut arderet cum ejufdem facra peragerentur. De lampadibus in templis Deorum accenfis intellexiffe Senecam reor cum Ep.95. affereret die Sabbati lucernas in ædibus facris accendere vetitum; fi enim vetitum die Sabbati, ardebant ergo cæteris diebus. Revera Lipfius ad hunc Senecæ locum lampades, five lucernas in honorem Deorum incendere morem fuiffe Romanorum aperte docet. De Athenienfibus, Ifter tradit apud Svidam, primum Lampadem adhibuiffe cum Vulcano facrificium facerent. Cum *lampades* dicimus, intelligi quidem poteft de lampadibus pendulis, laqueari fufpenfis, quemadmodum noftris in templis cernimus. *Placuere*, ait Plinius, lib.33. cap.3. *& lychnuchi penfiles in delubris*, *aut arborum modo mala ferentium lucentes*, *qualis eft in templo Apollinis Palatini*. Ægyptii vero eas humi deponebant, ut videre eft in hoc ad Mycerinum fpectante monumento, quod fcitè illuftravit Fort. Licetus in tract. *de Lucern.* lib. lib.I. cap.13.

Pa-



Parum ergo a lucernis, longe vero a tedis, seu facibus, lampades diferre autumo: has quippe distinguit Trebellius, ubi de Gallieno refert, *cereis, facibus, & Lampadibus præcedentibus, Capitolium*, ludos celebraturo *petiisse*. Scio tamen Poetas lampadem quandoque pro *Face* dixisse. Virgilius lib. IX.

Princeps ardentem conjecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quæ plurima vento
Corripuit tabulas

& lib. VI.

Quatuor hic invectus equis, & lampada quassans.

Doctissimus Gallonius tamen in *opusc. de Martyr. cruciat.* cap. VI. advertit confundendas haud esse lampades cum facibus; ubi vero de lampadibus quibus cruciabantur Christiani verba facit, earumdem figuram, hoc pacto delineatam exhibet



quam

quam certe nemo ardentes faces repræsentare negabit, ab illis omnino dissimiles, quas manibus tenet vir ille triceps, tripesque qui una cum Serapide, & Iside insculptus visitur in insigni Pignorii gemma, a Liceto mira eruditione illustrata.



ΑΡΓΥΡΑΝ. Argenteam lampadem Serapidi traditam haud mirabitur quisquis novit Romanorum luxum, præsertim cum vanæ in Deos, fictæ erga Principes pietatis argumentum perhibere studerent. Porro in antiquis lapidibus non semel occurrunt ARGENTEAS IMAGINES *Deorum septem*: EX ARGENTI LIBRIS XV. Item, SIGNVM ARGENTEVM *Herculis* PONDO XII. Ti. Claudi Cæs. SIGNVM EX AVRI PONDO XVI. *Statuam* AVREAM DECEM PEDVM. Minervæ SIGNVM EX ARGENTI LIBRIS II. & LARES ARGENTEOS. In nostris demum T. I. N. 25. Herculi CRATERAM ARGYROCORINTHAM dono datam vidimus. *In quales res*, ut in *Pluto* fatur Aristophanes, *priorum seculorum homines pecuniam impendunt*! Notandum heic (sed cursim) cum doctissimo Maffejo, receptum quondam fuisse, ut argentea aureaque donaria, ad Ministrorum fraudes atque surreptiones cohibendas, penderentur. Erant enim inter Paganos, ut olim teste Baruch inter Hebræos, ministri qui aurum & argentum oblatum Diis in semetipsos erogabant.

ΒΩΜΟΙϹ. ΤΡΕΙϹ. Erant arulæ quarum figuram dedimus Tom. I. p. 137., & Aræ in antiquis lapidibus. DIANAE SANCTAE Aristionem, BONAE DEAE Astraptonem, aras dedicasse nostri testantur, & in Gruterianis ARAM ARAE *superpositam*, ARAM *cum basi*. ARAM IVSSV DEI *positam*. ARAM POSITAM *adstante Sacerdote*. ARAM *pro salute Impp.* ARAM *voto suscepto*. ARAM EX VISV *positam*. ARAM *temporalem* reperies. Veterum in Aris ornandis studium, curamque perspicue testatur Ara illa, quam Eminentiss. Cardinalis Casalius CLEMENTI PP. XIV. dono dedit, quamque clarissimus Ho-

Horatius Orlandius publici juris fecit anno 1772.; eruditiſſimumque ad ejuſdem illuſtrationem commentarium, inſtante laudato Cardinali ampliſſimo, adjecit.

ΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ. Corrigendum marmor putarim, vocemque ΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ τὸ ΛΑΜΠΑΔΑ eſſe referendam, ita ut legatur A.Caſſium obtuliſſe lampadem multilychnam, multos ſcilicet habentem Lychnos: non autem tot ellychniis inſtructam, quot conſtabat candelabrum illud Dionyſianum, de quo mentio eſt apud Athenæum *Deipnoſoph.* lib. xv., *Euphorion*, inquit, *in hiſtoricis commentariis refert Dionyſium juniorem in Tarentinorum curia candelabrum poſuiſſe in quo tot ardebant lucernæ, quot dies anni ſunt*. Porro lampadem, ſeu lucernam myxorum multitudine admirabilem, tantamque emittentem flammam, ut lucem buſtorum imitaretur deſcribit Libanius *Declam* 39. ubi hæc argutè ſubdit. *Quidam venit lucernam tenens, pro more aliarum factam, ſed ſtrias in circulum habentem, & undequaque ignem requirentem. Hanc implere nos hortabatur: at mihi luminis magnitudo, nox erat; nam caliginem, copia lampadarum reddebat*. Lampas denique polymixos locum habet inter Martialis apophoreta *Epigr.* 36.

Illuſtrem cum tota meis convivia flammis
Totque geram myxos, una lucerna vocor.

Lychnos a Lychnuchis diferre non dubito: lychnus enim pro canaliculo accipimus in quo funiculus inſeritur: lychnuchum vero dicimus quidquid lucernam ſuſtinet. Hoc equidem diſerimen confirmat in *Conſobrinis* Menander.

Item *Xylolychnuchos* memorat Alexis: *obeliſcolychnos*, Theopompus; lucernam tandem *dimyxon*, Metagenes apud Athenæum qui *loc. cit.* de hac re fuſe diſſerit.


ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ. Vas in quo thus reponebatur, ut cum ſacra fierent incenderetur. Auſonius in *Eclog.* 3. poetice quidem, ſed nimia fortaſſe licentia, thuribuli appellationem indidit *Aræ* illius, in qua conjurationem feciſſe Deos adverſus Titanas fabulatur Hyginus de *ſign. cæleſt.* lib. 2. Ab Ovidio certe & Horatio *Acerra* vocatur: ab illo de Ponto lib. iv.

Nec quæ de parva pauper Dis libat acerra
Thura minus, grandi quam data lance valent.

ab iſto lib. iII. Od. 8.

Quid velint flores, & acerra thuris
Plena miraris,

Ejus figuram, variam tamen, protulerunt Pierius, & Roſinus, ſed nullo Auctore, nulloque adducto monumento, ex quo eam deprompſerint. Aliam itaque ex anaglyphis in Muſeo noſtro adſervatis, exhibeo



Hæc Italice dicitur *Navicella*, quam cum thuribulo quidam confundunt, ſed perperam: nam in illa, thura ſervantur; in hoc, incenduntur. Hinc *Apoc.* Cap. VIII. 3. *alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu ſua*. Nos inſuper thuribulum agitamus, ita ut *fumus aromatum aſcendat in conſpectu Domini de manu Thuriferarii* (adi Relandum *in Orat. inaugur.* 2. p. 41.) Gentiles vero tribus ſummiſque digitis thus comprehendebant, & in Aræ flammam jaciebant: unde Ovidius Faſt. iI.

Et digitis tria thura, tribus ſub lumine ponit.


Hujuſce ritus meminit S. Hieronymus epiſt. 1. Meminit etiam Lactantius, immo in eum jocatur in Op. *de falſa Relig.* Cap. xx.

ΒΑΘΡΑ. ΔΙΟ. *Subſellia* duo, non *ſellas*. Xilandrum enim atque Chimentellium ſequor qui verba illa Dionis lib. 37. βάθρον τὸ δημαρχικὸν, non *ſellam*, ſed *ſubſellium tribunitium* vertunt. ΒΑΘΡΑ ergo a Græcis vocabantur, quæ a Latinis *ſubſellia*: item ἀνάβαθρα,

θρα, de qua voce usus est Juvenalis sat.XVII.

Nemo dabit Regum quanti subsellia constant,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Subsellii typum hoc pacto expressit in *Opusc.* de *hon. Bisell.* disertissimus Chimentellius sub *Num.* I. pag.244.



Consule etiam Lipsii centuriam II. ad *Belgas* Epist.48. in qua præcitata Juvenalis carmina mirè enucleantur.

ΝΕѠΚΟΡΟC. Ita apud Sponium M. Aurelius Asclepiades ΝΕѠΚΟΡΟC ΤΟΥ ΜΕΓΑ∴ CΑΡΑΠΙΔΟC. Qui latinis *æditui*, Græcis *neocori* fuere. Heic bene *neocorus*, eo magis quod de Serapide agitur cujus simulacrum, ut tradit Firmicus *de err. prof. relig.* cap. XIV. stipata Neocororum turba custodiebat. Eorum fuisse ministerium, Templi tantummodo ornatum curare, censuit Hesychius, sed falsè; nam sæpe Neocoros inter Sacerdotes enumeratos agnovit Dalenus Diss.IV. cap.1. Unde Alexandri Severi nummum habemus apud Vaillantium, in quo ΜΑΡ. ΕΥΓΕΝΟΥC. ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΑΙΓΕΑΙΩΝ. Sed ut brevi me expediam, Inscriptionem dumtaxat laudabo quam edidi Tom.1. Num.66. in qua Vettius Agorius Prætextatus dicitur Pontifex Vestæ, Pontifex Solis, XV. Vir, Augur, Hierophanta, Curialis, Pater Sacrorum, ac simul NEOCORVS. Quis itaque vile Neocororum fuisse ministerium credat, quod Viro tot dignitatibus decorato traditum est? Idem dicas velim de A. Claudio, qui νεωκόρος Pergamenorum erat, & simul ἀρχιερεὺς, & πρύτανις ἐπώνυμος, & ἀγωνοθέτης. Idem de Paterniano quem memorant saxa Oxoniensia, & de Statio Quadrato qui in lapide Reinesii cl. I. 290. non Neocorus modo, sed ΚΡΑΤΙCΤΟC (*eximius*) ΝΕΟΚΟΡΟC appellatur. Porro ex Seneca colligitur Ædituos, non solum sacra custodisse, verum etiam supplicantes ad sacella admittere solitos. *Non sunt ad cælum elevandæ manus*, ait *epist.*41., *nec exorandi æditui, ut nos ad aures Simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittant.* Erat insuper æditurum, teste Gellio lib. II. cap. 10. favissas custodire, quasdam scilicet cellas, & cisternas in Capitolio sitas, ubi donaria, veteraque signa reponebantur, quæ collapsa essent. Iisdem denique, auctore Aristide in *Orat.*1. claves templorum commissæ erant; aliquandoque Tabulæ pactionum, fœderum, & testamentorum commendabantur, ut docet Laurentius in *var. sacr. Gent.* cap. V. & X., ex saxo autem Gudiano pag.196. constat ædituos Serapidis, vocatos etiam fuisse *Hierocomos*; ibi enim legimus

ΘΕΙΟΣ. Κ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟC. ΑΝΤΙΛΟΧΟC
ΙΕΡΟΚΟΜΑC [ἱεροκόμος
ΤΟΥ. CΑΡΑΠΙΔ
ΑΝΕΘΙΚΕΝ

Noster hic ergo A. Cassius Eutyches custos erat templi Serapidis, quod modo *Serapeum*, modo *Sarapium* vocabatur, uti liquet ex Calendario Colotiano, ubi MENSIS APRILIS &c. LVSTRANTVR SACRVM PHARIAE ITEM SARAPIA. Plura enim fuisse in urbe *Serapea* tradit Lampridius in *Alex.* Collegium quoque extitisse Serapidis, minime hæret Dalenus *Dissert.* IX., cujus sententiæ suffragari poterat Reinesii lapis cl. XIV. 171.

L. CAS-

L. CASSIO HERMODORO
QVI. ERAT. IN. COLLEGIO
SERAPYS

Hinc urbes *Neocoræ*, ut plurimum Dianæ Ephesiæ dicatæ; hinc populi *Neocori*, quorum plura circumferuntur marmora, & numi. Sed adi Dalenum, qui ubertim in *Differt.* IV. tum de Sacerdotibus, tum de urbibus Neocoris egit. Ipse verba dumtaxat *Act.* cap. XIX. afferam, ex quibus summatim rem omnem intelliges. *Viri Ephesii*, inquit Lucas, *quisnam est hominum, qui ignorat Ephesiorum civitatem* νεωκόρον (æditaum) *esse Magnæ Deæ Dianæ, & simulacro è cælo delapsi?*

PERMISSV. Non enim licebat donaria Dis offerre, nisi permittente Pontifice. Alibi legitur ORDINANTE *Equitio*. INSISTENTE *Leontio*. Prosequente *Sergio*. IVBENTE *Gallieno*. IVSSV V. C. Nunc intelligo quid C. Nasennius Marcellus, Volcani pontifex A. Cassio permiserit; prædicta scilicet donaria Serapidi dedicare. Cum enim partem latinam Tom. I. explicarem, Capitolinum tantummodo (ut mei erat instituti) excisum lapidem videram, quem postea integrum apud Fabrettum inveni.

Marmorum partim græce, partim latine inscriptorum haud desunt in collectaneis exempla. Quædam in prima parte Græcum sermonem, in secunda latinum, diversam vero sententiam exhibent, ut hoc nostrum, & sequens ab Hagenbuchio vulgatum in epist. ad Blaurerum p. 85.

ΤΙΜΗϹ ΑΡΧΟΝΤΟϹ ΛΟΓΙΟ
ΚΑΡΙΝ ΕϹΤΗϹΑΝΤΟ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΤΟΝ ϹΟΦΟΝ ΕΥϹΕΒΙΟΝ
DEDICATA. V. IDVS. NO
VEMBRIS. COS. FL. MALLIO
THEODORO. V. C

ac in Doniana uti jam advertimus Tom. I. pag. 218.

IN FRONTE ΠΟΔΑΣ Ω
IN AGRO ΠΟΔΑΣ Φ

Græco-latinum, sed eamdem præferens sententiam, saxum habetur in inscriptione Regillæ quam infra referam.

Latinum in prima, græcum in secunda parte vulgavit Jo. Faber in *Comm. ad imag. Vrsin.* pag. 57. 58.

QVI PERSAS BELLO VICIT MARATHONIS IN ARVIS
CIVIBVS INGRATIS ET PATRIA INTERIIT

ΠΑΝΤΕϹ ΜΙΛΤΙΑΔΗ ΤΑΛΑΡΗΙΑ ΕΡΓΑΙϹΑϹΙΝ
ΠΕΡϹΑΕ ΚΑΙ ΜΑΡΑΘΩΝ ϹΗϹ ΑΡΗΤΗϹ ΤΕΜΕΝΟϹ

Hæc latini græcique sermonum coacervatio adeo placuit cl. Elmenhortio, ut sic suos in Minucium Felicem commentarios concluderet

EXPLICVI HVNC COMMENTARIVM
IV. KALEND. FEBRVAR. ANNO
CHRISTI CIƆIƆCXII.
ΑΡΧΗΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ
ΠΟΙΟΥ ΘΕΟΝ

Quædam vero marmora latinam utique sententiam præferunt, sed græcis characteribus (si notas numerales excipias) vitiose, depravateque exaratam, ut illud Reinesii cl. XIX. num. 30. pag. 730.


Δ. M.
ΑΥΡΙΛΙΟΥϹ. ΙΝ ΠΕΤΡΑ. ΤΟΥϹ Β. Κ
Μ. ΒΕΙ = = ΑΝΟ. Η ΜΗΖΕϹ. S ΔΕΙ. Ν
ΚΟϹΟΥ ϹΥΜΒΕΙΑ ΕΙΡΗΝΑ ΜΑΡΙΤΟ
ΒΕΝΕ ΜΕΡΕΝΤΙ. ΙΝ. ΚΕΤ

ita apud Lupium in *epist. S. Sev.* p. 62.

ΒΗΝЄ ΡΑΝΔЄ
ΒЄΝЄΜЄΡЄΝΤΙ


& apud

& apud eruditissimum Phil. Bonarotam *Vetr. Ant.* pag. 52.



Hebraicum etiam sermonem latino sociatum cernimus in Muratorii collectione cl. xxv. p. 1842. 4. hujusmodi

HIC REQVIESCIT IN PACE BENVS FILIA REBBITIS
ABVNDANTI QVI VIXIT ANNIS II. M XVII. D. P. II. ID. IVN



Græco, Palmyrenum adjectum vidimus in inscriptione Agliboli, & Melachbeli Tom. I. Num. 12.

Latinis denique, Italica conjuncta verba memini me quondam observasse in inscriptione parieti adhærente juxta ecclesiam vulgo *della Morte* viâ Juliâ

D . O . M
HIC IACET ALESSADR *sic*
MANZOLA ARETINA
MOGLIE DE NICOLO
MALOTTI DA LORENA
OBIIT DIE XVIIII
XBRIS M . D . LXXVIIII

Alteram itidem in hæc verba partim italica, partim latina retulit Ficoronius in *Gemm. ant.* P. II.

QVI IACET ANTO
NI DIO TE GVARDI
ET IACOBA SVA VXOR

Hujusmodi bilinguium, imo trilinguium inscriptionum auctores Hebræos existimo cum IESV CHRISTI causam litteris Græcis, Latinis, & Hebraicis inscriberent, ut in suis carminibus testatus est etiam Sedulius, qui lib. v. 196. hæc habet

Scribitur & titulus: HIC EST REX IVDAEORVM,
Quo nihil a deitate vacet; nam cœlitus actum
Hoc Ebræa refert, hoc Græca Latinaque lingua.

Postremo advertendum est cl. Reines. in suo nostræ inscriptionis exemplari constanter scripsisse Σ pro C, sed vitiose. Nam sigma ad formam Latini elementi C effictum, diu post sigma per Σ (quemadmodum in vetustissimis Sicyoniorum clypeis, testibus Leunclavio atque Blanchinio) expressum in Græcis lapidibus observatur. Itaque characterum exemplar variari haud debet, ne scilicet vetera monumenta, alphabeticis deturpentur Ἀναχρονισμοῖς. Adi si vacat eruditissimum Claudium Nicasium Differt. *de Num. Panth.* cap. II. pag. 4, ubi eadem licentia in Alexandri magni nummo deprehensa, improbatur.

AN-

1280.

ANNIA ΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡΩΔΟΥΓΥΝΗΤΟΦΩϹ
ΤΗϹΟΙΚΙΑϹΤΙΝΟϹΤΑΥ
ΤΑΤΑΧΩΡΙΑΓΕΓΟΝΑΝ
ANNIA · REGILLA
HERODIS VXOR
LVMEN DOMVS
CVIVS HAEC
PRAE DIA
FVERVNT

ΡΗΓΙΛΛΑ. Græcam hujusce Inscriptionis partem, ne a latino cui in autographo conjuncta cernitur disociaretur, retuli Tom. I. Cap. II. N. 108. (ubi perperam bis F pro Γ), ibique de Annia Regilla, deque ejus viro Attico Herode satis disseruimus; itaque perpauca de iisdem heic proferam.

ΗΡΩΔΟΥ. Vocabatur Titus Claudius Atticus Herodes: ejusdem enim ætate, nominum multiplicatio jam invaluerat. At Græcorum more, qui ut plurimum unico tantum eos appellabant de quibus scribebant, nomen dumtaxat Herodis in Græco isto lapide reperimus. Sic Avidius Cassius, Annius Marcus, Caninius Celer, a Græcis scriptoribus Cassius, Marcus, Celer nominantur. Herodis nostri, parens fuit Atticus ille, cui pingui thesauro Athenis invento *uti*, immo & *abuti* Nerva Imperator concessit, teste Philostrato in vitis *Sophist.* p. 546.

LVMEN DOMVS. Tullius in III. *Catilin.* de P. Sulpicio, C. Mario, aliisque, *tum vero*, inquit, *clarissimis viris interfectis, lumina civitatis extincta sunt*, Plinius lib. V. ep. 17. de Calpurnio Pisone verba faciens; *laudibus*, ait, *incitavi; pergeret qua cœpisset, lumenque quod sibi majores prætulissent, posteris ipse præferret.*

DOMVS. Familiæ suæ lumen. Domum pro familia Virgilius dixit lib. V. ubi

Sergestusque domus tenet, a quo Sergia nomen.

Pro tota aliqua gente (quam italice *stirpe*, *lignaggio* dicimus) lib. I.

Cum domus Assaraci.

aliquando pro Patria, ut lib. III.

Da propria Tymbræè domum, da mœnia fessis
Et genus, & mansuram urbem.

Hinc in lapidibus, potissimum in eis qui ad milites spectant, DOMO *Dertona* e.g. DOMO *Verona*, DOMO *Bononia*.

ΧΩΡΙΑ. Prædia de quibus heic sermo, sita erant circa pagum Triopæum via Appia III. ab urbe lapide.

ANNIA. Ipse inscriptionis auctor, Græcam sententiam latinè reddidit, ut Latinis & Græcis Regillæ gloria innotesceret.

Animadverte solertiam qua Regillæ nostræ encomiastes puncta in græco titulo Græcorum more omiserit, more vero Latinorum in latina versione apposuerit. Eos tamen qui omittendi interpunctiones constantem Græcorum consuetudinem fuisse existimant, erroris plane convincunt quædam saxa ex nostris (ut de aliis taceam) in quibus modo lineæ, modo verba punctis divisa cernuntur. Notandum insuper Anniæ Regillæ (utpote Græci viri uxoris) elogium, non ut solebant Latini in tabulis, sed Græcorum, ac præsertim Atheniensium more in columna fuisse insculptum. Compertum enim est Suidæ lexicon perlegentibus, Athenis fuisse lo-

cum qui Κεραμικός dicebatur, in quo columnæ utrinque erectæ visebantur, in honorem eorum qui bublicè sepulti fuerant, additis inscriptionibus quæ declarabant ubi quisque obiisset. De his vero inscriptionibus ex στήλαις & columnis singulari cum cura collectis vide Zornium *Bibl. ant. Exeget.* pag. 824. & 980. atque Vitringam *observ. sacr.* cap. IV. p. 37.

1281.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ·ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ·ΕΥΠΑΤΟΡ ΤΟΙΣ ΠΡΟ ΤΟΥ·ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΙΣΤΑΙΣ   ευφα:διαδοzε

Singularis hæc inscriptio circa oram ærei lebetis, Græci operis elegantissimi, legitur. Hanc, una cum ejusdem vasis figura, publici juris fecit cl. Joannes Bottarius in *Mus. Capitol.* Tom. I. At ægerrime fero eum insigni huic monumento nullam prorsus adhibuisse illustrationem; cum enim vir esset summa eruditione refertus, lectoribus cumulatissime satisfecisset, quod meis curis eventurum mihi ipse plurimum diffido.

ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ. Non ergo *Mithridates*, ut communiter & dicimus, & scribimus: sane inscriptio nostra duobus consona èst numis a Vaillantio in luculenta Ponti regum historia vulgatis, in quibus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟϹ. Sic in lapide Aligeriano apud Bonadam Tom. I. cl. II.

HAEC EST EFFIGIES
REGIS MAGNI
MITHRADATIS
DIVI

Mithradates scribit etiam Nepos. In quodam vero saxo quod in *Opusc. de Ornatricibus* pag. 80. retuli, nec *Mithridates*, nec *Mithradates*, sed MITHRODATES *Pistor*.

ΕΥΠΑΤΟΡΙΣΤΑΙΣ. Quidam putant per hanc vocem collegium Pharmacopolarum significari, ducta conjectura ab *Eupatoria* herba, quæ & *Agrimonia* vocatur, eoque magis ita opinantur, quod norint Mithridatem teste Plutarco *de Adul.* rei medicæ operam dedisse, fecisseque nomen antidoto quod vulgo *mithridaticum* dicitur. Ast collegium longe a Gymnasio distulisse ex innumeris fere scriptoribus tum Græeis, tum Latinis perspicuum est. Ipse igitur inenodabile illud ΤΟΙΣ ΠΡΟ ΤΟΥ indicare autumo ministros Gymnasii, qui scilicet universo præerant Gymnasio, non pharmcopolarum, sed urbis Ponti, a nostro Mithridate Eupatore conditore, *Eupatoria* nuncupatæ, quæ deinceps Pontico regno subacto, *Pompejopolis* appellata est. *Amiso*, inquit Plinius H. N. lib. VI. cap. 2. *junctum fuit oppidum* Eupatoria *a Mithridate conditum*. *Victo eo*, Pompejopolis *utrumque dictum est*.

ΕΥΠΑΤΟΡ. *Propter Patris virtutem felix*; quod cognomen fuit quoque Antiochi V. regis Syriæ.

Quod ad lebetem attinet, non mihi incredibile videtur eum Romam ab ipso Ponti domitore exportatum fuisse. Pompejus enim auctore Plutarco, cum tertiò (nimirum post devictum formidabilem illum Romanorum hostem) triumpharet, pretiosissima etiam vasa in publicum ærarium retulit. Ceterum compertum satis est æneos lebetes non postremum, inter veterum munera obtinuisse locum; tertium sane apud Achillem & Æneam, quorum alter *Iliad.* lib. XXIII.

Eximium statuit, dehinc tertia dona, lebetem

Alter *Æn.* lib. V.

Tertia dona facit geminos ex ære lebetes,

Sic Briseidem Achilli

Viginti fulvos operoso ex ore lebetes

obtulisse, Ovidius in epistolis cecinit.

No-

Nofter, effoffus eft in portu Antiati, ut tradit cl. Bonada Tom. I. p. 195. ubi *dolendum vehementer*, ait, *non tam anfas in effodiendo effractas effe, quam in manus Cajetanæ muliercula deveniffe, atque e veftigio cum cacabo commutatas*.

ευφα. διαδοζε. Quid ευφα? quid διαδοζε? an nomen Artificis? In Aligeriano quidem monumento ad eumdem Mithradatem fpectante, *Uranii Manilii* fculptoris nomen, Pontica fcribendi ratione appofitum, legitur hujufmodi

V
R
A
N
I
O
S

M
A
N
I
L
I

Suidas Tom. I. editionis Cantabrig. 1705. curante Ludolpho Kuftero, vocem Διαδόσεις fic explicat; τὰς ἐν διαιρέσεος ἴσης ἐπιβαλλέσας δόσεισ. i. e. ut interpretatur Æmilius Portus: *portiones quæ ex æquali rerum divifione alicui obtingunt*, At, quis me hariolari cogit, cum nihil omnino certi de his vocibus ftatui queat? Tutius equidem mihi videtur rem omnem in incerto relinquere,

1282.

ΗΠΟΛΥCΕΙΡΗΝΩΝΛΙΓΥΡΩΤΕΡΗΗΠΑΡΑΒΑΚΧΟΙ
ΚΑΙΘΟΙΝΑΙCΑΥΤΗCΧΡΤCΟΤЄΡΗΚΥΠΡΙΔΟC
ΗΛΑΛΙΗ ΦΑΙΔΡΗΤΕΧΕΛΕΙΔΟΝΙCΕΝΘ ΟΜΟΝΟΙΑ
ΚЄΙΜΑΙΑΤΙΜΗΤΩΙΛЄΙΠΟΜЄΝΗΔΑΚΡΙΑ
ΤΩΙΠЄΛΟΝΑCΠΑCΙΗΒΑΙΗCΑΠΟΤΗΝΔЄΤΟCΑΥΤΗΝ
ΔΑΙΜΩΝΑΠΡΟΙΔΗCЄCΚЄΔΑCЄΝ ΦΙΛΙΗΝ

Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχῳ,
Και θοίναις αὐτῆς χρυσοτέρη, κύπριδος,
Ἡ λαλιη φαιδρή τε χελειδονὶς ἔνθ᾽ Ὁμόνοια,
Κεῖμαι Ἀτιμήτῳ λειπομενη δάκρυα.
Τῷ πέλον ἀσπασίη βαιης ἄπο, τὴν δε τοσαύτην
Δαίμων ἀπροΐδης ἐσκεδασεν φιλίην

Alibi, ideft Tom. II. Num. 509. p. 224. hanc latinis carminibus conjunctam Infcriptionem, quæ Atimeto & Homoneæ pofita eft, edidi una cum Amafæjana verfione. Heic Salvinianas tranfcribo, atque ex duabus, unam conficio.

Quæ cantu melior longe Sirenibus, aurea
Ad Bacchum, ad menfas cara magis Venere
Læta, & hirundo loquax jaceo hic feftiva Homonea
Liqui, & Atimeto perpetuas lacrimas,
Cui jucunda fui parvo fed tempore vitæ:
Fortuna heu tantam fudit amicitiam.

Ex noftro hoc lapide, Reinefianum illum, atque Sponianum (quem merito fuppofititium Fabrettus declaravit) efficttum fuiffe perfpicuum eft: talia enim profert

QVAE. MVLTVM. SIRENARVM. CANTV. DVLCIOR
ET. QVOD. BACCHVM. IN. SODALITIIS. MAGIS

AV-

AVREA . VENERE . QVAE . ELOQVI . VOCE . CLARIOR
IRVNDINE . ET . QVAE . AD . IVNONIS . FONTES
CAELESTIA . SOLATIA . CAPIEBAT
HIC . TVRPILIA . IACET . BISIO . LINQVENS . LACRIMAS
CVI . FVERAT . SOLATIVM . A . PVERITIA . ILLA
AVTEM . TANTAM . DEMVM . INOPINATA . DISIVNXIT
AMICITIAM

CEIPHNΩN. Quidam latine ſcribunt *Syren*; quidam vero *Siren*, hique rectius. Sirenes enim non a σνρειν, ſed a σείρlω dictæ ſunt, quod ſignificat *decipere*. Sirenum cantus (quarum nomina *Parthenopes*, *Leucoſia*, & *Ligia*) celebratur certatim a Mytologis, filiæque dicuntur Acheloi, & Calliopes. Eas tamen, cantu, facile Muſæ vicerunt. Notiſſima eſt Homerica de Ulyſſe fabula, ſociorum aures cera obturante, ne inſidioſos Sirenum cantus audirent.

ΠΑΡΑ ΒΑΚΧΟΙ... .ΚΥΠΡΙΔΟC. Egregiam, ſi vera refert Poeta, cantricem fuiſſe Homoneam cenſere neceſſe eſt, cujus cantus Veneri interventui præfertur etiam in Baccho, ideſt inter epulas. Revera non Bacchum ſine Venere, ſed Venerem ſine Cerere & Baccho frigeſcere dixit Terentius ex illo Euripidis

οἴνυ δὲ μὴ παρόντος ὐκεςὶν κύπρις

Abſente vino, nulla tunc adeſt Venus

XΕΛΕΙΔΟΝΙC. Notum eſt Græcorum proverbium χελιδόνος λαλίςερος. Virgilius Georg. lib. IV.

——————————— *Ante*
Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo

At vide Tom. II. pag. 224. col. 2. ubi affirmavi hirundo ab Homonea laudari veluti quærimonia luctuſque ſymbolum. Heic meum dico confirmari judicium auctoritate Horapollinis lib. II. Hierogliph. 31. Ariſtotelis *Hiſt. animal.* lib. IX. atque Æliani *de Animal.* lib. III.

ΛΑΙΜΩΝ. Amaſæus *mors* verſit; Salvinius, *fortuna*. Pindarus reapſe Fortunam, Parcarum unam eſſe cecinit; & Pauſanias refert in Bœotia ſacellum fuiſſe in quo Fortunæ ſimulacrum, Plutum puerum tenentis, viſebatur. Ceterum & heic epitaphium vides, quamvis metricum, in quo ut ſolebant Græci interpunctiones omittuntur. Hæc quippe non priſcorum tantummodo Græcorum fuit conſuetudo, verum etiam eorum qui ſub Imperatoribus Romanis floruere, uti colligitur ex quodam titulo ſepulcali apud Lupium pag. 75. Not. 1.

ΕΝΝΕΑΚΑΙ
ΔΕΚΑΜΗΝΟC
ΕΓΩΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΡΑΤΥΜΒΩ
ΟΝΠΟΙΕΙΠΑ
ΤΗΡΠΡΟΚΛΟC
CΥΡΙΗCΑΠΟ
ΓΑΙΗCΟΥΝΟ
ΜΑΔΕΕCΤΙΠΡΟ
ΚΛΑΓΑΙΑΠΑΤΡΙC
ΗΠΑΡΑΚΕΙΜΑΙ

i. e. eodem Lupio interprete: *unde viginti menſes* habens *ego jaceo in tumulo*, *quem fecit Pater* meus *Proclus*, peregrinus *Syria e terra*. *Nomen vero eſt* mihi *Procla*: *terra natalis* fuit mihi hæc, *in qua jaceo*.

AN

1283.

ΑΝΠΕΑΙC· ΜΥ
ΡΙΝΗ ΜΗΤΡΙ·ΚΑ
ΒΡΥΤΑΝΙ·ΑΔΕΛ
ΦΩ. ΕΠΟΙΗCΕΝΙ
ΜΝΕΙΑC·ΧΑΡΙΝΙ

ΑΝΠΕΑΙC. *Anpaes Myrine matri, & Brytani fratri fecit memoriæ causa*. Fortaſſe ΑΜΠΕΛΙC, nomen a vite ſeu vinea; ſic *Ampelides, ampliones*, aves uvariæ.

ΜΥΡΙΝΗ. *Myrinus* vocatur mas murenæ. *Myrinum* vero vinum eſt unguento conditum.

ΒΡΥΤΑΝΙ. Congruit cum ſororis nomine; nam *Bryteon* cortex *uvæ*, & *Brytiæ* dicuntur uvarum partes ſolidiores, quæ, muſto expreſſæ, ſuperſunt.

1284.

ΙΟΥΛΙΑ
ΕΙDΙΑΩ
ΡΙΗ
ΚΑΙ ❧ ΙΟ
ΛΙΩ Λ....
ΡΗΛΙΩ
ΠΟΝΤΙΑ
ΝΩ ΥΙΩ
ΛΥΤΗC ....

ΙΟΥΛΙΑ. *Juliæ Iſidoriæ, & Julio Aurelio Pontiano filio*: ΛΥΤΗC, Patris nomen ſignificare minime credo: puto hac potius voce ad vitæ finem alludi; Λῦτο quidem apud Homerum Il. lib. 24. ſolutus, finitus: Λῦτο δ' ἀγών: *certamen finitum eſt*. Forte Α ubi Λ reponendum, forteque quot filii vixerint annos, indicabatur.

D. Sigma, ut in Iſidoriæ nomine, hoc pacto efformatum non fortuitum exiſtimat Placentinius; immo, modo litteram S, modo notam numeralem Græcis fuiſſe cenſuit, atque ex Donio, Boldetto, ac Lupio quaſdam refert inſcriptiones, in quibus ΤΗD ΑDΙΑD, DΚΟΤΟD, ΑDΥΝΚΡΙΤΩ, ΕΛΛΑΝΙΟD, ΕΥDΕΒΥΩ, ΕΠΑΥDΑΤΟ ΖΩDΙΜΟD, reperiri aſſerit. Verumtamen egregium hunc ſiglarum Græcarum Interpretem (ægre dico) hallucinatum arbitror; nam neque apud Boldettum, neque apud Lupium, ſigma, hoc modo D effictum deprehenditur, ſed ⊏. Sane Boldettus in lapidibus a Placentino laudatus ſcribit pag. 464. ⊏ΚΟΤΟ⊏, & Α⊏ΥΝΚΡΙΤΩ; p. 368. ΑΛΑΙΝΟ⊏, & ΕΥ⊏ΕΒΥΩ. Ita Lupius p. 102. ΕΠΑΥ⊏ΑDΟ ΖΟ⊏ΜΟ⊏. De verbis vero ΤΗD ΑDΙΑD, quæ in inſcriptione P. *Alphenii Martialis* Placentinius vidit, ſermonem habere nequeo, quia inter Donianos ad quos provocat, hunc Alphenianum lapidem fruſtra perquiſivi. Pro certo tamen habeo in iſto

isto quoque, sigma per ⊏ expressum reperiri. De ⊏ satis disseruimus in notis ad inscriptionem *Tib. Claudii Honorati* num. 538. pag. 15. Heic ergo, & in cœteris (si quæ extant marmora, in quibus hoc, ad instar exentrati D insculptum sigma, reperiatur) culpandi sunt quadratarii, qui cum scribere debuissent ⊏, scripserunt D.

1285.

ΦΛΑΟΥΙΟϹ
ΤΕΡΠΝΟϹ
ΚΙΘΑΡΩΙΔΟϹ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ
ΥϹ·ΕΤΩΝ·ΚϚ
ΑΦΘΟΡΟϹ

ΦΛΑΟΥΙΟϹ. *Flavius Terpnus citharoedus Alexandrinus annorum* XXVI. *incorruptus* Citharam a lyra & hinc citharœdus a Lyristis differre constat ex Pausania dicente *in Eliac.* lib. I. *Lyræ inventum Mercurio; citharæ Apollini, Græcorum sermo attribuit.* Citharœdorum vero Magister auctore Dione, Menecrates fuit. Ars quippe citharistica multum in honore habita est etiam apud Romanos, præsertim postquam eam publice exercere Augusti non erubuerunt. Ex his se admirabilem summumque esse Nero somniabat, ita ut & vivens nomen suum in albo citharoedorum adscribi juberet, & moriturus ridicula illa verba: *Qualis* κιθαρωδὸς, vel (ut scribit Svetonius) *qualis artifex pereo!* impudentissime pronunciarit. Meritissimus Neronis socius fuisset Antoninus Caracalla, qui Mesomedi citharœdorum canticorum scriptori, cenotaphium extruxit. Laudabilius jamdiu Alexander M. statua aurea Aristonicum citharoedum in pugna extinctum honoravit, jussitque Phythiis collocari, cithara simul & hasta ad signi pedes affabrè insculptis, ut refert Plutarcus *de fort. Alex.* Or. II. Ceterum de citharoedis mentio in vetustis lapidibus non semel occurrit. M. Sempronius Nicocrates, musicus, poeta, mulierum mercator, & simul ΚΙΘΑΡΙϹΤΗϹ habetur in Fabrettianis Cap. X. Ælio Agathemero præsidente (qui ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ i. e. *scriba* simul & ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ erat) ludi sunt celebrati pro Augustorum salute, victoria, & prosperitate, ut videre est apud Sponium *Miscell.* p. 369. & Dalenum Diss. III. *Echionem* nominat Juvenalis sat. VI. ubi

Accipis uxorem, de qua citharoedus Echion
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules.

ex quibus sane eruitur antiquas etiam fœminas in musicos propensas fuisse, quamvis tunc (non ut hodie ut plurimum σπάδωνες) sed qui patres fieri possent haberentur. Quin etiam permultos ex nobilibus etiam viris, Romam vidisse citharistas ut a Nerone probarentur publice agebant, Dio testatur lib. 63. De quodam Citharœdo, Neronis carmina coram Apollonio canente plura refert Philostratus in Apollonii vita Cap. XIII. Heic habemus Flavium Terpnum domo Alexandria, Ejusdem cognominis citharœdum, ac Neronis magistrum memorant Dio, & Svetonius in *Ner.* cap. 20. *Statim ut Nero*, ait iste, *imperium adeptus est, Terpnum citharoedum præter alios* accersit. Utrum marmor ad Neronianum illum Terpnum pertineat, nec ego affirmo, nec inficiari quis posset. Advertendum interea, Citharœdum a Citharista diferre. Mihi id sane persuadet locus Æliani qui *Var. Hist.* lib. IV. cap. II. sic, interprete Justo Vultejo, scribit. *Rumor quidam circumfertur Nicostratum citharistam, cum ob artem musicam dissideret a Laodoco citharœdo, dixisse, illum in magna arte* exi-

exiguum esse, se vero in exigua magnum. Fortasse Nicostratus citharista, citharam tantum pulsabat: Laodocus vero citharœdus, & citharam pulsabat, & carmina canebat.

ΤΕΡΠΝΟϹ. Muratorius vertit, *jucundus*. Placentinius, *dulcis*: at licet recte, ratione etymologiæ, hoc tamen loco perperam uterque; nam heic Flavii cognomen esse minime dubitandum; revera præter *Terpnum* illum Neronis, *Terpnem* apud eumdem Muratorium pag.1581. & *Terpnem Scanianam* apud Gruterum p.743. legimus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡЄΥϹ. Eduardus Corsinius, & Donius VV. CC. hanc inscriptionem referunt, sed uterque mutilam. Corsinius insuper, *ibi* (ait in *not. Græc.*) *legendum* Ἀλεξανδρεύς *Gorius jam viderat*. Viderat utique; nam autographum habet ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥϹ, non ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ, ut Corsinius censebat.

ΑΦΘΡΟϹ. *Incorruptus*, sive *immortalis*. Philosophi, inquit Suidas, τὸ ἄφθιτον de inanimatis; ἀθάνατον vero de animatis dicunt.

1286.

Θ Κ
ΑΥΡ· ΝΙΚΤΟΥ
ΙΠΠΙΚΟΥΤΟΙϹ⁝⁝⁝
ΤΟΙϹΛΙΨΑΝΟΙϹ
ΟΑΔЄΛΦΟϹ
ΚΡЄѠΝ

ΑΥΡ. *Aurelii Nicti Equitis*. Ex Equitibus alteros militares, urbanos alteros, fuisse, illosque equo publico, hos privato meruisse nonnulli tradunt historici. Hujusce discriminis auctorem Romulum arbitrabatur Sigonius, atque ex eo eruebat, quod primus ille Romanorum rex, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum centurias conscripsisset. In Romuli tamen rebus gestis nullorum equitum, quos delegerit meminit quisquam. Tres vero illas centurias, equestri ordinis originem fecisse minime dubito. Ex his deinde equites Prætoriani, Promoti, Alarii, Saccularii, Singulares, Trabeati fluxerunt. De his Cicero ap. Asconium, Vegetius de R. M. lib. II. Dio lib. 61. Augustani denique a Nerone electi sunt, ut laudes suas canerent, quod his verbis narrat Tacitus Ann. lib. XIV. *Tunc primum conscripti sunt equites Romani, cognomento Augustanorum, ætate, ac robore conspicui, & pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ. Hi dies, ac noctes plausibus personare, formam Principis, vocemque Deum vocabulis appellantes, quasi per virtutem clari, honoratique agere*. Idem, Svetonius in *Ner.* cap. 20. ubi: *Adolescentes equestris ordinis, & quinque amplius millia e plebe* (quorum unus fortasse fuit Citharoedus ille impudentissimus, qui teste Philostrato, ut alias dixi, Neronis laudes, & carmina coram Apollonio cantavit) *robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent, operamque navarent cantanti sibi*. Equitibus quatuordecim in theatro gradus attribuit lex a L. Roscio Othone lata: hinc se in theatrum, equestre habuisse subsellium, Seneca de *Benef.* lib. VII. gloriatur scribens: *Equestria omnium equitum Romanorum sunt, in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi. Habeo in equestribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem, sed ut spectem*. Lex tamen Othoniana sæpe neglecta est, & vicissim ab Imperatoribus restituta. Hinc illud Horatii Ep. IV.

Sedilibusque magnus in primis eques,
Othone contempto, sedet.

Vide Massonium *ibid.* Domitianus tandem cum animadvertisset plebem equitum loca occupantem, eamdem legem renovavit, confirmavit-

vitque; undè viliſſimus aſsentatorum anteſignanus Martialis lib. v. ed. Rader. *Epigr.* 8.

Edictum Domini Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt
Et puros eques ordines recepit.
Dum laudat modo Phaſis in theatro

De diſcrimine autem inter equites qui equo publico, & illos qui privato mererent, innumeri fere ſcriptores diſseruere, quos Pitiſcus in ſuo Lexico diligentiſſime recenſuit.

1287.

ΘΕΩΝΠΛΑΤΩΝΙ
ΚΟΝ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ
Ο ΙΕΡΕΥΣ ΟΕΩΝ
ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ

Theonis *προτομὴ* in cujus baſi hanc legimus inſcriptionem, habetur apud cl. Jo. Bottarium *Muſ. Capitol.* tom. I. num. XXIX.

ΘΕΩΝ. *Theonem philoſophum Platonicum patrem ſuum, Theon ſacerdos veneratur.* Plures floruiſse *Theones* nemo ignorabit qui Suidam aderit. At Sponius, cum audiret hoc monumentum Smyrnæ fuiſse repertum, concludit *Miſcell.* Sect. IV. Theonem Smyrnæum repræſentare. Verum Smyrnæus ille Theon non Platonicorum ſcholam, ſed Stoicorum frequentavit: tot immo doctorum virorum quibus Theonis nomen fuit, Platonem ſecutus eſt nemo, uti ex laudato Lexicographo patet, a quo

THEON *Alexandrinus*, Stoicus.
THEON alter *Alexandrinus*, Sophiſta
THEON *Valerius* dictus, Sophiſta
THEON *Sidonius* Sophiſta, & Conſul ſub Conſtantino Imp.
THEON Orator
THEON *Ægyptius*, Aſtronomus
THEON *Smyrnæus*, Stoicus.

recenſentur. His adde Theonem Satyricum, qui teſte Manutio, poeta fuit petulantiſſimæ maledicentiæ: hinc adagium, *Theonino dente rodi.* Horatius lib. I. epiſt. 18.

——————————— *qui*
Dente Theonino cum circumroditur, ecquid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis.

Theonem vero illum ad quem epiſtolas dedit, conſcripſitque carmina Auſonius, perperam cum ſatyrico P. Manutius confundit in *Adag* pag. 720.

ΟΕΩΝ. In tertia linea: lege ΘΕΩΝ.

1288.

ΝΕΙΚΗΤΗϹ
ΤѠΓΕΝΙΚΕΙΛΕoc
ΕΥΤΥΚΗϹ ΒΕΙΘΥΝoc
ΤΕΧΝΕΓΤΗϹΕΠΟΙΕΙ

Fragmentum eſt iſtud prolixæ inſcriptionis, quæ in tres partes diviſa extat in cippo quodam oblongo, undequaque effracto. Laterales habentur in novo Muratorii theſauro, & in Muſeo noſtro Capitolino: ſed in illo ex ejuſdem Muratorii aſsertione non rite exſcriptæ: in Muſeo vero adeo corruptæ, ut ritè exſcribi nequeant. Unde egregius ille collector,

ctor, cum Marmor de quo agitur illustrare aggrederetur, tot ei anfractus occurrerunt, ut aliis hanc Spartam penitus reliquerit. Ipse itaque antiquum tantummodo fragmentum edi curavi, ex quo tamen vix colligitur Eutychem natione Bythinum operarum conductorem fuisse cum publici celebrarentur ludi. Technites enim, heic, ut scite monet Muratorius pag. 633. non vulgarem quempiam artificem significat; sed neque (quod idem asserit) virum, qui in ludis operaretur. Operarum conductores in ludis, ex quibus Eutychem fuisse dixi, commemorat insigne marmor Corcyranum jamdiu a cl. Montfauconio, rursusque a Muratorio editum. Huic si credimus, inscriptionem pertinere censebimus ad virum qui in cursu Diauli (de quo revera mentio est in fragmento dextrorsum insulpto) virtutem suam probaverat. Diaulum mensuram duorum stadiorum, sive distadium, h. e. mensuram cubitorum ducentorum esse, ex Aristophanis scholiaste norunt eruditi. Perspicuius id explicat Suidas qui Δίαυλος, inquit, *cursus est, quo stadium bis decurritur à a carceribus ad metam, & a meta rursus ad carceres*. Qui in hujusmodi certamine operabantur, *Diaulodromi* vocabantur, eosque Olympiade XIV. additos refert Pausanias in *Eliac.* ubi sic: *Olympiade* XIV. *additus est diaulos, è quo, accepta ex oleastro corona, victor abiit Hypenus Pisæus*. Adi Strauch. *Olymp. Agon* §. 12. & Dalenum *de Stephanephor. Græc.*

1289.

ΜΑΚΑΡΙϾ ΦΑΝΝΑ
ΒΟϹΤΙΟΡЄΑΝЄ
ΧΑΙΡЄ

1290.

ΚΑΛΟΚΑ
ΡЄΚΟΜ
ΨЄЄΥ
ΨΥΧΙ &

1291.

ΑΘΑΝΑϹΙЄ ∴
ЄΝϹΙΡΗΝΙ ∴∴

1289. ΜΑΚΑΡΙЄ. *Beate Fanna Vostioreane, f.* Victoriane, *vale*

1290. ΚΑΛΟΚΑΡΕ. *Calocare*, nomen proprium, *elegans caput* significans: *festive* (adi Steph.) *bono animo esto*. ευψυχι pro ευψυχει. Acclamatio mortualis, quæ in Græcis marmoribus non raro occurrit; ea mortuos hortabantur quodammodo, ut æquo animo fatum ferrent: ita in lapide Græco-latino, qui ex museo Victorio, in ædes migravit Emi Card. Zeladæ. Pars Græca hæc habet.

ΕΥ ΨΥΧΙ ΜΙΔΩΝ
ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ
ΚΑΙ . Ο . ΗΡΑΚΛΗΣ
ΑΠΕΘΑΝΕ

i. e. *Forti animo esto, Midon; nemo immortalis. Etiam Hercules mortuus est*. Cap. VII. N. 528. Epitaphium retuli, in quo eadem fere legitur sententia. Revera, *mors*, ut inquit Seneca *Suasor.* 7. *naturæ finis est, non pœna*.

1291. ЄΝϹΙΡΗΝΙ ∴∴ Rectius ЄΝ ЄΙΡΗΝΗ. Athanasi ∴ *in pace*.

1292.

ΟΠΟΤΕ·ΠΛΟΥCΙΟC·
ΠΕΡΙ·ΤΕΚΝΑ·ΝΥΝ
ΚΑΚΟΝ·ΚΑΚΩC·
ΤΗΡΩΝ·ΩC·ΤΑΝΤΑΛΟC
[illegible]

Poſtremam epitaphii hujus lineam, ſic reſtituendam arbitror

ICA . AZAXAI

ita ut legatur

Qui quondam dives
Pro Filiis; nunc
Malum malè
Quod ſervarit, velut Tantalus
Æque ſordeſcat.

Titulus ſepulcralis, ſeu potius ſatyra diræque heic habentur in avarum quemdam Parentem, qui ſuos ut ditaret liberos pecuniam male partam, cumulaverat. Huic accomodandum Publii Syri probrum

Avaro quid mali optes, niſi ut vivat diu?

TANTAΛOC. Tantali ſcelera pœnaſque quibus a Dis infernalibus multatus eſt, omnes recenſent Mithographi. Ex Hygino cap. 82. colligitur Tantalum Jovis conſilia ad homines renunciaſſe, atque ob id ad inferos in aquam *media fine corporis* ſtare, ſemperque ſitire, ejuſque item capiti ingens imminere ſaxum, quod ſemper timet, ne ſuper ſe ruat. *Mors*, inquit Cicero, *quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet*: unde Lucretius

Nec miſer impendens magnum timet aere ſaxum
Tantalus, ut fama eſt, caſſa formidine torpens.

De eodem, Fulgentius *Mythol.* lib II. cap. 18. *Huic locuples viſus, pauper effectus: ita ſe illi unda fallax præbet, ut ſitiat: ita ſe poma ingerunt, ut eſuriat.* Petronius cap. 42.

Nec bibit inter aquas, nec patentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.

ita Tibullus lib. I. Eleg. III. 77.

Tantalus eſt illic, & circum ſtagna, ſed acrem
Jam jam poturi, deſerit unda ſitim.

Hoc ipſum Tantali ſupplicium Pindarus in *Olymp.* agnovit, ſed cauſam fuiſſe ait, quod ipſe ambroſiam, & nectar furatus, compotoribus ſuis communicaverit. Quidam vero aliam hujuſce ſupplicii cauſam afferunt; quod ſcilicet Pelopem filium mactaverit, Diiſque epulandum appoſuerit. Hoc tamen epulum Diis exhibitum incredibile judicabat Iphigenia apud Euripidem *Iphig. Taur.* Act. I. v. 286.

. . . . . . Ἐγώ μ
Τὰ ταντάλυ θεοῖσιν ἑςιάμχτα
Απιςα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆνας βορᾶ

Alii denique, quod aureum canem templi Jovis Cretenſis cuſtodem furaverit. Ut ut res ſit, avari certè Tantalo communiter comparantur, iſtiuſque avaritiam noſtrum reſpexiſſe ſatyricum opinor, quemadmodum S. Paulinus in vita S. Felicis *nat.* 10.

. . . . *jugiter urit*
Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi;
Atque ita, & inter opes inopes, quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur:
Nam partis uti metuunt, ſervata relinquunt;
Dumque alimenta parant, vivendi tempora perdunt.

1293.

ΨΥΧΡΟΝΥΔΩΡΔΟΙΗϹΟΙ
ΑΝΑΞΕΝΕΡΩΝΑΙΔΟΝΕΥϹ
ΩΜΕΛΑΝΗΒΗϹΓΑΡϹΟΙ
ΑΠΩΛΕΤΟΦΙΛΤΑΤΟΝΑΝΘΟϹ

Sic verba quæ inſcriptionem ordiuntur ſeparatim legenda ſunt, ideſt ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ ΔΟΙΗ ϹΟΙ ΑΝΑΞ ΕΝΕΡΩΝ ΑΙΔΟΝΕΥϹ Ω' ΜΕΛΑΝ ΗΒΗϹ ΓΑΡ ϹΟΙ ΑΠΩΛΕΤΟ ΦΙΛΤΑΤΟΝ ΑΝΘΟϹ. *Gelidam aquam det tibi princeps Manium Aidoneus, o miſer, juventutis enim tibi periit amiciſſimus flos.*

Ξ. Pro X ut in in inſcriptione Tuſculana villæ Rocciæ a Placentinio edita pag. 118. V. inf. num. 1311. *in not.*

ΑΙΔΟΝΕΥϹ. Plutonis cognomentum ab ἀΐδης quæ vox per propriam diphtongum ſcripta, ſine efflatu apud Græcos legitur; per impropriam vero, ſcilicet ᾅδης, afflatur. De Plutone Aidoneo ſcripſit Philochorus in *Atthid.* lib. II. teſte Euſebio in *chron.* lib. *poſter.* pag. 82. ubi hæc: *Fabula Proſerpinæ quam rapuit Aidoneus, ideſt Orcus rex Moloſſorum, cujus canis ingentis magnitudinis Cerberus nomine, Pirothoum devoravit, qui ad raptum uxoris ejus cum Theſeo venerat &c.* Conf. Tzetzem ap. Joſ. Scaligerum in Euſeb. *animadver.* p. 39. & Plutarcum *in Theſ.*

ΗΒΗϹ &c. ΑΝΘΟϹ. Humanæ vitæ curſus cum breviſſimus ſit, floribus qui citò areſcunt appoſitè comparatur. *Hodie floret juventus*, inquit Manutius *in Adag.* pag. 1635. *cras erit in ſepulcro.* Acutè quidem Auguſtinus lib. 2. cap. 62. adverſus Petilianum, irridens quod adverſarius jactaret ſuorum animabus impletum eſſe cœlum, corporum vero memoriam terræ floruiſſe; *ſane*, reſpondit, *de corporibus eorum multorum, terrarum flores videmus, ſed ſicut dici ſolet* FLOS CINIS. Sic apud Pierium lib. 11. cap. 24. *flos* eſt juventutis hieroglyphicum. Virgilius itidem, & Ovidius, juventutem, modo *florentem*, modo *viridem* dixere. Terentius in *Eunucho* Act. 2. puellam ſexdecim annorum, *florem* appellavit. De quodam puero, Catullus Epigr. 24.

O qui floſculus es Juventiorum.

FLOS tandem IVVENTAE appellatur fœmina quædam in lapide Florentino ap. Gorium p. 371. In ſacris etiam litteris humanæ vitæ fugacitas, non *ceræ fluenti* tantum, & *araneis*, & *fumo deficienti*, & *ſermonibus mox evaneſcentibus, umbræque prætereunti aſſimilatur; ſed & herbæ, quæ mane floret, & veſpere areſcit*: unde Job. c. 14. *Homo natus de muliere, quaſi flos egreditur, & conteritur.*

ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ. Plutarcus in opuſculo *de primo Frigido*, aquæ Tenareæ, ſeu Stygiæ meminit, è ſaxo, parcis ſcaturiginibus exilientis, ita frigidæ, ut omnia vaſa rumpat, ſolaque aſini ungula poſſit contineri. Verumtamen cur epitaphii auctor gelidam potius, quam calidam aquam defuncto adoleſcenti impetrarit, ignoro: fortaſſe &c. ille.

1296.

Θ K

ЄΝΤЄ ΦΙΛΟΙCΙ ΦΙΛΟΙΟ ΚΑΙΙΗ
ΤΗΡΟC · ΑΡΙCΤΟΥ
ΠΑΙΔЄΙΗC ΘΙЄΡΗCЄΓΓΥΘЄΝ
ΑΨΑΜЄΝΟΥ
CωΜΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΚΑΙΥЄΟC
CΝΘΑΔЄΒΗΡΟΥ
ωCЄΠЄΤЄΛΛЄΦΙΛΟΙCЄΙCΟ
ΔЄΤΥΜΒΟCЄΧЄΙ·
Λ ΦΟΝΤЄΙω ΦΟΡΤΙ ΑCΚΛΗΠΙΑ
ΔΗ ωΓЄΝЄΙЄ ΦЄCΙΟΝ
ΒΙΟCΑΝΤЄΤЄCΙΝ·Μ·
ΜΗCΙΝΒΗΜЄΡΚЄωΡ Ζ
ЄΓΝΑΤΙΑΒΡΙCΗΙC CΙΜΒΙΟC
ΜΝΗΜΗC ΧΑΡΙΝ·

Epitaphium istud, partim elegiacis versibus contextum, hoc pacto retexere (Amico eruditissimo duce) atque emendare, operae pretium erit.

ЄΝΤΕ . ΦΙΛΟΙCΙ . ΦΙΛΟΙΟ · ΚΑΙ . ΙΗΤΗΡΟC . ΑΡΙCΤΟΥ
ΠΑΙΔЄΙΗCΘ' . ΙЄΡΗC . ЄΓΓΥΘЄΝ . ΑΨΑΜЄΝΟΥ
CωΜ' . ΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ . ΚΑΙ . ΥΙЄΟC · ЄΝΘΑΔЄ . ΒΗΡΟΥ
ωC . ЄΠЄΤЄΛΛЄ . ΦΙΛΟΙC . ЄΙC . ΟΔЄ . ΤΥΜΒΟC · ЄΧЄΙ
Λ ΦΟΝΤЄΙω &c.

Et inter amicos jucundi, & Medici praestantis, & qui doctrinam sacram propius attigit, corpus Asclepiadis & filii heic Veri, ut jubebat amicis unum hoc sepulcrum habet.

L. Fontejo Forti Asclepiadi domo Epheso, qui vixit annos XL. *menses* II. *dies* XXV. *horas* VII. *Egnatia Briseis contubernalis memoriae gratia*. Σύνταξις haec est. *Corpus Asclepiadis medici praestantis, & jucundi inter amicos, heic (ut jubebat amicis* ex testamento) *cum Vero filio commune habet sepulcrum*.

ЄΝΤЄ. Vid. sup. Num.771. in *not.*

ΦΙΛΟΙCΙ . ΦΙΛΟΙΟ . Jonice, pro φίλῳ. Paronomasia elegans, & quam latine vix vertas eodem legore.

ΠΑΙΔЄΙΗCΘ'. ΙЄΡΗC . Idest *medicinam* ut mihi verisimile, quae *sacra* ex eo dicitur, quod ab Apolline, & Aesculapio manaverit. Cum heic Asclepiades, *medicus* absolutè nominetur, censendum est illum omnium morborum remedia cognovisse; qui enim artem medicam ex partibus tantum adhibebant, non Medici absolutè vocabantur, sed medici Chirurgi, Ocularii, Auricularii, Clinici, Methodici, uti fert Fabretti sententia Cap. IV. p.301. Plures, nomen Asclepiadis praeferentes medici habentur apud Historicos, & in lapidibus, ut inferius dicendum. Ex his celeberrimus est *Marcus* ille *Artorius Asclepiades* Smyrnaeus, qui in saxo Muratoriano p.888.

ΘΕΟΥ ΧΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΙΑΤΡΟΝ

appellatur, quemque praeter Val. Maximum lib.9. cap.7. certatim commendant Romanae historiae scriptores, Plutarcus, Svetonius, Dio. Hunc periisse post bellum Actiacum tradit Eusebius *Chron.* lib. *Poster.*

CωΜ'. In epitaphiis latinis communiter legitur *ossa*, *cineres*, quandoque *reliquiae*. In Grae-

Græcis vero non ſemel, *corpus*. Ita in Platonis ſepulcrali titulo apud Laertium lib. III.

ΓΑΙΑ ΜΕΝ ΕΝ ΚΟΛΠΩΙ
ΚΡΥΠΤΕΙ ΤΟΔΕ ΣΩΜΑ
ΠΛΑΤΩΝΟΣ

Λ : ΦΟΝΤΕΙϹΩ. Heic Aſclepiadis prænomen, nomen atque cognomen diſcimus. Hunc, attento præſertim nominum copia, non ante Domitiani tempora (quibus hanc nominum copiam in familias inductam eruditi autumant) claruiſſe crediderim. Medicum itidem Domitiani Imp. prænomine *Lucium*, nomine *Arruntium*, cognomine *Sempronianum*, agnomine demum *Aſclepiadem*, habes apud Fabrettum *ib.* num. 28.

CYMBIOC. Contubernalis, ideſt *uxor*. Sic apud Reineſium Cl. XIX. num. 30. *Irene* CYMBIOC *marito*.

Noſtri hujus ſaxi textum abſque verſione vulgavit Gruterus p. 624., corruptum tamen in quarto verſu, ubi ſcripſit ЄΠЄΙCΑΔЄ pro ЄΠЄΤЄΛΛЄ. Ejuſdem autographum invenit Fulvius Urſinus in æde S. Clementis *de urbe*.

1297.

CΤΗΛΗ ΜΑΡΜΑΡΕΗ
ΤΙΝΟCΕΙ ΤΑΦΟC
ΩΚΕΟC ΙΠΠΟΥ
ΤΙCΔΟΝΟΜΑ ΕΥΘΥΔΙΚΟC
ΤΙΚΛΕΟC ΑΘΛΟΦΟΡΟC
ΠΟCΑΚΙCΕCΤΕΦΘΗCΔΡΟΜΟΝ
ΠΟΛΛΑΚΙ ΤΙCΔΕΛΛΕΝΜΙΝ
ΚΟΙΡΑΝΟC ΩΤΙΜΗC
ΚΡΕCCΕΝΟC
ΗΜΙΘΕΩΝ

Metricum hoc epitaphium repertum eſt anno elapſo MDCCLXXVII. in quadam Aventini collis vinea ad Canonicos S. Agnetis in foro Agonali ſpectante. Vix invento, permulta prodierunt ejuſdem exemplaria, at nullum mendis omnino expers. Ipſe vero, cum autographum ære Pontificio emiſſem, in muſeum Capitolinum transferri curavi. Propterea illud publici juris facere mei erat muneris, quo me haud inaniter functum exiſtimo: heic enim, non ad libitum efficta, ſed prout in autographo cernuntur elementa damus, accuratiſſimumque epitaphii exemplar, ideſt non more ſolito, ſed diverſimode interpunctum exhibemus. Nonnullæ itidem huc illuc erumpebant Eruditorum interpretationes, quibus tamen illam præferendam arbitror, quæ tunc ſummorum virorum meruit approbatio-

tionem. Hujus auctor est vir quidem celeberrimus, Græci sermonis peritissimus, atque in elucidandis lapidibus nemini secundus.

Columna marmorea.
Cujusnam es sepulcrum?
Equi velocis.
Quis nomine? Euthydicus.
Quanam in re fuit is celebris?
(vel) *Quænam fuit ejus gloria?*
Vincere in certamine.
Quoties coronatus fuit ob cursum?
Multoties. Quis eum agitavit?
Imperator. O decus præstantius
Quam quod Heroes (vel) *semidei*
Habuere.

Sunt tamen qui contendant Dialogi interlocutores a tertia interrogatione ad finem usque, esse viatores ipsumque Euthydicum, ita ut legi debeat

Quænam fuit tua gloria?
. . . .
Quoties coronatus fuisti?
. . . . . Quis te agitavit?
. . . .

Porro antiqua saxa dialogum inter viatorem, & sepulcrum exibentia deprehendi, haud credo. Contra in στήλαις, inscriptiones persæpe reperiri, notius est, quam probari necesse. Adi Pausaniam *in Attic.* Quare igitur a singulis hujusce tituli interpretibus vox CTHΛH reddatur *Columna*, potius quam *Cippus*, aut *Pila*, non mihi satis in comperto esse fateor. Columna quidem, Κιονὶς est Græcis: Στήλη vero *Cippus*, lapide quadrato extructus, qui a columna, lapide, perpetuò oblongo, constante, differebat: unde accuratissimus Æmilius Portus *voc.* Στήλη, & Στηλιτευτικὸς, Suidæ, de oratione steliteutica, textum, sic vertit. *Oratio steliteutica, sic dicta est per metaphoram ductam a stele, quæ est lapis oblongus, forma quadrangula erectus, in quo inscribuntur facinora ejus qui infamatur. Sæpè tamen etiam beneficia eorum, qui bene de nobis meriti sunt, in stelis inscribuntur.* Revera Tabula de qua agitur, quadratam omnino formam exhibet, ita ut anticam fuisse alicujus cippi cæmentitii, aut latertitii partem crediderim, vel etiam ex marmore, sed quam jamdiu a Pila quis separaverit, quemadmodum in latomiis lapidariis quandoque cernimus. Sed hæc cursim: parvi etenim momenti rem esse scio.

Epitaphia in modum Dialogi componere, moris magis Græcorum fuit, quam Latinorum. Præter hoc nostrum, perpulchrum est illud, quod Scipio Maffæjus V. C. latinitate donavit in *Mus. Veron.* p. 375.

Dic mulier, quisnam genitor? quod nomen? & ipsum
Conjugem, & ætatem, quave es in urbe sata?
Nicander genitor; patria est Paros, & mihi nomen
Socratea &c.

Item aliud musei Kircheriani ab eruditissimo Placentinio in *sigl. Græc.* p. 105. vulgatum, sic latine redditum

Quis fuit qui te nutricavit? fuit Celinus Atheniensis.
Benignus Alumnus. Qui vocaris? Numerius.
Quotorum mortuus es annorum? quadraginta.

Illud demum Marcellæ apud Fabrettum cap. x. cujus exordium

ΜΑΡΚΕΛΛΗ ΤΑΦΟΣ &c.

sic a clarissimo Bonada latino-metrice interpretatum

Marcellæ hic tumulus. Quænam? lapis ipse docebit.
Anno bis decimo nupta puella recens.

Apud Latinos tamen hujusmodi epitaphiorum interlocutores sunt modo ipsi defuncti vicissim quemadmodum in illo Atimeti, & Homoneæ Tom. II. num. 509. Modo defuncti certatim, & prætereuntes, ut passim.

Sepulcra autem Brutis erigere, nec apud Græcos, nec apud Romanos insolens fuit. Epitaphia quidem Mulabus, Delphinis, Felibus, Canibus, Gruibus, Papilionibus, immo & Formicis facta, afferri possent nonnulla, sed ii, qui his nugis delectantur, Fortunium Licetum *de Lucern.* adeant lib. II. cap. 57. Nobis de equis tantummodo, deque Philippæis erit sermo, ut appareat Eutydici laudatori, plures ejusmodi dementiæ consocios fuisse.

ſe. Taceo de Sybaritis, a quibus, teſte Politiano apud Draudium *ad Solin. cap.* 53. in convivia introducebantur. Taceo de ſtolido præ cunctis Caligula, equo ſuo *Incitato* conſulatum decernente. Taceo de Nerone, qui ut teſtis eſt Dio, inſignes equos victores, ſtola forenſi, non ſecus ac homines ornabat, eoſque pecunia honeſtabat nomine alimenti. Inſaniam denique Commodi prætereo, qui equo, nomine *Pertinace* adeo delectabatur, ut eum inauratis ungulis, inaurataque in dorſo pelle foras produceret. De his Dio lib. LXI. & LXXII. Ex Plinio conſtat J. Cæſarem equi effigiem prope Veneris genitricis ædem collocaſſe, Auguſtumque *Poſphoro* ſuo tumulum feciſſe, de quo carmen vulgatum eſt a Germanico Cæſare, renovatumque ab Auſonio *epiſt.* XXXV. Magnus ſic Alexander, *Bucephalo* extincto duxit exequias, urbemque, ut idem refert Plinius, tumulo circumdedit nomine ejus. Agrigentinos quoque ſepulcrales equis excitaſſe Pyramides tradit Solinus *loc. cit.* Cimonis equarum quibus Olympiis ter palmam tulerat, extare ſepulturas juxta illius monumenta, auctor eſt Plutarcus in *Cat. maj.* De Adriano ſcribit Spartianus, equos, & canes ſic amaviſſe, ut eis ſepulcreta conſtitueret. & de L. Vero narrat Capitolinus, equo nomine *Volucri* tumulum in Vaticano extruxiſſe. Metricum etiam epitaphium cujuſdam equi nomine *Copori* refert Octavius Rubeus *Mem. di Breſcia* p. 312. hujuſmodi

COPORVS QVE.·.·.
·.·.·VSCI SALTVS PASCVA.·.·
NEC SICVLA
VOLVCRIS ANTE IRE VAGA
AVI FLAMINA CHORI
VINCERE SVETVS ERAS
HOC STABVLAS TVMVLO

Tabulas denique in quibus equorum nomina accurate recenſentur, laudavimus Tom. II. p. 167., quibus Gorianam adde, quæ habetur in inſcrip. Flor. num. LXXIII. p. 38.

At quoſdam etiam ex recentioribus eadem dementia laboraſſe mihi perſuadet Thomas Porcacchus, qui in libro de *Fun. ant.* ſe, hunc Florentiæ perlegiſſe titulum aſſerit

OSSA
EQVI CAROLI CAPELLI
LEGATI VENETI
OBSESSA VRBE

& Daniel Hermannus apud Draudium, ubi narrat Stephanum Poloniæ regem equo generoſiſſimo monumentum prope Vilnam erigi juſſiſſe, hoc inſulſiſſimo quidem appoſito elogio,

Regis equus Stephani forma greſſuque ſuperbus,
Et curſu velox, prope Vilnæ conditur arcem.
Qui moriens, regis fratrem præſagiit eſſe
Sublatum e vivis: docuit quod fama ſecuta eſt.
Huic ſtatua erecta eſt monumentum teſtis equini.

Ceterum ἱππομανία, quam quotannis Romæ præſertim bacchanalibus diebus obſervamus, ſatis probat nullam eſſe inſaniam, unius magis quam alterius ſeculi propriam.

ΠΟϹΑΚΙϹ ΕϹΤΕΦΘΗϹΔΡΟΜΟΝ? Horatius *carm.* lib. IV. *od.* 2.

Sive quos Elea domum reducit
Palma cœleſtes, pugilemve, equumve
Dicit, & centum potiore ſignis
Munere donat.

Et de *Art. Poet.* v. 83.

Muſa dedit fidibus Divos, pueroſque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et juvenum curas, & libera vina referre.

Equus enim qui velociore curſu victoriam pepererat, coronabatur, nec non carminibus ἐγκωμιαστικοῖς pariter ut eques celebrari conſueverat, ut liquet ex Pindaro *Olymp.* od. I. & *Pyth.* od. II. ubi de *Pherenico* Hieronis equo cecinit; unde Theocritus *idyl.* 16. equos στεφανηφόρους vocat. Coronam autem, qua multoties Euthydicus donatus eſt, palmeam fuiſſe exiſtimo; nam, etiamſi teſte Plutarco *Sympoſ.* VIII., omnibus certaminibus palma daretur, Victoris tamen equeſtris peculiare præmium fuiſſe, præter Horatium *loc. cit.* innuit Ovidius in *Faſt.* lib. IV.

Primaque ventoſis palma petetur equis.

At non modo palmam, ſed aliquando ſepul-

crum equis Olympionicis Græcos deſtinaſſe, narrat Ælianus *de nat.animal.* lib.XII. cap.40. ubi Καὶ Εὐαγόρας, inquit, δὲ ὁ Λακον ϗ ἐκεῖνος ὀλιμπιονίκεις ἵππυς ἔθαψε μεγαλοπριπος. i. e. *Evagoras Lacon itidem Olympionicas equas* (Olympiæ occiſas, ut ſcribit Gyllius) *ad ſepulturam magnifice dedit*. Idem de Cimonis equis ſuperius vidimus. Quis vero Imperator Euthydicum agitaverit, in incerto relinquimus. Singuli namque fere Auguſti Circenſes ludos ediderunt, ex quibus nonnullos agitandis equis frequenter operam dediſſe teſtantur Svetonius, Dio, Xiphilinus, omneſque hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores.

ETſi quæ ſequuntur, mera præferant nomina, ideoque propriè loquendo, in numerum antiquarum Inſcriptionum haud recenſenda ſint, tamen (ut in opere Monumenta inſcripta complectente, omnes utcumque litterati lapides, qui in Muſeo adſervantur, publici juris fiant) ea heic per quam brevibus inſtructa adnotationibus congerere ſtatui. Numerum etiam, non apponi tantum, ſed & continuari curavi, ne perturbatio in ordinandis Indicibus oriretur.

1298.

ΑΙΛΙΑ
ΠΑΤΡΟΦΙΛΑ

1299.

ΑΡΧΙΜΗΔ:::

1300.

ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗϹ

ΑΙΛΙΑ. In medio Hermæ mulierem repræſentantis. Quænam iſta fuerit Ælia Patrophila nec diſertiſſimus Bottarius dixit in ſuo *Muſ. Capitol.* tom.I. nec ego Græcos apud ſcriptores inveni. Hoc ipſum teſtatur in vulgarium fœminarum cenſum eſſe referendam, aut ſaltem non inter illuſtres, etiamſi hermam affabre inſculptam meruerit.

ΑΡΚΙΜΗΕΔ. Hoc Archimedis nomen legitur in prægrandi marmoreo Numiſmate, ſed ut ipſi indicant characteres, recens appoſitum a Nicolao Corona quondam lapidario *all' arco di Carbognano*.

ΑϹΚΛΕΠΙΑΔΗϹ. Aſclepiadem Stilponis diſcipulum memorat Cicero *Tuſc.* lib. V. eumque non ignobilem, nec inexercitum Philoſophum appellat. Ejuſdem nominis Pruſiæ Bythiniæ regis medicum commendant Plinius, Celſus, laudatuſque Romanus orator. L. Arruntium Sempronianum *Aſclepiadem*, Domitiani Imp. medicum, habes apud Fabrettum cap. IV. p. 180. Vide & ſup. in not. ad Num. 1296. Alterius *Aſclepiadis* pariter medici meminit inſcriptio apud Reineſium Epiſt. 46. p.394. In muſeo Veronenſi pag. LIX. memoratur *Aurelius* (non Aſclepius ut reddebat cl. Maffæjus) *Diodotus*, Aſclepiadis alumnus.

Θ K
ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΔΙΟ
ΔΟΤΟϹ ΑϹΚΛΗ
ΠΙΑΔΗ ΘΡΕΠΤ
Ω ΜΝΙΑϹ ΧΑΡΙΝ

Cui ex his adſignanda προτομη de qua eſt ſermo, mihi penitus incertum.

API-

1301.

ΑΡΙϹΤЄΑϹ . ΚΑΙ . ΠΑΠΙΑϹ . ΑΦΡΟΔΕΙϹΕΙϹ

Aristeas, & Papias Aphrodisii, qua appellatione veniunt Ἀφροδισιὰς Persici maris insula, & quoddam Africæ oppidum de quo Ptolemæus in *Geogr.* Antium quoque olim Ἀφροδίσιον, teste Plinio lib. III, cap. 55. appellabatur. Hæc nomina in basibus Centaurorum cernuntur, quos anno 1736. Alexander Furietti, sacræ deinceps R. E. Cardinalis, in Adriani villa Tiburtina invenit; quo defuncto, eos emit CLEMENS XIII., & cum ex animo Musei sui Capitolini decus curaret, in eumdem, tota plaudente Urbe, collocari jussit anno 1765. Pontificatus VIII. uti ex inscript. quam in Præf. Tom. I. vulgavimus.

1302. | 1303. | 1304.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. ΕΠΙΚΟΥΡΟϹ ∴ΗΤΡΟΔΩΡΟϹ

Callimachus fecit, Extat in quodam anaglypho, tres repræsentante fœminas, Faunum buccina canentem insequentes, nomenque fortasse est ejusdem artificis. Celebris quidem apud Pausaniam *Bœot.* cap. 2. est Callimachus scalptor, qui in quodam Platæensium templo signum Junonis sedentis fecit, Deamque Νυμφευομένην (*Nymphevomenen*, hoc est *desponsatam*) vocitavit. Hic, omnium primus lapides terebravit, eodem Historico teste in *Attic.* cap. 26. & licet multos esset infra summos artifices, solertia tamen cæteris longe præstitit. Nomen vero κακιζότεχνον, (*cacizothecnon*) quasi artis dicas suæ calumniatorem, aut sibi ipsi imposuit; aut ab aliis impositum usurpavit. Plinius itidem lib. XXXIV. cap. 8. *Ex omnibus sculptoribus autem maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiæ ..... Hujus sunt saltantes Lacenæ, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit.* Postrema hæc Plinii verba, adeo nostro huic anaglyphico operi congruunt, ut rata mihi sit opinio March. Lucatellii V. C. qui in compendiaria musei Capitolini descriptione hæc habet „ Sembra possa credersi che sia „ questo il Bassorilievo del quale parla Plinio „ At de figuris in eo expressis sermonem, eruditissime ut solet, habebit cl. Fogginius noster.

1304. Sub Herma bicipite, quæ anno 1742. ad S. Mariæ Majoris reperta est, cum nova insignis ejusdem Basilicæ porticus jussu BENEDICTI XIV excitaretur. De Epicuro, & Metrodoro fusé disserui in opere Venetiis impresso 1756. cui titulum feci *Epicuro difeso &c.* Huic, Horatianum illud accomodavi

Laudatur ab his, culpatur ab illis.

Nunc vero, Bayli, aliorumque sententia, *il n'y à plus que des entetèz, ou des ignorans qui en jugent mal.* Quæ Epicuri imagini conjuncta visitur effigies, non Metrodorum Stratonicensem exhibet, qui ab Epicuro descivit, de quo hæc Laertius lib. X. *Sed hi profecto insaniunt; namque Viri hujus* (Epicuri) *adversus quosvis incredibilem gratitudinem permulti testantur. Patria, quæ statuis æreis illum honoravit; Amici tam multi, ut eos ne urbes quidem capere possent: familiares omnes, & discipuli, præter unum Metrodorum Stratonicensem, qui ab illo se ad Carneadem contulit, cui forte gravis erat viri incomparabilis immensa bonitas.* Non ergo, ut dixi, *Stratonicensis* heic habetur, sed Metrodorus *Zampascenus*, quem Epicurus præ cæteris discipulis necessariisque dilexit. At Epicurum non hermas tantummodo, verum etiam statuas meruisse, præcitata Laertii verba apertè demonstrant, Compertum insuper est, quod a Plinio seniore lib. XXXV. narratur, Athenienses videlicet Epicuri vultum per cubicula gestare solitos, quibus verbis Al. ab Alex. *Gen. dier.* lib. III. *Imaginem*, subjungit, *Epicuri, non modo anulis, sed poculis ferebant insculptam.*

IE-

1305. 1306. 1307.

ΙΕΡΩΝ ΛΥϹΙΑϹ ΠΙΝΔΑΡΟϹ

De Syracusarum rege Hierone multa tradidere Poetæ, & Historici qua Græci, qua Latini. Græce præsertim litteraturæ fuisse perstudiosum, plurimique doctrinam fecisse refert Ælianus *Hist. var.* lib. IX. cap. I. Ejusdem numos cum epigraphe ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΙΕΡΩΝΟΣ laudat Joannes Faber Comm. in *ill. Fir. imag.* p.44. Hunc floruisse ann. II. Olympiadis 127, refert Petavius *Rat. temp.* lib.4. cap. I. Fuit & alter Hiero, qui successorem in regno Syracusano, Thrasibulum fratrem habuit.

1306. Protome sub qua nomen hoc cernitur, non inconsulto ad oratorem Lysiam spectare eruditi autumant. Conf. Photium, Fabricium, & cl. Bottarium M. C. tom. I, p.38. Attamen, nomen recens appositum, plerique suspicantur. Mortuus est Athenis, ut refert Cicero *in Bruto*, ubi natus est; vixit annos 76. vel 83.

1307. Sic sub Protome, Thebani vatis Pindari lyricorum antesignani effigiem exhibente, quem quisquis studet æmulari

> . . . *ceratis ope Dedalea*
> *Nititur pennis*

1308.

ΠΛΑΤΩΝΗΣ ΑΡΙΣΤΟΝΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

sic
PLATO ARISTONIS FILIVS ATHAENIENSIS

Lectissimi pectoris Platonem fuisse tradunt Seneca atque Apulejus. At heic, pectoris latitudo nihil probat; neque enim ejusdem artificis videntur esse caput, & pectus. Cl. Vinchelmanius, Jovem terminalem repræsentare opinabatur. Nomina igitur, sub nostra hac protome sculpta, alicujus recentioris lapicidæ commentum esse, plane crassa testantur menda, quo tum in ΠΛΑΤΩΝΗΣ, tum in ATHAENIENSIS deprehenduntur.


1309.

ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ


Sub ejusdem Pythodoridis protome. Coronam quæ caput præcingit *ex lauro* contextam credidit Sponius Miscell. sect. IV. cl. Bottarius Tom. I. tab.73. ex ulivo. Ipse vero neque ex ulivo, neque ex lauro, imo ne frondiferum quidem sertum illud autumo, sed tæniis textum, ita ut non coronam exhibeat, sed anadema, sive capitium quoddam, italice „ *Nastriera* „ idest „ *intrecciatura di nastri* „ Nec novum victores Olympiacos, tæniis quandoque fuisse coronatos. His sane Corinnam, (quod quinquies Pindarum vicisset) ornatam a Tanagræis asserit Pausanias in *Bœot.* Adde, incertum omnino esse, utrum Capitolina Pythodoridis effigies, victorem Olympicum repræsentet. Ephesium fuisse Pythodoridem non infirmis probat argumentis laudatus Sponius *loc. cit.* Verum victorem in stadio Olympico *olymp.* CIII., nulla freti auctoritate asseruere Gronovius *Ant. Græc.* tom. II. atque Hofmannus in *Lexic.* v. PYTHODORVS. Perperam fortassis uterque legerat in Olympionicis Scaligeranis Πυθόδορος pro Πυθόςρατος ἐφέσιος ςάδιον ργ. Hinc Pythodoridis cum Pythostrato Ομωνυπια. Adi Scaligerum in *Thes. temp. Eusebii*.

1310.


1310.



Legitur in trunco adhærente insigni statuæ quæ Amazonem sub dextera exertaque mamma vulneratam repræsentat, ita ut falsa videatur Isidori pervulgatissima assertio, Amazones scilicet sic dictas, *quod adustis mammis dexterioribus essent*. Utrum CWCIKAH nomen sit Amazonis, an Artificis, hærebat cl. Bottarius Tom. III. p. 97. Libentius tamen Artificis rebatur, etiamsi apud veteres nunquam, eo asserente, Sosiclis nomen occurrat. Verumtamen si Giraldum de *Poet. Lat.* dial. VII. contulisset Vir doctissimus, Sosiclem Syracusium reperisset Poetam tragicum, cujus meminisse Athenæum, Plutarcum, & Svidam, idem Dialogorum scriptor testatur *loc. cit.* Quid insuper sibi velit illud N, circulo conclusum, idem Bottarius ignorasse fatetur. Revera plerisque consultis Græcorum numis, ac singulis Græcarum siglarum *Œdipis* Corsinio, Maffejo, Placentinio, hanc nullibi observavi. Jo. Nicolajus has attulit



sed quæ nullam nostræ lucem afferunt. Quid si dicatur Sosiclis operum indicare numerum, aut seriem qua Amazonis nostræ statua collocata, vel collocanda esset? Sane nota N modo XIII., modo L. significat, nota vero O passim LXX. Si ergo conjungantur, efficietur numerus LXXXIII. vel CXX. Hujuscemodi litterarum implexus exempla præbet Placentinius apud quem ⊡ pro *quinquaginta*. Π enim *quinque*, Δ *decem* significat. Item ⊞ *quingenta*, & ⊠ *quinquies millia*. Apud Fabrettum habetur numerus XIX. in orbiculo pariter conclusus hoc pacto (XIX). Verum hæc fluctuatim, & differendi gratia; nam quid vetat inferiores superioribus sociare litteris, legique SOSICLEON, ita ut Sosicleonis nomen his exprimatur? Huic quippe consimile reperitur commentum in postrema Veneris, & Platonis nominum syllaba apud Maffæjum in *Mus. Veron.* p. 53. *num.* 8. ubi O & S per (Σ) exprimitur, & uti in nostro O & N per (N); idest ΚΥΡΙΔ(Σ), ΠΛΑΤ(N). Arcana, ut ita dicam, hujusmodi scribendi ratio, vigebat præsertim seculo XII. uti ex saxo liquet palmaribus fere elementis, sedente Eugenio PP. III. insculptum.



Marmor, unicam exhibet lineam, extatque adhuc propè SS. Basilicæ Liberianæ sacrarium.

1311.

ΖΙΝΑΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙ ⊢ ΕΠΟΙΕΙ

Marmorei capitis, sub quo hæc leguntur, artificem fuisse Zinam Alexandrinum, ipsa manifeste testatur epigraphe. Caput vero de quo loquimur, Phocionis effigiem ostendere nonnulli autumant. Phocionis, inquam, fortissimi Atheniensium ducis, de quo *nullam* extitisse *memoriam* falso scribit Æmilius Probus XIX. Constat enim ex Plutarco Athenienses brevi edoctos, qualem moderationis, & justitiæ Magistrum custodemque amisissent, *Statuam ei ex ære posuisse*, Artificis vero, nomine *Zinæ*, nemo Scriptorum meminit, præter unum Hofmannum in *Lexic.* ex quo tamen vix ZINAM, viri nomen esse colligitur.

Ξ. Ezechieli Spanhemio V. C. asserenti Z pro Ξ sæpe in nummis deprehendi, adver-

 satur

ſatur Maffejus, qui tamen idem elementum (ſed cum lineola intermedia) pro Ξ, ſe multoties vidiſſe affirmat. Porro Ƶ pro Ξ, (Palamedis inventum Auſonio teſte) in inſcriptionibus non ſemel occurrit. Apud Reineſium p.199. legitur ΕƵΕΠΙΤ; apud Donium p.271. ΕƵΕΠΙΤΑΓΜ *ex juſſu*, & apud idem Veronæ lumen decuſque in *ſigl. Græc.* pag.88. ΑƵΙΩ *digno*, & in muſ. *Ver.* p. 62. ΑΙƵΩΝΕΥC, *Æxonenſis*. Demum apud Lupium *Epit. S. Sev.* p.88. *nm.6.* CEƵΤOCΚΛ ϢΔIOC *Sextus Clodius*. Vide etiam Jo. Nicolajum *in Sigl.*

1312.

AGATHONIS ERIT....

Tot floruere Agathones, ut incertum omnino ſit cui adſignanda protome, in qua nomen iſtud inſculptum cernimus. Duo commemorantur a Plutarco, quorum alter muſicæ arti operam dedit, alter Sympoſiacon ſcripſit. Fallitur quidem (quod novum eſt) cl. Bottarius, cum Agathonis hiſtorici, Plutarcum meminiſse aſſerit. Hiſtoricus namque, ad quem Cheronæus in *Parall.* provocat, non *Agatho*, ſed *Agatarchides* (rerum Perſicarum ſcriptor haud ignobilis) appellabatur. Præter hos, claruere Agatho comicus, Socratis diſcipulus; Agatho tragicus, cui annos licet 40. nato, Euripidem in Archelai convivio inebriatum, ſuavia jugiter dediſse refert Ælianus *var. Hiſt.* lib. XIII. cap. 4. Hic in ludis Dionyſiacis ſub Euphemo editis, prima Tragœdia victor abiit, & corona donatus eſt, ut tradit Athenæus *Deipnoſoph.* lib. v. idemque fortaſse fuit, quem, eodem teſtante, Pauſanias in deliciis habuit. Itaque haud temere laudatus Bottarius, Tragicum potius imaginem Capitolinam repræſentare conjecit. Vide Suidam cum not. Æmilii Porti.

1313.

MACAR:::.

Protome (in cujus baſi M. Aurelii Carini, Cari Imp. filii, Numerianique fratris) imaginem, numiſmaticis conſimilem exhibet, ſceleſtiſſimi nempe Viri, cui ob nimiam libidinem praviſſimamque indolem, nomen, cum Imperio abrogare Pater decreverat, ut narrat Oneſimus apud Vopiſcum in *ejuſd. vit.* quod omnino feciſset, ſi vixiſset diutius.

1314.

IANVS INPEATOR

1314. Si ineruditus, quiſquis ille fuerit, hujuſce inſcriptionis inventor, effigiem marmoream ſub qua Juliani nomen appoſuit, cum numiſmaticis ejuſdem Imperatoris imaginibus contuliſset, manum profecto abſtinuiſset. Conſule cl. Bottarium Tom. I. p.41.

INPEATOR. Sic conſulto inſcriptum videtur; ut ſcilicet ſub ipſa ſcriptionis ruditate atque inconſiderantia, Scriptoris commentum occultaretur. De N ante P, quædam innui Tom. II. pag.207.

1315.

IVNO LANVMVINA

1316.

LEODEMAS

1317.

PVDICITIA

Legatur LANVVINA. De ſigno affabre elaborato, in cujus baſi nomen conſpicitur, adi Muſ. Capitolinum tom. III. tab. v. Lanuvii incolas Junonem peculiari cultu honoraſse, Soſpitamque vocaſse exploratiſſimum eſt; at inſcriptionem, recens fuiſse adjectam valde ſuſpicor. Sane quæ in Muſeo noſtro viſitur, ab illa penitus differt Junone Lanuvina haſtam parmamque geſtante, de qua loquitur Cicero in *Tuſc.* quæque a Lanuvinis caprina pelle amiciebatur.

1316. Conſulendus omnino muſei Capitoli-

tolini tomus I. pag. 36. ubi disertissimus ejusdem illustrator plurima de Leodemante congessit. Vide etiam Jo. Fabri Commentarium in *imag.* Fulv. Ursini pag. 51.

1317. Signum sub quo nomen Fœminæ tunicatæ, amicto capite, palla matronali indutæ, extat in Museo nostro, contra prælaudatum Junonis simulacrum. De vestitu hujusce signi (numismaticis Pudicitiæ imaginibus consimili) plurima scripsit Alex. Maffæjus *num.* XVII. eique illud Horatianum lib. 1. sat. 2.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

diserte accomodavit. Romani autem quasi non una esset nobilium, & vulgarium Fœminarum pudicitia, duas Deæ huic ædes constituere; *Patriciæ* scilicet in Foro boario; *Plebejæ* vero in quodam Vico, quem *longum* appellabant. De utrisque Propertium cecinisse arbitror lib. II. El. 6.

Templa pudicitiæ quid opus statuisse puellis
Si cujus nuptæ quidlibet esse licet?

eoque magis ita sentio, quod eodem libro hæc cecinerit

O nimium nostro felicem tempore Romam,
Si contra mores una puella facit.
Tu prius, & fluctus poteris siccare marinos,
Altaque mortali deligere astra manu,
Quam facere ut nostræ nolint peccare puellæ:
Is mos Saturno regna tenente fuit
Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
Et post antiquas Deucalionis aquas,
Dic mihi, quis potuit *lectum servare pudicum?*
Quæ Dea &c.

Potuit id sane Trajani uxor Plotina, in cujus honorem nonnulla cusa reperiuntur numismata cum epigraphe ARA PVDICITIAE.

1318.

POLYTIMVS LIB

In basi insignis statuæ, Venatorem, lepusculum manu gestantem repræsentantis, quam multoties laudatus Bottarius, præ omnibus in museo nostro adservatis, egregiam existimabat, Polytimi nomen extat, ex duobus vocabulis πολυς *multus*, & τίμη *honor*, compositum. T. Sex. Polytimi meminit lapis Gruterianus pag. 928. in quo

DIIS
MANIBVS
T. SEXTI POLYTIMI
SEXTIA NEMESIS
VIRO SVO FECIT
CVM QVO VIXIT
ANNIS. XXV

Cum I tamen etiam primo loco scriptum observavi apud Gorium Inscript. Tom. II. pag. 386. ubi POSTVMIVS POLITIMVS. Nomen erat servile. Liberti enim, ut compertum reor, servile nomen retinebant, eoque sæpe nominabantur, quemadmodum Tiro, Ciceronis libertus. Statuam vero illam, anonymi effigiem referre scribit Bottarius; ipse quidem tam præclarum opus, vulgari ignotoque Venatori dicatum, minime crediderim; immo vero nobilissimi alicujus viri, forteque Principis, sub Venatoris specie Polytimum occultasse censerem. Quid, si Adriano tribuatur? Porro φυσιογνωμία quam præfert statua de qua agitur, eadem fere est cum illa, quæ in Adriani numis conspicitur. Adrianum autem venationi deditum admodum fuisse, testatur Oppidum illud *Adrianotheras*, ab eo conditum, *quod*, inquit Spartianus, *illic feliciter esset venatus.*

GA-

1319.

GABRIEL FAERNOS CREM

Tot inter illuſtres Viros, quorum monumenta in Muſeo Capitolino ſita ſunt, ſedem habere ſoli, ex recentioribus, Gabrieli Faerno conceditur; non profecto quod Faernus cœteros ætatis ſuæ viros doctrina præclaros anteiverit, ſed quod caput, ex pario marmore, eum repræſentans, immortalis Bonarotæ egregium perfectumque opus plerique exiſtimarint; ita ut, honos in Muſeo noſtro habendi locum, magis ad Sculptorem, quam ad ſculptum Vatem pertineat. Ceterum, Gabrieli huic Faerno patria fuit Cremona. Terentii comœdias emendavit, centuriamque Fabularum, ex antiquis Scriptoribus delectarum edidit; item carmen in maledicos, & cenſuram emendationum Sigonii Livianarum, ut Ariſius refert in *Crem. litter.* Tom. II. qui tamen, de imagine Capitolina egregii hujus Vatis ne verbum quidem. Moritur is Romæ die 17. Novembris 1561. in ejuſque obitum, hoc, Annibal Cuccæjus; edidit epigramma

Dum veterum Authorum inſtaurat monumenta Faernus
Et reddit vitæ ſcripta latina ſuæ,
Invidit fera Parca, virumque ad tartara truſit;
Quodque aliis adimis, hoc tibi, dixit habe.

Ubi vero fuerit tumulatus, ab ipſo ignoratur eruditiſſimo P. Thoma Auguſtino Vairanio O. P. cui ceteroquin, monumenta omnia ad litteratos Cremonenſes viros conterraneos ſuos ſpectantes, innoteſcunt.

FAERNOS. pro FAERNVS. Greciſſantem heic Lapidarium, genio ſuo indulgentem agnoſce. Caput vero Faerni (præclariſſimum quidem opus) extat in cubiculo, quod vulgo dicitur *Miſcellanea*.

CAPUT XII.

Caput iſtud duodecimum, inſcripta illa monumenta complectitur, quorum pleraque, jam editis primo atque ſecundo collectionis noſtræ voluminibus, aut mihi ab Amicis ſunt dono tradita, aut ære meo acquiſita, quæque ipſe ad lapidariam Muſei Capitolini augendam ſupellectilem in idem transferri curavi: quædam vero modo me, modo Amanuenſes fugerunt. Ea ergo, capitibus ad quæ ſpectant indicatis, continuatiſque numeris, heic velut auctarium adjicimus.

CAP.I. 1320.

IOVI
SERENO
ENVMMIVS
ELBINVS
ETOTO

QUEMADMODUM Jupiter *Pluvius*, ita Jupiter *Serenus* a Romanis æquè, & a Græcis colebatur. De Jove pluvio, ſeu Imbrice, hæc ex Pauſania profert eruditiſſimus Meurſius in libro ſingulari de populis Atticis pag.92. *Erat*, inquit, *in Attica ara, in qua Jovi ſacrificabant, modo* Ὄμβριον *modo* Ἀπήμιον *indigetantes*. Adeundi etiam Phornutus, Virgilius, Ovidius, Tibullus. Ejuſdem Jovis effigiem cernimus tum in columna, tum in numis Antonini a Seguino editis; item in numiſmate Trajani apud Montfoconium *ſuppl.* tom. I. *tab.*19. Verum ne de *Pluvio* loqui plus videar, quam de *Sereno*, ad quem reſpicit votiva hæc inſcriptio, advertam de Sereno Jove, quem *Serenator* vocat Apulejus lib. *de Mundo*, me apud Mythologos (non pauca de Pluvio referentes) ne verbum quidem inveniſſe. Martialis enim ubi cecinit lib. v. epigr.6.

Noſti tempora tu Jovis ſereni,
Cum fulget placidus ſuoque vultu,
Quo nil ſupplicibus ſolet negare,

non de ipſo Jove loqui videtur, ſed de Domitiano, cujus hilarem venuſtamque frontem laudant etiam Plinius in *Act.* ad Trajanum & Svetonius *in Domit.* cap.18. Atqui ſilentibus Mytologis, loquentur ſaxa.

FORTVNAE REDVCI
ET. IOVI. SERENO
DIIS. DEABVSQ
SVB QVORVM. TVTELA
AVG. MILITAVIT
C. STATIVS PLAVTI
ANVS. D. D

ſic in lapide qui teſte Boiſſardo in Titi Veſpaſiani thermis extabat. Apud Gruter. p.1009.

IOVI SERENO
ET
FORTVNAE REDVCI
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI &c.

Demum in lucerna fictili Paſſeriana

IOVI SERENO
SACR

Hæc ſane declarant, ex trecentis, unum

Jovem, SERENVM cognominatum, Romanos honorasse, quod Gyraldo omnium Jovis cognomentorum (*Syntagm.* II.) collectori, ignotum fuisse valde miror. Ubi vero ædem, aut sacellum hujusce Sereni Jovis extiterit, omnino incertum. Attamen haud dissimulari debet veteres *Serenum* Jovem interdum cognominasse, non quod pluviam arceret, sed quod læta fronte esset, idest *propitius*, *benignus*: sic apud eos, *sereni* non semel dicebantur Reges, cum *propitios* dicere volebant, ut innuit Raderus *in not.* ad Martialis epigrammata lib.V. *6.* & colligitur ex Lucano lib.IV. ubi de Cæsare

——— *at facilis Cæsar, vultuque serenus.*

Adi Hieron. Aleandrum in *Tab. marm.* p.60. Heic opportunius referam marmor illud Ticinense, quod edidi tom. I. p.93. *in not.*

I . O . M
AGGANAICO *sic*
M . NONIV
S VERVS
CVM SVIS
V . S . LM

Agganaico, hoc est *lætifero*, seu *jucundo*, *placido*, *benigno*. Nostrum hunc lapidem Jovi Sereno dicatum (quem extra portam vulgo *Majorem* secus viam observavi, curavique ex stercoratissimo loco in Museum Capitolinum transferri) retulit etiam in sua Roma p.119. Georgius Fabricius, sed mendosè *Nummium Albinum*, PRAETOREM VRBANVM creavit: de hoc enim munere, ne vestigium quidem in autographo, in quo nihil desideratur præter quadratarii diligentiam, qui perperam scripsit ENVMIVS pro *Nummius*, ELBINVS pro *Albinus*, & ETOTO pro *ex voto*.

1321.

ISIDI
SACRVM

ISIDI. In marmorea undequaque, Isiacis symbolis decorata basi, hæc legitur epigraphe.

1322.



SANCTO. Varia encomiorum serie Silvanum ab Ethnicis cultum testantur saxa, in quibus ei *Custodis*, *Gemini*, *Domini*, *Salutaris*, *Domestici*, *Littoralis*, *Dendrophori*, *Cœlestis*, *Sacri*, *Augusti*, *Pecudiferi*, *Lactiferi*, *Glandiferi*, *Pomiferi*, *Cannabiferi*, *Liniferi* cognomina tribuuntur. In hoc votivæ columellæ frusto, quod mihi recens vendidit Octavius Parinus, SANCTVS appellatur. Apud Mazzochium *Sanctissimus*.

SILVANO SANCTISSIMO
CORNELIVS REPENTINVS
V . C . FECIT

Vid. ejusdem *epigr. urb.* pag. 172.

D M

1323.

D M
IVLIO SEVERI
NO . PATRON
O : CVLTORV
M . DIANESIVM
BENEMERENTI
FECERVNT ANTESTIVS
VICTORINVS ET
AGATHEMER
::T ASCLEPIODO
TVS

DIANESIVM. Cultores Dianesii, in hac, non ante edita inscriptione, primum occurrunt. Hi, ni fallor, Dianam peculiari cultu prosequebantur, ejusque sacellum in vico Cyprio situm, quod DIANIVM dicebatur, curabant. *Dianii*, idest loci Dianæ consecrati, meminit vetus lapis apud Gutherium de *jur. Pontif.* III. 4.

C . IVLIANVS
CAELIVS . ANT
F
: : : : : : : : :
DIANIVM . D . D

Lucum etiam *Dianium* in nemore Aricino ab Egerio Lebæo Tusculano dedicatum, memorat Cato *de origin.* II. Aventinus collis, a *Diana* DIANIVS vocabatur, auctore Borrichio *Ant. urb.* cap. XV. Ita loca Isidi, & Serapidi sacra, ISEA, & SERAPEA dicebantur.

CVLTORES. Cultores Asclepii, & Hygiæ, Jovis Arckani, Mercurii Augusti, habentur apud Muratorium p. 176. 181. 182. & apud Gruterum pag. 315. 66. 245. cultores Herculis Reatini, Larum, Silvani &c. Noster hic lapis, humi jacentem vidi in viridario præclarissimæ Falconeriæ gentis via Julia, eoque, perhumaniter annuente ejusdem viridarii Domino, museum Capitolinum nuperrime exornavimus.

CAP. II. 1324.

IMP CAE.·.·.·.·.
ANTONIN.·.·.·.·
L . SEPTII.·.·.·.·.
PONT.·.·.·.·.·.·
IMDCA.·.·.·.·.·.

Tam mutila, effractaque marmora, nec in museo Capitolino collocari debuerant, nec ego retulissem, nisi eis prætermissis, numerorum ordo, & series perturbaretur. Scio enim, monumenta ad Augustos spectantia minus ingratum fore penitus ignorare, quam inextricabilia cernere.

1325.

.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
.·.BICI ADI.·.·.
MAX.FORT.·.
P . P .·.·
IMP . CA.·.·.
.·.ANTY.·.·.

1325. FORT. *Fortissimi* cognomen, ante Antoniniana tempora, Cæsaribus, in publicis monumentis traditum, nunquam observavi. Saxum itaque ad aliquem ex Antoninis spectare opinor, forte ad Caracallam L. Septimii Severi *Ara*BICI ADI*abenici* &c. filium.

CN.

CAP. III. 1326.

CN · PINARIO · CN · F ∴
SEVERO CONSVLI · AVGVRI REGI SA.∴∴
IMP · CAESARIS · NERVAE · TRAIANI · AVG · SALIO · COL∴
CORNELIA · MANLI∴∴

CONSVLI. De Cn. Pinarii consulatu, nulla apud fastorum collectores est mentio. Insuper, si quis fasces aliquando hunc suscepisse arbitretur, id imperante Trajano contigisse fateatur necesse est. At cum omnium consulum, qui imperatore Trajano hunc Magistratum gessere, nomina in Fastis recensita habeantur, ita nullus superest locus Cn. Pinario adsignandus, nisi consulare album corrumpatur. Trajanus ergo regnare cœpit A. Ch. 99. regnavit annos 19. obiit A. ch. 116. Decem & novem annorum imperii Trajani consules habentur.

A. C. 98. Nerva III. Trajanus II.
99. Palma, & Senecio.
100. Trajanus III. & Frontinus al. *Fronto*.
101. Trajanus IIII. & Pætus.
102. Servillus al. *Senecio*, *& Sura*.
103. Trajanus V. & Maximus II.
104. Suranus II. & Marcellus.
105. Candidus II. & Quadratus.
106. Commodus, & Cerealis.
107. Sura, & Senecio.
108. Gallus, & Bradua.
109. Palma II. & Tullus.
110. Priscinus, al. *Crispinus* & Orfitus.
111. Piso, & Bolanus.
112. Trajanus VI. & Africanus.
113. Celsus, & Crispinus f. II.
114. Vopiscus, & Hasta.
115. Messala, & Pedo.
116. Ælianus, & Vetus.

Concludendum itaque (si quid video) Cn. Pinarium consulare imperium haudquaque fuisse assequutum; ita ut ubi legitur CONSVLI legi fortasse debeat cum Muratorio p. 358. CONSVLVM, idest *Consulum Auguri*. Fortasse, dixi: nam hunc, inter *suffectos* enumerare quis posset; eo magis, si Historiæ Rom. Anglicanorum scriptorum attendatur opinio, qui consulatum, ætate Trajani, trimestrem tantummodo fuisse contendunt.

REGI SA. *Sacrorum*. De sacrorum Regis institutione loquitur Livius lib. II. At audiatur Dionysius lib. V. *Quoniam multa magna beneficia collata videbantur in Remp. a Regibus, volentes hoc nomen in urbe servari perpetuo, jusserunt ut Pontifices, & Augures designarent unum aliquem e senioribus ad hoc idoneum, qui sacris tantum præesset, immunis a militia, vocareturque Rex Sacrificulus, primusque hunc honorem Romæ accepit Manius Papirius vir Patricius quietis amantissimus*. Hactenus ille, Sigismundo Gelenio interprete. Sacrorum regem etiam Græcos, potissimum Athenienses habuisse testantur Aristoteles, Pollux, Demosthenes, aliique. Muratorius in notis ad hunc lapidem: *Prius tamen*, ait, *inquire an tamdiu perdurarit munus Regis sacrorum*. Verum, quæ necessitas rem inquirendi, quam ipsa testatur inscriprio, in qua Trajani nomen, cæcus dumtaxat non legit? Ceteroquin, Sacrificuli munus, ad Theodosios usque mansisse, conjicio. Ad Theodosios, inquam, quorum senior *idolorum templa ubique funditusque subvertit*: Junior vero, *quæ adhuc supererant destrui jussit, ut posteri ne vestigium quidem ullum pristini erroris possent intueri*. Hæc Theodoritus Hist. eccl. lib. V. cap. 21. & 37.

SALIO COL. Bis hanc inscriptionem, Tiburi repertam anno 1727. ut refert Lupius *epit: S. Sev.* pag. 23. dedit Muratorius, sed pag. 329. CN. *Pinario* CN. F. pag. 329. GN. *Pinario*. GN. F. In notis vero Pinarium hunc, modo *Salium coloniæ* facit, modo *Salium collinum*.

num. Cum una tantum ſit adoptanda interpretatio, ſecundam potius retinendam autumo. De ſaliis Palatinis a Numa rege inſtitutis, Martiqne dicatis, Minucius, Arnobius, Lactantius, Gutberlethus, Georgius Draudius ad *Solin.* cap. II. Ouzelius in *not.* ad Minucii *Octav.* omneſque rerum Romanarum ſcriptores diſſeruere. Fuerunt & Salii Quirinales, & Agonales ſive Collini, ſic a monte appellati in quo ſacrarium habebant, & Pavorii, & Pallorii, ideſt diis Pavori, & Pallori addicti. Hos a Tullo Hoſtilio creatos, ſicut bello voverat Roſinus, Scaliger, Rupertus, aliique exiſtimant. Servius tamen ad Æn. lib. VIII. *Collinos*, & *Quirinales* a Numa, *Pavorii* & *Pallorii*, ab Hoſtilio inſtitutos contendit. Ceterum *Salios* a *ſaltando* dictos, quod nimirum feſto Anciliorum ad tibiarum modulos choreas ducerent, probat Walchius in not. ad Lact. *de falſ. Relig.* lib. II, ubi Horatium in teſtem adducere poterat Carm. lib. I. Od. 36.

Neu morem in Salium ſit requies pedum.

& lib. IV. od. I.

——————————— *pede candido*
In morem Salium ter quatient humum

Ad hunc amburuandi, ſeu corpus ſaltu reciprocandi morem alludit Lucilius lib. IX. ſat. 28. ubi de Saliorum antiſtite dixit

Præſul ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli.

De arcanis demum Saliorum hymnis, *vix ſacerdotibus ſuis*, ut ait Qunintilianus lib. I. cap. 6. *ſatis intellectis*, verba faciunt Dionyſ. Halicarn. lib. II. Varro de L. L. lib. VI. Horatius II. Epiſt. I. Macrob. Saturn. lib. I. cap. IX.

PINARIO. In meis ſchedis inſcriptionem habeo in qua P. Pinarius Fronto, & Pinaria Hygia nominantur. Pinarium Scarpum præfectum fuiſſe Africæ, tradit Dio. Polyenus lib. VIII. *Pinarium* nominat, qui Ennenſes a Romanorum ſocietate deſcitos, interfecit. In noſtris num. 338. eſt Cn. Pinarius Gemellus, apud Muratorium C. Pinarius Oneſimus Ampheriſtus, & apud Gorium tom. I. num. I. ΜΑΡΚΟΣ ΠΙΝΑΡΙΟΣ Bacchi, cognomine *Scianthi*, ſacerdos. Pinarium denique prænomine CN, ac ut in noſtro CN. *filium*, commemorat lapis, Campaniano in Lozziorum domo repertus, in quo

DEIS MANIB.·.·
PARENTV·.··
CN.. PINARI. CN. I:::

Vid. *il Vejo illuſtrato*, opuſculum excultiſſimi R. C. Advocati Caroli Zanchii, quem honoris cauſſa nomino.

1327.

C·CILNIO.P·F·POM
PAETINO
LEGAT·TI·CAESARIS·AVG
PRAETORI·TRIBVN
PLEBIS
QVAESTORI·TRIBVNO
MILITVM
PROCONSVLI

POM. Ex tribu Pomptina. Familiam Cilniam Etruſcam fuiſſe teſtabatur Auguſtus a quo C. Cilnius Mæcenas, auctore Macrobio *Saturn.* lib. I. cap. 4. per jocum appellabatur *Ebur ex Etruria*, *Laſer Aretinum*, *Beryllus Porſennæ*. Eruditiſſimus Gorius in Inſcript. Tom. II. pag. 227. Arretio claruiſſe aſſerit, validiſque probat argumentis; idcirco miror p. 170. C. *Cilnium Varum* Volaterranum dixiſſe. Ceterum *Cilnia* gens, nobiliſſima quidem,

dem, ab Horatio *atavis edita Regibus* appellatur, & *Tyrrhena Regum progenies*. Ita Propertius lib. III.

Mæcenas eques Etrusco de sanguine Regum.

Ludovicus tamen Despræus in notationibus ad laudati Lyrici librum I. Od. I. anonymum quemdam increpat scriptorem (Annium Viterbensem ni fallor, quem sunt secuti Hieronymus Bardius in *Chron.* & apud Dempsterum in *Etrur. Reg.* lib. II. cap. 55. Joannes Lucidus, atque Hieronymus Heningius) quod Mœcenatis avorum seriem perinde contexerit, ac si eidem pater fuisset *Menodorus*, avus *Menippus*, proavus *Cæcina*, abavus *Volturenus*, atavus *Titus*, tritavus *Turrhenus*, tandem *Elbius* majorum primus, singuli Etruriæ reges. Quicquid autem de regali Cilniorum origine arbitretur, certum est C. Cilnium Pætinum, pluribus sub Tiberio, in militia fuisse muneribus decoratum, de quibus satis sermonem habui Tom. I. & II. Inscriptio nostra extabat olim in hortis Justinianæis, eamque ediderat jamdiu Fabrettus cap. x. Alteram huic omnino consimilem extitisse quondam viâ Felice asserit eques Piranesius, quod sane haud mirum. Inscriptionum etenim exemplaria veteres aliquando geminasse testantur Cestianæ pyramidis tituli, M. Ulpii Valentis, & Cœliæ Dinatæ epitaphia ad S. Mariæ *della Quercia*, lapides Q. Licinii Flori, & Mussii Chrysonici *nutritores lactanei* in vinea Marnis Casalii, inscriptiones demum quæ in arcu Segusino leguntur.

C.IV. 1328.

.·.·.·PECVLATORI
.·.·.·.·AE ∾ PIAE ∾ VINDIC
.·.·.·.·I ∾ AVRELIA ∾ PA
.·.·.·.·NE ∾ MERENTI

.·.PECVLATORI. Vide si vacat cap. IV. ubi de Speculatoribus egimus, æreque incisam Speculatoris figuram exhibuimus.

:::AE PIAE VINDICI. *Classis prætoriæ*, vel *Centuriæ Piæ vindicis*. Ita apud Muratorium p. 855. C. SVAGIO (rectius ut censeo ap. Fabrettum SVLGIO) *Cæciliano* PRAEF. LEG. III. &c. CLASSIS PRAETORIAE MISENATIVM PIAE VINDICIS. De militibus vero, qui VINDICES vocabantur, sermo est apud Pancirolum in *Notit.* & Bulengerum lib. VII. cap. 2.

Marmor integrum est, excepto dextro latere, in quo pauca tamen desunt. In prima autem linea, spatium a coronide ad litteram P unius, vel duorum ad summum elementorum capax videtur, ita ut asseri liceat, nostrum, ex illis esse lapidibus, in quibus defunctorum nomina omissa notantur. Tametsi de his alibi sermonem habuerim, juvet tamen quædam alia heic adducere hujusce prætermissionis exempla. Fabrettus cap. I. n. 86.

CONTVBERNALI. FECIT
VIXIT (XIX) ANNIS

ibid. num. 90.

D . M
AMICA. AMICO
CARISSIMO
B. M. F

demum num. 92.

HIC SEBIVO OMNI
BVS. SVIS. BENE
FECIT

Christianorum quoque titulos anonymos vulgavit Bosius *Rom. subterr.* lib. III. cap. 23. ubi INNOCENTIAE ET DVLCITVDINI FILIO QVI VIXIT ANNV VNV MENS::: DIES VIIII. PARENTES FECERVNT ibid. cap. XLI.

HIC REQVIESCET
IN PACE QVI VIX ANN P. I:::
FL. FELICE V. C. CO:::

& cap.

& cap. LXI.

VIXIT ANNIS XX. ET VNV
MENSIS SEX DIES XX ET SEX
DICESSIT DIE V. KAL OCToBRES

Verumtamen, ſi de chriſtianis agatur viris, haud incredibile videtur, nomen quandoque in ſepulcralibus titulis conſulto ſiluiſſe, humilitatis modeſtiæque cauſsa, uti animadvertimus in catacumbis, in quibus paſſim urnulæ, nullis inſcriptæ nominibus, reperiuntur. Hanc profecto animi modeſtiam, laudabiliter imitatam in nobiliſſimæ familiæ de Alteriis ſarcophagis, in templo S. Mariæ *in Porticu* ſitis, non ſemel obſervavi, nec unquam ſatis probavi.

CAP. V. 1329.

AGRYPNVS CAESAR
AVG MAECENATIANVS
A · STATVIS

A STATVIS. Auguſtus, etſi ſtatuas argenteas ſibi poſitas conflaſſet omnes, atque ex eis, aureas Apollini cortinas dedicaſſet, ut narrat Svetonius cap. 52. ſtatuas tamen ducum omnium, teſtante eodem Hiſtorico cap. 31. qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidiſſent, *triumphali effigie, in utraque Fori ſui porticu collocavit*; unde Ovidius *Faſt.* lib. v.

Hinc videt Æneam oneratum pondere caro,
Ex tot Juleæ nobilitatis avos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claraque diſpoſitis acta ſubeſſe viris.
Spectat, & Auguſto, prætextum nomine templum
Et viſum eſt lecto Cæſare majus opus.

Harum ergo ſtatuarum cuſtos, atque curator erat, ut cenſeo, libertus iſte, cujus nomen a *vigilia* ſumptum videtur. *Agrypnia* enim Græcorum, eſt Latinis *ſomnus difficilis*; & *agrypnetici*, qui *vigilias facile ferunt*.

MAECENATIANVS. Qui olim Mæcenatis ſervus. Vide & heic ut in omnibus fere ſaxis, & in Romano Virgilii codice Mæcenatis nomen per AE, non per OE, ut depravatè quidam ſcribunt. In ſaxo itidem Golotiano, ad quod provocat Marvicius in *Georg.* lib. I. *caſtigat.* habetur per *ae*

PERMISSV C. MAECENATIS

In noſtris *Ciſſus* MAECENAT, Parmeno MAECENATIAN, & Annia Mæcenatiana. Græcè enim eſt Μαικήνας.

1330.

TI · CLAVDI.·.·.
.·.·.PHASI DIS.·.·.
IMM·.·.

PHASI DIS. Gorius æque, & Blanchinius viri ſummi, nodum in ſcirpo, non quærentes, ſed facientes, perperam exſcripſerunt PHASIDIS, interpretatique ſunt, ille *Claudius* PHASIS a *Phaſide* Colchorum fluvio; iſte ab oppido. Cognomentum ego credo Ti. Claudii DIS*penſatoris* IMM*unis*.

PHASIS *purpureis ruber lacernis*;
qui nimirum, ut eques videretur, purpuram induebat, deridetur a Martiale lib. v. Epigr. 8.

1331.

BLASTVS
LANIPEND
IVLIA PRAENE·.·.·.

1331. BLASTVS. Ejuſdem nominis virum, Herodis regis cubicularium laudant *Act.* cap. XII.

LANIPEND. Sic in autographo cum D; quamobrem non *Lanipens*, ut Gorio placuit, ſed Lanipendus, vel Lanipendius interpretandum cenſeo; qui lanam, ut puto, penſabat.

PRAENE::: Prænestina, a patria Præneſte; nunc *Paleſtrina*.

PAR-

1332.

PARTHENIO
.·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·.
..·.·.STRVCT

Structorum appellatione permulti veniunt artifices, & Servi; Structores nempe, sive Instructores parietarii, quorum unus C. Julius Salvius apud Gorium *Inscript. Etrur.* to.I. p.154. Structores annonæ (ex quibus non semel Destructores) apud Tullium *Epist.* lib.xiv. *ad Attic.* Structores bucularum quos nominat Popma *de oper. serv.* p.72. Structores militares a Vegetio lib. II. cap.2. nec non a Vopisco *in Aureliano* laudati. Structores demum, seu Carptores, hoc est Scissores (ital. *Scalchi*) qui a Martiale memorantur. At Petronius audiatur Cap. xxxvi.. *Trimalchio, ejusmodi methodo lætus*, CARPE, *inquit. Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares Darium hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalchio lentissima voce* CARPE. *Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem, toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui supra me acumbebat, hoc ipsum interrogare. At ille qui sæpius ejusdem ludos spectaverat: vides, inquit, illum qui obsonium carpit?* CARPVS *vocatur: itaque quotiescumque dicit* CARPE, *eodem verbo, & vocat, & imperat*. Ferculorum structores, quorum aliqui obsonium in aera suspensum per quam peritè scindebant, descripsit Juvenalis *sat.* v. his versibus

Structorem interea, ne qua indignatio desit
Saltantem spectas, & Cheironemonta volante
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia; nec minimo sane discrimine refert
Quo gustu lepores, & quo gallina secetur.

Ex his, vel ex parietariis, Parthenionem hunc nostrum fuisse conjicimus; nam ex lapide tam manco, nihil certi erui potest. Sane opera heic requiritur illius qui apud Firmicum *de err. prof. Relig.* pag.46. *jacentes lapides componit, ac insensibilia saxa corrigit.*

1333.

ANTAEVS
IVLIAE AVG·OSTIAR
DEC

OSTIAR. De ostiariis egimus Tom. II. *num.*401. Hanc inscriptionem dedit etiam Blanchinius; at non leviter erravit in suæ collectionis indice, ubi ANTONIVS pro ANTAEVS, & LIVIAE pro IVLIAE. Scio Liviam Augustam utrumque nomen retinuisse, ut probat Spanhemius, & testantur inscriptiones, in quibus modo LIVIA AVGVSTA appellatur, modo IVLIA LIVIA AVG. at in nostri lapidis autographo IVLIAE AVG, *Liviæ* nomine prætermisso, quod quidem perrarò occurrit. Porro, cum mulieres ex Claudii jussu juramenta per ejusdem Augustæ nomen, geniumve confirmarent, eam teste Dione lib. LX. LIVIAM constanter vocabant, quod Brissonius lib. *de Form.* omisit. Inferius alterum Liviæ ostiarium, nomine *Amphionem*, invenies.

OL-

1334.

OLLAM
CORINNAE
.·.·.CILL LIBR

CORINNAE. Egregiæ poetriæ nomen, quæ, si vera tradunt antiquissimi scriptores, quinquies in poeticis certaminibus Pindarum vicit, vel quod urbanissimus ille vates (quem valde fœminis addictum describit Athæneus) consultò, sponteque dormitarit, vel ut opinatur Pausanias, quod cum formosissima esset, facile Judicum animos ad se converterit. Juliam Augusti filiam propudiosissimam sub Corinnæ nomine Ovidium celebrasse, innumeri tradunt Scriptores, quos inter Marius Victor lib. IV. ad Salmonem

Quod Maro cantatur Phænissæ, quod Naso Corinnæ.

& Sidonius Apollin. Carm. XXIII.

Nec te carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomosque missum
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto carmine subditum Corinnæ.

LIBR. Librarias Romani fœminas habebant, quæ libros ornarent; at istæ in lapidibus per SCR. LIBR. enunciabantur, uti videre est in saxo olim Carpensi a Grutero edito pag. 594. in quo

SEXTA XANTA
SCR. LIBRARIA
EM. OL II

Heic vero cum desit sigla SCR. legi quidem potest LIBRARIA, sed intelligi debet de fœmina LIBRIPENDIA, cujus figuram adhuc exhibent anaglypha in fori Palladii arcu insculpta. Adi Bellorium in *Admir. urb.* Hinc recte Camillus Silvestrius verba illa Juvenalis sat. VI. 475.

——————— *si nocte maritus*
Aversus jacuit, periit Libraria,

ejusdem Satyrici Scholiaste duce sic vertit:

„ ——————— *se il suo marito*
„ *Col dorso a lei rivolto*
„ *Nella trascorsa notte avrà dormito,*
„ *Dispettosa, ed altera*
„ *Fà, vittima al suo sdegno,*
„ *Della lana perir la dispensiera.*

1335.

.·.·.CERDO INSVLAR

INSVLAR. *Insularius.* Servus scilicet insulæ, vel insularum custos, idest ædium domorumque ab aliis sejunctarum, quæ communibus non jungebantur. Nos italice *Palazzo isolato*, & similia. Insularum Romæ infinitum fuisse numerum tempore Claudii, asserit Lipsius de *magnitud. urb.* Liquet id tutius ex Svetonio in Nerone cap. XXXVIII. scribente: *Tunc præter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt.* Attamen, post memorabile illud urbis incendium, non minorem fuisse insularum multitudinem apparet ex P. Victore, & Sex. Rufo, qui enumerant quot domus, quot item insulæ in unaquaque Regione fuerint. Hinc, judice Binæo, *de morte* IESV CHRISTI lib. 3. cap. 8. p. 459. egregiam lucem accipiunt verba Apocalypseos XVI. 18. 19. 20. Mirum utique, ex tot insulis quibus urbs æterna constabat, ne unam quidem hisce diebus superesse, quæ privatarum domorum constructionem exhibeat. At de insulis adi Philandrum disertissimum Vitruvii interpretem *de Architect.* lib. I. Pignorium *de Servis* cap. 24. Titum Popmam *de oper. Serv.* p. 99. Et quia in insulis pretiosorem supellectilem homines prædivites reponebant, ideo custodes Servi appositi sunt; unde Juvenalis sat. XIV.

—— miseri, & magni custodia census
Dispositis prædives, hamis vigilare cohortem
Servorum, noctu Licinius jubet, attonitus pro
Electro, signisque suis, Phrygiaque columna,
Atque ebore, & lata testudine.

Eadem habes apud Horatium *Serm.* lib.I. sat.I. Insularios si alios agnoscere optas, adi Reinesium, Mazocchium, Muratorium, & Gorium, penes quos M. *Ant.* FELICEM, *Faustum* IANVARIVM, *Sex. Pompejum* LATINVM, OCLATIVM, HIMERVM insularios invenimus.

1336.

EVTACTVS LIVIAE
ASIA LIVIAE. CAPSA
CASCELLIANA

CAPSA. *Capsaria*. Qui in balneis servanda vestimenta suscipiebat, qui capsis nummariis apud Argentarios erant præpositi, qui capsas conficiebant, qui demum puerorum scholam adeuntium libros, theca inclusos progerebant, *Capsarii* vocabantur, uti colligitur ex decima Juvenalis satyra. Adi Epiphanium, Popmam, Pignorium, *Antiquit. Hercul.* illustratores Tom. IV., Terruntium denique Paternum, aliosque Jurisconsultos. Cum vero heic Asia Cascelliana *Liviæ capsaria* dicatur, ejusdem Augustæ vestimentorum gemmarumque, totiusque mundi muliebris custodem fuisse reor, vel domi vel in balneis: erant enim quidam fures Balnearii dicti, qui vestes eorum surripere solebant, qui lavatum ierant. De istis Catullus Epigr. XXXIV.

O furum optime balneariorum
Vibenni pater, & Cinædo fili.

Blanchinius cum hoc Asiæ adsignandum munus, Eutacto adscriberet, toto ut ajunt cœlo, in nostro elucidando lapide aberravit. Tunc enim legendum esset ASIAE LIVIAE CAPSARIVS CASCELLIANA, quod profecto mihi absurdum videtur.

CASCELLIANA. A gente CASCELLIA, de qua Corradinius in *Lat. vet.* lib. II. cap. 20. ubi & de fundo *Cascelliano* est sermo.

1337.

AMPELIO LIVIAE.L.SAR
ZENONIS ZENO
LIVIAE.L.

SAR. *Sarcinator*. Quare Gorius *Sarcinatrix*, istumque hinc Amplionem in fœminam converterit, non intelligo. Sanè ejusdem desinentiæ masculina nomina, non heic primum occurrunt, nam in comœdiis Plautinis habentur *Curculio*, *Ballio*, *Euclio*, in nostris lapidibus *Tellius* STABILIO ita ut nec dubitari queat libertum, non libertam heic laudari. Sarcinatores nominat Plautus in Aulul. Act. III. Sc. 5. ubi

Petunt fullones, sarcinatores petunt.

Conf. Cato *de re rust.* cap. 2. Lucilius in *Chiliadibus* sat. 18. Paullus *in sent.* L. 42. *de furt.* Ulpianus L. 1. *de tribut.* Popmam, Pignorium, aliosque. An Gorius ignorabat Romæ fuisse Sarcinatores? Non credam, etiamsi dicat Cato. At nec ego Romanos *Sarcinatrices* habuisse ignoro, immo vero de his alibi egimus.

1338.

M . LIVIVS
AVCTI . L . LYDVS
A SEDE
AVGVSTAE

A SEDE. Liviæ Auguſtæ, ſedem inter Veſtales contra Prætoris tribunal, Tiberius adſignavit, ut auctor eſt Corn. Tacitus *Annal.* Lib. IV. cap. 16. Liviam cum Tiberio ſedentem exhibet inſignis illa gemma, quam Triſtanus Sanctamantius, Nicolaus Peireſchius, & Albertus Rubenius ſcitè illuſtrarunt. Hinc Servus *a ſede* Auguſtæ, qui ejuſdem Auguſtæ ſedem cuſtodiebat, collocabatque quoties theatrum introiret. Adi Chimentellium *de hon. Biſell.* cap. XII. ubi de ſedibus, honoris cauſſa decretis, ubertim eruditeque agitur.

1339.

M.LIVIVS AVG.L MENOPHILVS CALCIATOR	M.LIVIVS AVG.L. MENOPHILVS CAL.:. OLLAM DAT LIVIAE CHI.:.I.:.:.I SVA.:.

CALCIATOR. Menophilus, *calciator* dicitur, non quod Auguſtum calcearet, ſed quod calceos conſarcinaret: num Imperatoris? at quis credat Imperatores (niſi podagra laborantes) conſarcinatos unquam tuliſſe calceos? Servorum ergo domus Auguſtæ. Nobis italicè *Calzolaro*: Gorio *Calzatore*; verum quod Itali vocant *Calzatore*, ſeu *Calzatoja*, inſtrumentum eſt, quo aptandis calceis interdum utuntur *Calceolarii*, Inutile utique, ſi, ut de Empedocle fertur, amyclaidis, ſeu calceis æreis uterentur homines. Vid. Suid. *in Lexic.* Figuram calceorum, ſeu potius ſolearum, in ſaxis expreſſam exhibet laudatus Gorius in inſcript. Etrur. Tom.I. pag. 10. hujuſmodi.



Eruditiſſimus item Paſſerius hanc ſoleæ, vel crepidæ figuram vulgavit in *Gemm. Aſtrif. Chriſtian* Tom.II. h. e. *Diſſert.* XIII.



Vide Salmaſii notas in librum V. Tertulliani *de Pallio*, Nigronium, Balduinum, Rubenium, ceteroſque de re veſtiaria ſcriptores. Ceterum veteres etiam calceos vincire ſuetos conjicitur ex illo Græcorum, *calcei vinculum frangere malum omen*, de qua re mentio fit in Menandri fragmentis, apud Clementem Alex. *ſtrom.* VII. pag. 712.

> Ἀγαθὸν γένοιτό μοι ὦ πολυτιμητοὶ Θεοί.
> Ὑποδούμενος γαρ δεξιᾶς τῆς ἐμβάδος
> τὸν ἱμάντα διέῤῥηξ᾽.

> *Bene mihi eveniat, o multum colendi Dii;*
> *Cum enim inducerem dextrum calceum,*
> *Vinculum fregi.*

Hac laboraſſe ſuperſtitione Auguſtum, refert Plinius H. N. lib. II. cap. 7. Svetonius itidem in *Aug.* cap. 92. *Auſpicia quædam*, inquit, *& omnia pro certiſſimis obſervabat. Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur, ut dirum.*

Tabulæ ſic duobus laterculis diviſæ crebro reperiuntur: at heic notandum quod M. Livius Menophilus uxoris oſſa ad lævam, ſua vero ad dextram condi juſſerit; conjugali ſcilicet concubitorio privilegio, etiam in ſepulcro rite ſervato.

—— *miseri, & magni custodia census*
Dispositis prædives, hamis vigilare cohortem
Servorum, noctu Licinius jubet, attonitus pro
Electro, signisque suis, Phrygiaque columna,
Atque ebore, & lata testudine.

Eadem habes apud Horatium *Serm.* lib.I. sat.I. Insularios si alios agnoscere optas, adi Reinesium, Mazocchium, Muratorium, & Gorium, penes quos M. *Ant.* FELICEM, *Faustum* IANVARIVM, *Sex. Pompejum* LATINVM, OCLATIVM, HIMERVM insularios invenimus.

1336.

EVTACTVS LIVIAE
ASIA LIVIAE. CAPSA
CASCELLIANA

CAPSA. *Capsaria*. Qui in balneis servanda vestimenta suscipiebat, qui capsis nummariis apud Argentarios erant præpositi, qui capsas conficiebant, qui demum puerorum scholam adeuntium libros, theca inclusos progerebant, *Capsarii* vocabantur, uti colligitur ex decima Juvenalis satyra. Adi Epiphanium, Popmam, Pignorium, *Antiquit. Hercul.* illustratores Tom. IV., Terruntium denique Paternum, aliosque Jurisconsultos. Cum vero heic Asia Cascelliana *Liviæ capsaria* dicatur, ejusdem Augustæ vestimentorum gemmarumque, totiusque mundi muliebris custodem fuisse reor, vel domi vel in balneis: erant enim quidam fures Balnearii dicti, qui vestes eorum surripere solebant, qui lavatum ierant. De istis Catullus Epigr. XXXIV.

O furum optime balneariorum
Vibenni pater, & Cinæde fili.

Blanchinius cum hoc Asiæ adsignandum munus, Eutacto adscriberet, toto ut ajunt cœlo, in nostro elucidando lapide aberravit. Tunc enim legendum esset ASIAE LIVIAE CAPSARIVS CASCELLIANA, quod profecto mihi absurdum videtur.

CASCELLIANA. A gente CASCELLIA, de qua Corradinius in *Lat. vet.* lib. II. cap. 20. ubi & de fundo *Cascelliano* est sermo.

1337.

AMPELIO LIVIAE. L. SAR
ZENONIS ZENO
LIVIAE. L.

SAR. *Sarcinator*. Quare Gorius *Sarcinatrix*, istumque hinc Amplionem in fœminam converterit, non intelligo. Sané ejusdem desinentiæ masculina nomina, non heic primum occurrunt, nam in comœdiis Plautinis habentur *Curculio*, *Ballio*, *Euclio*, in nostris lapidibus *Tellius* STABILIO ita ut nec dubitari queat libertum, non libertam heic laudari. Sarcinatores nominat Plautus in Aulul. Act. III. Sc. 5. ubi

Petunt fullones, sarcinatores petunt.

Conf. Cato *de re rust.* cap. 2. Lucilius in *Chiliadibus* sat. 18. Paullus *in sent.* L. 42. *de furt.* Ulpianus L. 1. *de tribut.* Popmam, Pignorium, aliosque. An Gorius ignorabat Romæ fuisse Sarcinatores? Non credam, etiamsi dicat Cato. At nec ego Romanos *Sarcinatrices* habuisse ignoro, immo vero de his alibi egimus.

1338.

M. LIVIVS
AVCTI. L. LYDVS
A SEDE
AVGVSTAE

A SEDE. Liviæ Auguſtæ, ſedem inter Veſtales contra Prætoris tribunal, Tiberius adſignavit, ut auctor eſt Corn. Tacitus *Annal.* Lib. IV. cap. 16. Liviam cum Tiberio ſedentem exhibet inſignis illa gemma, quam Triſtanus Sanctamantius, Nicolaus Peireſchius, & Albertus Rubenius ſcitè illuſtrarunt. Hinc Servus *a ſede* Auguſtæ, qui ejuſdem Auguſtæ ſedem cuſtodiebat, collocabatque quoties theatrum introiret. Adi Chimentellium *de hon. Biſell.* cap. XII. ubi de ſedibus, honoris cauſſa decretis, ubertim eruditeque agitur.

1339.

M. LIVIVS AVG. L
MENOPHILVS
CALCIATOR

M. LIVIVS AVG. L.
MENOPHILVS CAL.∴
OLLAM DAT
LIVIAE CHI.∴I.∴.I SVA∴

CALCIATOR. Menophilus, *calciator* dicitur, non quod Auguſtum calcearet, ſed quod calceos conſarcinaret: num Imperatoris? at quis credat Imperatores (niſi podagra laborantes) conſarcinatos unquam tuliſſe calceos? Servorum ergo domus Auguſtæ. Nobis italicè *Calzolaro*: Gorio *Calzatore*; verum quod Itali vocant *Calzatore*, ſeu *Calzatoja*, inſtrumentum eſt, quo aptandis calceis interdum utuntur *Calceolarii*, Inutile utique, ſi, ut de Empedocle fertur, amyclaidis, ſeu calceis æreis uterentur homines. Vid. Suid. *in Lexic.* Figuram calceorum, ſeu potius ſolearum, in ſaxis expreſſam exhibet laudatus Gorius in inſcript. Etrur. Tom. I. pag. 10. hujuſmodi.



Eruditiſſimus item Paſſerius hanc ſoleæ, vel crepidæ figuram vulgavit in *Gemm. Aſtrif. Chriſtian* Tom. III. h. c. *Diſſert.* XIII.



Vide Salmaſii notas in librum V. Tertulliani *de Pallio*, Nigronium, Balduinum, Rubenium, ceteroſque de re veſtiaria ſcriptores. Ceterum veteres etiam calceos vincire ſuetos conjicitur ex illo Græcorum, *calcei vinculum frangere malum omen*, de qua re mentio fit in Menandri fragmentis, apud Clementem Alex. *ſtrom.* VII. pag. 712.

> Ἀγαθὸν γένοιτό μοι ὦ πολυτιμητοὶ Θεοί.
> Ὑποδούμενος γαρ δεξιᾶς τῆς ἐμβάδος
> τὸν ἱμάντα διέῤῥηξ᾽.

> *Bene mihi eveniat, o multum colendi Dii;*
> *Cum enim inducerem dextrum calceum,*
> *Vinculum fregi.*

Hac laboraſſe ſuperſtitione Auguſtum, refert Plinius H. N. lib. II. cap. 7. Svetonius itidem in *Aug.* cap. 92. *Auſpicia quædam*, inquit, *& omnia pro certiſſimis obſervabat. Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur, ut dirum.*

Tabulæ ſic duobus laterculis diviſæ crebro reperiuntur: at heic notandum quod M. Livius Menophilus uxoris oſſa ad lævam, ſua vero ad dextram condi juſſerit; conjugali ſcilicet concubitorio privilegio, etiam in ſepulcro rite ſervato.

1340.

M . LIVI∴∴
AVGVSTA∴
APHRODIS.∴
A SACRARIO

M. *Livius Aphrodisius*, *Augustæ lib.*

Sacrarium a Larario diferre nemo unquam est inficiatus, ut Pitiscus suspicari videtur. In lalario enim, domesticos lares, sive Penates Romani venerabantur; in sacrario vero res sacræ, Deorum tensæ, Augustorum codicilli teste Svetonio *in Tib.* cap.LI. & in *Vespas.* cap. v. reponebantur. *Moris fuit*, inquit Servius ad *Æn.* VII. *indicto bello in Martis sacrario Ancilia commovere*. Sacrarium gentis Juliæ, in quo effigies Divo Augusto apud Bovillas dicata, commemorat Tacitus *Annal.* II. 41. Numinum sacraria enunciat Inscriptio apud laudatum Lexicographum, ex qua eruitur Trajanum IMP. VII. COS. VI. SACRARIA. NVMINVM. VETVSTATE. DILAPSA. A. SOLO. *restituisse*. Sacraria Fauni habentur in Gruterianis pag.789. Domestica quoque sacraria unusquisque habebat, in quibus sacra privatim peragebantur. *Erat apud C. Hejum sacrarium &c. in quo signa pulcherrima quatuor, summo artificio, summa nobilitate*. Hæc Cicero in Verr. act.VI. or.9. Ita Catilina (ut in nostra *belli Catilinarii* versione adnotavimus) C.Marii aquilam auream, militare insigne in suæ domus sacrario servabat, eique ut Numini sacrificare consueverat; unde idem Orator, *scio*, inquit, *pactam, & constitutam esse cum Manlio diem, a quo etiam Aquilam illam auream, cui domui tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, scio esse præmissam*. Sacrarium insuper Lycomedarum a Barbaris incensum, a Themistocle deinceps restitutum, atque figuris exornatum, laudat Plutarcus *in vita ejusd.* Attamen cum nihil sub sole novum, ita *Sacellum* pro Sacrario Tullium aliquando, atque Svetonium scripsisse reperies apud Lævinum Torrentium in *not.* ad Svet. *in Aug.* cap. v. Marcus igitur Livius, qui in hoc saxo laudatur, custos, sive æditus Sacrarii erat ædis, quam Tiberius, & Livia, Augusto, inter Divos relato excitarunt in regione Palatina *ad capita bubula*, ubi editus est. Opportunissime Vignolius in inscript. select. hanc vulgavit p.279. quam non ab re erit heic exscribere

DIS MANIBVS
CLAVDIAE ANTONIAE
LIB. LACHNE
PHILIPPVS. RVSTIAN
PVBLICVS AB SACRARIO
DIVI AVGVSTI
CONIVGI CARISSIMAE
FECIT ET SIBI

Sic Timoleon Corynthius suæ domi sacellum Αὐτοματίας idest *casus*, seu *eventus* constituerat; domum autem ipsam sacro Genio consecravit, uti referunt Æmilius Probus in *Impp. Græc.* atque Plutarcus in *Timol.* & in *Præcept. polit.* Ita Domitianus paternas ædes in templum Flaviæ gentis convertit. Sacrarium pro *sepulcro*, habet lapis Petri Appiani; at veritas sit penes illum Inglostadiensem sublestæ fidei collectorem pag.306.

APHRODIS. Cognomen M. Livii, quod pluribus commune libertis in collectionibus lapidariis reperitur. Mirum itaque cl. Blanchinium excogitasse heic oppidum *Aphrodisium*, aut *Veneris Aphrodisiæ* signum enunciari, atque hinc permulta nostro huic lapidi, nullo quidem modo consentanea, scripsisse.

PAM-

1341.

PAMPHILVS . SALVI . VESTIAR::::
IVLIA . ET CAELIAE . L . DAT
SYRTI:::::::::::ECVNDAE . L . SVAE
DAT ZETHO . OLLAM

1342.

ASINIA
CRISPINA
·C·F·
ASINIAE VICTORIAE
NVTRICI . MERENTI

1343.

M . LIVIVS
AVG . L
∴YX A VEST

1344.

AMPHIO . LIVIAE
OSTIAR · DAT · LIVIAE
AVGENI · CONIVGI

1345.

AVCTVS · LANIP
AVGVSTAE · L

1346.

HEDYS AVR · SECVNDA
HEDI
IVLIA CALLITHYCHE

1347.

FAVSTVS LIVIAE TER
HALINE · TERTII LIB

De Vestiariis, nutricibus, ostiariis, lanipendiis, aurificibusque nihil heic dicendum; de singulis enim egimus Tom. II. cap. v.

1343. YX. Blanchinio, PHRYX. Gorio, ERYX.

1346. Cum hæc inscriptio, non tabulis ad Livianum columbarium spectantibus, sed aliis lapidibus promiscue collocatis, sociata fuerit, ita Tom. II. cap. v. pag. 135. eam in columbario extare negavi. Altera vero (*ibid.*) in qua de Zeusi aurifico est mentio, nec in columbario, nec alibi reperitur.

1348.

CELEVTHI · LIVIAE
MARG . DAT . DIONYSIO
PATRI . SVO . MEGISTE . CELEVTH:::
MATER

MARG. *Margaritarius*; qui scilicet vendebat, vel qui veras imitando, margaritas artificiosè elaborabat, quibus utebantur ornandis auriculis fœminæ. *Rubri maris*, inquit S. Hieronymus in vita B. Marcellæ, *pretiosissima grana suspendentes Matronæ, auriculis perforatis*. De negotiatoribus Margaritariis quædam innuit Firmicus. In saxis vero nominantur M. Vipsanius, & L. Novius Sabinus margaritarii, & C. Fufius Zmaragdus

MARGARITARIVS
DE SACRA VIA

Porticum denique *margaritariam*, sub qua margaritæ vendebantur, memorat Panciroлus, eamque in octava urbis regione extitisse asserit.

CAP. VI.

1349.

C . LVSIVS RESTITVTVS
ET . C . IVLIVS . ABASCANTVS
FECERVNT
AVFVSTIAE . TYCHE . CONIVGI SVAE

TYCHE - Muratorius, *Fortunam* in *Animam* convertens, PSYCHE pro TYCHE conſcripſit pag. 1370. ubi inſuper, duos advertens in hoc epitaphio nominari viros, confidentiſſime aſſerit Pſychenem ſuam, ſive Tychenem meam, *duos uno tempore habuiſſe maritos*. Verum quo tempore, qua lege Romanis uxorum communio permitteretur, mihi huc uſque penitus ignotum fateor. Econtra ſummi illius viri ſententiæ apertiſſime repugnat locus ille Macrobii *Saturn.* lib. I. cap. 6. ubi Papirii filium, Matri percontanti *quidnam in Senatu egiſſent Patres*, reſpondiſſe tradit actum eſſe *utrum videretur utilius unus ne ut duas uxores haberet, an una apud duos nupta eſſet*. Quid ex hoc commentitio pueri reſponſo inferendum, nemo non agnoſcit. Compertum inſuper eſt jus ſacrificandi in ſacello Pudicitiæ, atque Fortunæ muliebri coronam imponendi, univiris, ſive unicubis tantummodo pertinuiſſe; Multiviris vero, hoc eſt Fœminis quæ ſecundas iniiſſent nuptias, omnino vetitum. Adi Tertullianum *de Monogom.* Cum igitur digamia tamquam Diis inviſa haberetur, totque honoribus monogomiam proſequerentur, incredibile prorſus videtur Romanos, fœminis, *duos uno tempore Maritos habere* unquam conceſſiſſe. At Val. Maximi verba, non ab re erit adducere. *Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipue Matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret; multorum matrimoniorum experientiam; quaſi illegittimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes*. Hactenus ille lib. II. cap. I. Quomodo autem noſtro in lapide duo nominentur viri, non aſſequor. Duos itidem in unius mulieris epitaphio nominatos præbet Inſcriptio *num.* 1356. in qua Eucarpus *libertus*, & Phoſphorus *maritus*, Daſumiæ ſepulcrum fecerunt: ille vero *Patronæ*, hic *Conjugi*. Propterea, & heic C. LVSIVM *Aufuſtiæ Tychenis* libertum, C. IVLIVM ejuſdem fœminæ virum fuiſse cenſeri poteſt, ſaltem quoad uſque meliora quis afferat. Hoc unum quidem ſcio; quicquid de hac re ſentiatur, abſurdum minus Muratoriana ſententia fore.

FECERVNT, Nempe *tumulum*. Ita facere *tumulum*, dixit Virgilianus ille Mopſus Ecl. v. 42. ubi

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.

Juſtinus lib. XII. cap. 12. *Tumulum Ephæſtioni XII. millium talentorum Alexander fecit*.

1350.

D . M
AELIAE FELICITATI
QVAE · VIX · ANN · XVIII
FECIT · EVFRATA
COIVGI · B · M

1351.

D M
DOMITIAE RHODE
FECIT CONIVX
PHILVS

1351. RHODE. Latine *Roſa*. Primæ ancillæ Chriſtianæ nomen fuiſſe advertit doctiſſimus Joannes Lamius *de Erud. Apoſt.* Tom. I. cap. v. §. 1. num. VIII.

DIS

1352.

DIS . MANIBVS
CLAVDIAE . SEPTENI . VIX
ANNIS . LXXII . FECIT . TI
CLAVDIVS . AVG . L . NYMPO
DOTVS . PATRONVS . ET . CONTVB
ERNALIS . COIVGI . SVAE . KAR
ISSIMAE BENEMRITAE . DE SE
CVM QVA VIX . ANN. XI . VI . SIBI . ET . SVIS
POSTERISQVE . EORVM

NYMPODOTVS. *Nymphodotus*. ANN.XI. VI. *Annos* nempe XI. *menses* VI.

1352.

L . AVIRCIVS
AVIRCIAE
.·.·.AVIRCIVS
.·.·.·.ASTVS
AVIRCIE CRENE
CONIVGI POSVIT ET
L . AVIRCIO
CRENONI

L. AVIRCIVS. Ex quo mihi hunc lapidem dono largitus eſt Dominus Hieronymus Paſqualonius, novum è tenebris antiquæ familiæ nomen prodiiſſe mihi gratulabar. Me enim tunc fugerat marmor a cl. Maffejo editum *Muſ. Veron.* p.291. hujuſmodi

D M
L . AVIRCIO
MERCVRIO
AVIRCIVS
FORTVNATVS
PATRONO
B . M

Tum ex noſtro, tum ex Maffæjano, *Lucii* prænomen commune fuiſse Avirciæ genti, plane colligitur. Quoniam vero Tom.II. cap. VI. Familiarum minus obviarum quæ noſtris e ſaxis erumpunt, nomina retulimus, conſentaneum videretur & quæ in poſterioribus occurrerunt heic recenſere: ſed ea in indicibus nominum virorum & mulierum reperies.

CRENE. Quemadmodum Avircii nomen, Romanum virum enunciat, ita nomen CRENE a *fonte* derivatum, Græcam indicat uxorem. Sic *Hippocrene* fons caballinus. Notatu dignum in hoc epitaphio, L. Avircium filium, non BLASTI patris, ſed CRENIS matris ſibi cognomen adſciviſſe, quod non omnino novum, ſed rarum. Sup. *num.* 532. mater *Tigellia Reſtuta*: filius, *Tigellius Reſtutus*, legitur.

D M

1354.

D M
HECATODORVS
PACNIAE . DOMITIAE
DVLCISSIMAE
CONIVGI . FECIT .
QVAE . VIXIT . ANN . XXI.
MENSIB . VIII . DIEB . II.
FEC. DOMITIAE. ET. SIBI.

1355.

D . M
POMPONIAE
IVSTAE
LICINIVS
CAESARIS
CONIVGI . SVAE
BENEMERENT
FECIT . SIBI
ET . LIB . LIBER
POST . EoRV

1356.

D M
DASVMIA MYRTALE
VIXIT . ANNOS . XXII
Q. DASVMIVS . EVCARPE . PATRONTE
Q. DASVMIVS . PHOSPHORVS . MARITVS
BENEMERENTI . FECERVNT . ET . SIBI . ET . LIBER
LIBERTABVSQVE . POSTERISQ. EORVM

1357.

VIENNIAE . L . F
MAXIMILLAE
CONIVGI
KARISSIMAE

1358.

L . AFIDENI . HERMETIS
MARITO . OPTIMO
ET . FIDELISSIMO
AFIDENIA . EPITEVXIS
BENE . MER

1354. Nota in hoc ſaxo interpunctiones communes ſimul, & cordis, ſeu foliorum figuram, uti advertimus Tom. II. cap. VII. num. 694. in not. Antiqua quidem illa ſententia huic epitaphio convenit, quam refert Robertſonius; nimirum: *qualis foliorum generatio, talis etiam virorum*.

1355. PONPONIAE. Sic. N ante P. alibi obſervavimus.

CAESARIS. Subintelligatur *Servus*.

1356. EVCARPE. Q. Daſumius Eücarpus patronus, & Q. Daſumius Phoſphorus maritus. Eidem ergo fœminæ, duos, urnam dediſſe, quin uterque maritus fuerit, heic, adverſus cl. Muratorium, conſtat. Vide ſup. *num.* 1349.

MYRTALE. Primæ declinationis nomen. Ebriam *Myrtalem* inſectatur Martialis libr. v. epigr. 4.

1358. FIDELISSIMO. Grâtulòr huic Fœminæ, ſibi fideliſſimum maritum contigiſſe aſſerenti. Lætos hinc Afideniam cum viro ſuo dies tranſegiſſe conjicio, quod miror; *rara enim*, teſte Seneca, *Uxor beata*.

VI-

1359.

VIGELLIA DEVTERA
M . VIGELLIO PEREN
NI . CARISSIMO
CONIVGI . SVO . ET
CONLIBERTO . TITVLVM
FECIT . VIXIT . ANNIS
XXXX

Vigelliorum gens non heic primum erumpit. Jacobus enim Mazocchius in *Epigr.Vrb.* pag.162. inſcriptionem ad eamdem ſpectantem hujuſmodi refert

P. VIGELLIVS CHILO VASCVLARIVS
P. VIGELLIVS . P . F . FAVSTVS
P. VIGELLIVS . P . F . HILARVS
IN . FR . P . XIIX . IN . AGR . P . XII

Inf. *num.*1364. L.Vigellius Felix nominatur, & apud Centuriatores Magdeburg. famoſus eſt *Vigellius Saturninus*, qui omnium primus gladium in Chriſtianos Chartaginenſes vertit.

1360.

SABINAE SERVAEI
INNOCENTIS . LIB
LIMEN
DISP . SIBI . ET . CONIVGI
KARISSIMAE BENEMERITAE

SERVAEI. Perperam ſcalptor Græcam Latinamque diphtongum connexuit.

LIMEN. Viri nomen, omnino novum.

DISP. *Diſpenſator*, de cujus officio pertractavimus Tom.I. cap. 2. *num.*76. & Tom. II. cap.5. num.359.

1361.



IVLIA . FELICVLA . P . AELIO .
MOSCHO . CONIVGI . SVO . CARIS
SIMO . BENEMERENTI . CVM QVO . VIX
ANN . XXXX . M . V . ET . LIBERTIS . LIBER
TABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM
HOC MONVMENTVM HEREDEM
NON SEQVETVR . IN . F . P . IIII . IN . AG . P . IIII

Aſciam heic cernis de qua jam ſatis tum in noſtro *de Fun. Rom.* opuſculo, tum in hujuſce collectionis Volumine II. cap. 12. *in not.* ad *num.* 153.

HEREDEM NON SEQVETVR. Alio modo, ac per paraphraſim, vulgatiſſimam hanc formulam expreſſit Martialis, his verſibus

Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepulcro;
Hoc erit Antullæ mixtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo ne speret agellum:
Perpetuo Dominis serviet ille suis.

Adi Raderum in *Comment.* lib.1. *Epigr.*94.

1362.

IVLIV-LIVIAE.L
DAT.ANTIGONO.LIVIAE.L
CONIVGI SVO OLLAM

1363.

HILARIO.ISIDORI.L
DAT SECVNDAE
LIVIAE.L.CONIVGI

1364.

D M
LVIGELLIO
FELICI.FEC
TERENTIA.FOR
TVNATA.CON
IVGI.SVO.B.M

1365.

D M
DIACONO.CAE.N
AELIA.HYMNIS
CONIVX.QVM.QVO
ANN.XXXVII.B.M.F.
ET SIBI.POSTEQ

1362. Omissam aliquando postremam quarumdam vocum litteram vidimus non semel in nostris. Hæc autem verborum obtruncatio frequentius in Christianis, quam in Ethnicis deprehenditur. Apud Lupium pag.111.112. LONGV, LATV, COEPTV, VNDECI, ORRHENORV, ANNV, DECE.

1365. CAE.N̄. *Cæsaris nostri* servus.

QVM. *Cum*. Sic in quodam fragmento judiciario apud Fulvium Ursinum QVOM SOVEIS. Q. pro C. apud Gruterum in vocibus SEQVLVM, QORPVS, QVRTIVS, PEQVNIA, SEQVRITATEM. De littera Q Ausonius in *Edyll.*

Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K
Prævaluit postquam Gammæ vice functa prius C
Atque aliam pro se titulo replicata dedit, Q

Vide Quintilianum lib.I. cap.4. Item Aloys. Vernæjum, & Christoph. Cellarium, utrumque in *orthograph.*

1367.

D M
M. IVLI
EPAPHRODITI
CALLISTE CON
BENEMERENTI
.FECIT.

M.IVLI. Male Muratorius SVLI p.1407.
CALLISTE. Gen. *Callistenis*, *teni*, *tenem*. Ita *Nice*, *Rhode*, *Myrine*, *Aphrodite*, *Irene*, *Hedone*, fœminarum nomina quorum tertius casus, in ENI desinens, reperitur in saxis. Apud Gorium tamen Tom.I. p.196. legitur *Heraclides Menodoti* F. CALLISTE MATRI *suæ*, & in nostris cap. VII. Læviæ CALLISTE. Isidorus demum in *Orig.* scribit, *Jovis, & Calyste* filius; ubi Thomas Munkerus ad Hygin. cap.224. *Dicas*, ait, *illis Isidori locis Callisto scribendum esse*.

IV-

1367.

IVLIAE . FESTAE
VIX . ANN . XXXIV
TI . IVLIVS
APHRoDISIVS
CONIVGI . B.M.F

APHRoDISIVS. τό ὄμικρον, charactere præ reliquis exiguo, non Græcos tantum ut in sequenti Syracusana, quam ex Lupio p.90. alibi retulimus, inscriptione

ΒΑΣΙΛΕοΣ ΑΓΕ
ΙΕΡΩΝοΣ ΙΕΡοΚΛΕοΣ
ΣΥΡΑΚοΣΙοΙ ΙΘΕοΙΣΠΑΣΙ

sed Latinos quoque O, & o promiscuè in inscriptionibus non semel posuisse, tum ex nostra, tum ex aliis collectionibus liquet. Vid. *inf.* Num. 1373.

1368.

SVTORIA . HYMNIS
VIXIT . ANNIS . XXXVI
C . VALERIVS . HECATAEVS
OLLAM DONAVIT
DAPHNVS . CONIVGI . SVAE
CARISSIMAE FECIT . DE.SVO

HECATAEVS. Antiquissimem historiæ scriptorem nomine *Hecatæum* memorat Herodotus. Hecatæum Milesium, & Hecatæum Abderitam laudant Athenæus, & Ælianus.

DAPHNVS. Hunc, commune cum Hecatæo sepulcrum, in quo Sutoriam tumulavit, habuisse, perspicuum est. Muratorius Sutoriam hanc Hymnidem duorum eodem tempore uxorem fuisse assereret; quam vero absurde, paulo sup. demonstravimus, nempe in *not.* Num. 1349.

1369.

D . M
L . BISELLIO
PHILVMENO
BISELLIA . ARES
CVSA . CONIVGI
ET . PATRONO . B . M
FECIT . QVI . V . A . XXII

L. BISELLIO. Litteram L ante I, in Romanis nominibus sæpissimè geminatam reperies. Sic AVILLIVS, LVCILLIVS, TVLLIVS, OLLIVS, SALLIVS, SVILLIVS, PACILLIVS, DVILLIVS, VIGELLIVS, RVILLIVS, MANILLIVS, GELLIVS, ISELLIVS.

PATRONO. Libertabus quandoque Patro-

tronos nupsisse, ex isto lapide, ut ex aliis patet: perspicujus vero ex *num.* 1374., ubi Valeria Tiburtina, liberta, & conjux dicitur Valerii Hermetis; inf. *num.* 1373. ex qua constat C. Nonium *Patronum* ISDEM *conjugem* Noniæ fuisse, & in illa *num.* 1352., ubi Claudium Nymphodotum Patronum, Contubernalem, & Maritum fuisse Claudiæ Septenis liquet. Consulendus est tamen Lipsianus excursus in Taciti *Annal.* lib. 3.

1370.

. DIS .
MA NIBVS .
SACRVM .
DIONYSIVS .
FOLTVNATAE CONIV
GI BENE . MERENTI

VIXIT ANN . XXXII
KAI ЄYTYXωI

FOLTVNATAE. *Fortunatæ*. Blæsum non lingua tantum, sed, si fas est dicere, & manibus quadratarium, hunc exarasse titulum, arbitrari licet. *Qui enim blæsi sunt*, inquit Plutarcus in *Quæst. Rom.* 54. *lingua, ob hebetudinem aberrante, a* R *littera ad* L *delabuntur*. In postrema linea Eutychus nominatur, idest *Fortunatus*, Dionysii, ut puto, filius. Nota quadratarii commentum, idem videlicet nomen, superius latinè, inferius græcè scripsisse. Nota insuper interpunctiones, in fine linearum, appositas, quod barbarum quidem est; at non adeo, ut saxa omnia in quibus eadem interpunctio deprehenditur, tamquam fictitia haberi debeant. Id sane cl. Maffæjus (sed frustra ut alibi ostendimus) probare aggressus est in *Art. crit. lapid.* Inf. sic interpuncti lapides habentur, in quibus nulla fictionis suspicio; ideoque falsa omnino Maffæjana assertio.

1371.

DIIS MANIBVS
L . VARIO . NICEPORO
BENE . MERENTI
PERVSA . CONIVGI
SVO DIGNSSIMO *sic*
FECIT

NICEPORO. Adspirationum omissionis, præsertim in cognominibus, haud semper insimulandus est quadratarius. Heic enim L. Varii cognomen, Domini nomini referri fortasse debet, cujus *puerum*, idest *servum* fuisse suspicor. Sic Lucii nonnulli, & Marci, & Julii, ut innui cap. VII. *num.* 608. *Lucipores*, *Marcipores*, *Julipores* dicti sunt. Ast nihil certi affirmo; nam a quo N prætermissum est in voce *dignissimo*, omitti etiam poterat elementum H in *Nicephoro*. De præterita interdum in vocibus Græcis adspiratione H, vide cap. VII. in *not.* ad *Num.* 570. Inf. habetur NYMPODOTVS pro *Nymphodotus*.

P. VIN-

1372.

P. VINICI . P . L NICIAE OSSA SITA	V. VINICIA . M . L CHELIDO SIBI ET SVO . CONIVGI . DEDIT

1373.

DIS MANIBVS
NONIA . MA . C . NONIO . ANTIGON
PATRONO SVo ISDEM CONIVGI
PIA . L . L - TABVSQVE . POSTERIS
QVE EoRVM

1374.

D M
RVILLIAE
SYRILLAE
QVA . XXI
M . BITVTIVS . PERE
GRINVS . C . B . M

1375.

::::STORGE CLAVDI EROTIS DAT
CLEMENTI CONIVGI
CALLITICHES

P. VINICI. Mendoſam, male lineatam, omiſso OSSA SITA, præteritaque laterculorum diviſione, hanc ad exemplar Ficoronii inſcriptionem edidit Muratorius p. 1607. Sic *vallus vitem decepit*. Vinicios, exactiſſimi ingenii viros tres laudat Seneca, quorum unum, ſummum Ovidii amatorem dicit *Controv.* lib. v. Celebris eſt M. Vinicius ſub cujus auſpiciis Vellejus Paterculus militavit, & ſcripſit.

OSSA SITA. Quandoque lapidata, hoc eſt ſub *labidibus* condita. *Lapidare* enim, pro *tumulare*, dixit Petronius cap. LXXIV. ubi Gython hæc fatur. *Si nihil aliud, certe diutius junƈta nos mors feret, vel ſi voluerit miſericors ad idem litus expellere, aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod ultimum eſt iratis etiam fluƈtibus, imprudens arena componet.*

1373. ISDEM. *Et*.
PIA. *Pio*

1374. QVA, Nempe Q. V. A. *quæ vixit annos* XXI.

C. B. M. *Conjugi benemerenti*.

1376.

D . M
Q, CAELIVS, CE
RIALIS, COIVGI
CAELIAE, AVRAE
CON, VIX, AN, XXX
F, S, E, PO, T, E

CAELIVS. Nomen hoc per AE inſcriptum rarò occurrit; rarius cum OI, frequentiſſime vero cum OE.

Verba inſcriptionis, ſemicircellorum, ſeu virgularum figuris infimo litterarum loco appoſitis, interpunƈta, in antiquis monu-

mentis fere novum eſt: immo an alter extet lapis in quo tam perſpicue, ut in noſtro, hodiernus virgulandi uſus appareat, ignoro. Gruterianæ enim inſcriptionis Ἀρχέτυπον a Cellario in *Orthogr.* proditum pag. 54. eſse commentitium agnoſces, quoties Gruterum ipſum adeas Tom. I. pag. 339. 2. ed. 1616. Laudandus ſane potius erat lapis quem Octavius Rubeus edidit *Mem. Breſc.* p. 293. Vide ſup. Cap. VII. *num.* 580. *in not.* At A. Manutii P. F. de hac re verba accipe. *Minima eſt*, inquit, *diſtinctio averſus ſemicirculus, qui hoc modo* (,) *deſignatur, quam alii virgulam, alii* comma, *nonnulli* ſemipunctum inciſum *appellant*.

F, S, &c. *Fecit ſibi & poſteris ejus*, pro *ſuis*, ut in aliis.

1377.

AVRELIVS PIVS AVC · CAM
FEC · SIBI · SEVIVO
ET · AEMILIÆ
SILBANAE CONIVGI
SVAE · SANCTISSIMAE
B M ET · LIB · LIB : POSTE
RISQVE , EORVM



CAM. Ex tribu Camillia, vel ut a nonnullis ſcribitur Camilia. Adi Joſephum Caſtalionem in *Var. lect.* p. 29.

AEMILIÆ. Nota diphtongum hodierno more in ſaxo nitidiſſimis characteribus exarato, appoſitam; quod ſane nec tabulæ anguſtiis, nec quadratarii ablepſiæ referri licet. Ita in ſequenti, TIBVRTINÆ, & KARISSIMÆ.

1378.

D M
VALERIAE TIBVRTINÆ
LIB.ET CONIVGI KARISSIMÆ
VALERIVS HERMES
ET.SIBI.FECIT

1379.

HERMIA LENTINI
BAVCINI.CONIVGI
OB MERITI EIS
SABINVS
PHILARGIRVS

1380.

OLLIVS NICADAS
SIBI · ET
MILONIAE APOLLONIA.:
VXORI SVAE

1381.

TERENTIA
TFRTIA VXOR
TERENTIA
ATTICE · FILIA

TIBVRTINÆ. Nomen a patria.

1379. Tot ſunt I in hac inſcriptione perperam congeſti, ut facile mihi perſuadeam Siculum eam exaraſse quadratarium: Siculos enim littera I effusè uti, immo vero & abuti in comperto eſt.

ANI-

1382.

∵∴∵ANIBVS·
∴∵RIAE·HELPIDI·
∴∵RIA. ANATOLE·PATRON∴
∵∴AE·BENEMERENTI FECIT
∴∵T SIBI·ET·M·ANTONIO·
ATIMETO·COIVGI·SVO·
POSTERISQVE·SVIS

1383.

D ❧ M
IVLIAE HELPI
DI·OLYMPI
CVS·CON
IVGI·BENE
MERENTI
ET·SIBI·ET·SV
IS·POSTERIS
QVE·SVIS

1380. OLLIVS, *Olliæ* gentis mentio est etiam in saxis Muratorianis, in quibus P. *Ollius* Scæva, *Ollia* Tertulliana, *Ollia* Jucunda.

1381. Legendum puto *Terentia Tertia* anonymi viri *uxor*; vel *Terentia Tertii uxor Atticæ filiæ* posuit.

1382. :::RIAE, *Januariæ*, *Valeriæ* &c. PATRON, *Patronæ suæ*.

1384.

D M
PASSEN AE
PHLEQ GVSAE
FECIT·P SVILLIVS
HESPER·CONIVGI·SVAE
BENE·MERNTI·ET·SIBI

1385.

SEX·IVNIO
ONESIMO
IVNIA MEROPE
CONIVGI·BENE
MERENTI
FECIT

1386.

SEX·MARCIVS
SECVNDIO
SIBI·ET
MARCIAE·HEDONENI
CONIVGI

1384. PASSEN AE, *Passeniæ*. De familiis *Passenia*, & *Passiena* plura Vignolius *in inscript. sel.* ceterique lapidum collectores.

1386. HEDONENI, Nomina fœminina, in ENI per metaplasmum aucta, alibi recensuimus.

∴MNES

1387.

. . . .
∴·MNES MATREM CVM QVO.∴
∴·VS DOLENTIS IIA.∴
∴.AS VOCE DEDERVNT ∴
∴.VNY IN SEPTIMA DIC.∴
∴.NTA QVE FIDES FVIT ARKA.∴
∴.VM CVM SVA FILIA INNOC.∴
∴.RANSIRET CVM QVEM S.∴
∴.SVBITO D P CERTVMQVE DIA.∴
∴.ONA QVOQVE VIA DVLCISS.∴
∴.O FVNERE DVO.∴
∴.VTVS FILIVS.∴
∴.QVIBIT IVV.∴
∴.ƆFENS CVM.∴
∴.ƆI ∴
. . . .

De re vehementer miseranda, inquit Manutius, proverbiali hyperbole dici solet eam esse tam lamentabilem, ut vel lapides ad fletum cogantur. Heic vero ipsemet tam depravatus miserrimeque excisus lapis mihi lacrymas (si lapidem unquam essem ploraturus) excuteret. Opportune quidem affatur Ausonius

Truncatis convulsa jacent elementa figuris;
Omnia confusis interiere notis.
Miremur periisse homines? monimenta fatiscunt,
Mors etiam saxis nominibusque venit.

O utinam aliquando ea, quæ in hoc fragmento desiderantur, quis meliori sidere natus, inveniat! eo magis quod in eo quædam deprehendantur, ex quibus facile crediderim epitaphium ad Christifideles pertinuisse viros. Porro illud CVM QVEM, lapidariam veterum Christianorum elocutionem omnino sapit, ut alibi observavimus.

1388.

D · M · S
VICANO INCO
MPARABILI · AC
DVLCI · FIL IONE
DIMVS · ET · SINTY
CHE PARENTES
FECERVNT QVI
VIXIT · ANNO VNO
MENSIBVS · V · DIES · XVIII

FIL IONE. *Filio*, *Nedimus*.

1389.

L . PETRONIO
DIOCLE . V . A . X.
M . VIII . FECIT
C . OPPVS SVCCESSVS
F . SVOET . SIBI . ET . SVIS

1389. C. OPPVS. C. *Oppius*. Oppiam gentem inter Romanas illustrem, Coranam origine fuisse conveniunt Eruditi. Hujusce gentis numismata refert Vulpius in *Lat. vet. prof.* Tom. IV. tab. XVI.

F. SVO. *Filio suo*.

AVRE-

CAP.X.

1390.

AVRELIA
SVSILLA
MATER
FECIT·FILIAR
MATERNE
IN PACE

FILIAR. *Filiæ*.

MATERNE. Defunctæ nomen uti *num.* 479. *Cartilia Materna*. Viri etiam ejuſdem nominis habentur nonnulli. Maternus nempe in Quintiliani dialogo *de Orator.* Maternus amicus Martialis de quo is lib.I. epigr.51. Celeberrimus tandem ille Julius Firmicus Maternus, qui aureum dicavit Conſtantio, & Conſtanti Augg. opuſculum, in quo profanarum Religionum errores, detexit, declaravitque.

IN PACE. Licet ab Ethnicis etiam hæc formula uſurpata interdum fuerit, inſcriptionem tamen iſtam inter Chriſtianas recenſendam arbitror.

HÆc ſunt, eruditiſſime Lector, inſcripta Marmora, quæ in Pontificio Muſeo Capitolino adſervantur, quæque oculata mihi fide comperta eſſe teſtor. Veriſſimum eſt eorum pleraque ſparſim in Antiquariorum libris tibi occurſura: at certiſſimum eſt pariter, ne unum quidem apud iſtos emendatum reperiri. Profectò ſi meos percurras Commentarios, liquido agnoſces, quam fatuè maligni quidam circulatores (de quibus alias ſermonem habui) Muſei noſtri lapides conjunctim edere, ſupervacaneum omnino fore, huic illi inſuſurraverint. Interim, quoad uſque

Majores majora ſonent ———

ſequentem perlege Tabulam, quam heic, veluti omnium coronidem, eruditorum oculis ſubjicio. Moleſtum enim nemini futurum reor, me in hoc ſeorſim edendo Monumento, excultiſſimi Marchionis Gregorii Capponii cogitatum imitaſſe, qui eidem, tamquam ceteris celebriori, diſtinctum in Muſeo Capitolino locum adſignavit.

1391.

Tabula Regia.

FOEDVSQVE CVM QVIBVS . VOLET . FACERE . LICEAT ITA VTI LICVIT . DIVO AVG
TI IVLIO . CAESARI . AVG . TIBERIOQVE CLAVDIO . CAESARI AVG . GERMANICO
VTIQVE EI SENATVM . HABERE . RELATIONEM . FACERE . REMITTERE . SENATVS
CONSVLTA . PER RELATIONEM . DISCESSIONEMQVE . FACERE . LICEAT .
ITA VTI LICVIT . DIVO AVG . TI . IVLIO . CAESARI . AVG . TI . CLAVDIO . CAESARI
AVGVSTO . GERMANICO
VTIQVE . CVM . EX VOLVNTATE . AVCTORITATEVE . IVSSV . MANDATVVE . EIVS .
PRAESENTEVE . EO . SENATVS . HABEBITVR . OMNIVM . RERVM . IVS PERINDE .
HABEATVR . SERVETVR . AC . SI . E LEGE SENATVS . EDICTVS . ESSET . HABERETVRQVE
VTIQVE . QVOS . MAGISTRATVM . POTESTATEM . IMPERIVM . CVRATIONEMVE
CVIVS . REI . PETENTES . SENATVI . POPVLOQVE . ROMANO . COMMENDAVERIT
QVIBVSVE . SVFFRAGATIONEM . SVAM . DEDERIT . PROMISERIT . EORVM .
COMITIS . QVIBVSQVE . EXTRA . ORDINEM . RATIO . HABEATVR .
VTIQVE . EI . FINES POMERII . PROFERRE . PROMOVERE . CVM EX REPVBLICA
CENSEBIT . ESSE . LICEAT . ITA . VTI . LICVIT . TI . CLAVDIO . CAESARI . AVG
GERMANICO
VTIQVE . QVAECVMQVE . EX VSV . REIPVBLICAE . MAIESTATE DIVINARVM
sic HVMA RVM PVBLICARVM . PRIVATARVMQVE RERVM . ESSE . E
CENSEBIT . EI . AGERE . FACERE . IVS . POTESTASQVE . SIT . ITA . VTI . DIVO . AVG.
TIBERIOQVE . IVLIO . CAESARI . AVG . TIBERIOQVE . CLAVDIO . CAESARI .
AVG . GERMANICO . FVIT .
VTIQVE . QVIBVS . LEGIBVS . PLEBEIVE . SCITIS . SCRIPTVM . FVIT . NE . DIVVS . AVG.
TIBERIVSVE . IVLIVS CAESAR . AVG . TIBERIVSQVE . CLAVDIVS . CAESAR . AVG .
GERMANICVS . TENERENTVR . IIs . LEGIBVS . PLEBISQVE . SCITIS . IMP . CAESAR
VESPASIANVS . SOLVTVS . SIT . QVAEQVE . EX QVAQVE . LEGE ROGATIONE .
DIVVM . AVG . TIBERIVMVE . IVLIVM . CAESAREM AVG . TIBERIVMVE .
CLAVDIVM . CAESAREM . AVG . GERMANICVM . FACERE . OPORTVIT .
EA : OMNIA . IMP . CAESARI . VESPASIANO . AVG . FACERE . LICEAT .
VTIQVE . QVAE . ANTE . HANC . LEGEM . ROGATAM . ACTA . GESTA
DECRETA . IMPERATA . AB . IMPERATORE . CAESARE . VESPASIANO . AVG
IVSSV . MANDATVVE . EIVS . A QVOQVE . SVNT . EA . PERINDE . IVSTA . RATAQ
SINT AC SI . POPVLI . PLEBISVE . IVSSV . ACTA . ESSENT .

SANCTIO.

SIQVIS HVIVSCE . LEGIS ERGO . ADVERSVS LEGES ROGATIONES . PLEBISVE . SCITA
SENATVSVE . CONSVLTA . FECIT . FECERIT . SIVE QVOD . EVM EX LEGE . ROGATIONE .
PLEBISVE . SCITO . S . VE . C . FACERE OPORTEBIT . NON . FECERIT . HVIVS . LEGIS
ERGO ID, EI NE FRAVDI . ESTO . NEVE QVIT . OB EAM . REM . POPVLO DARE DEBETO
NEVE CVI DE EA RE . ACTIO . NEVE . IVDICATIO . ESTO NEVE . QVIS . DE EA RE APVD
..... ACI SINITO

Celeberrimum hoc est illud æneæ Tabulæ fragmentum, quod LEGIS REGIAE adpellatione circumfertur; illius scilicet psephismatis, quo Senatum P. Q. R. imperatoriam Vespasiano auctoritatem contulisse liquet. Vetus altera Regia lex laudatur a Livio lib. 34. De nostra vero meminisse Tacitum Hist. lib. IV. ubi, *tum senatus*, inquit, *cuncta Principibus solita*, *Vespasiano decrevit*, Hoffmannus apud Calvinum, aliique autumant. Verumtamen cum nonnulli hoc Tabulæ fragmentum, etiamnum commentitium existiment, ita verba eruditissimi Leopoldi Metastasii, Petri fratris, qui idem monumentum post Gruterum, Albertinium, Brissonium, Rosinum, Hofmannum, Ursinum, Augustinium, Fabricium, Corasium, & Gravinam diligentissimè exscripsit, illustravit, ediditque Romæ ann. 1757. heic adferam, ut veritas elucescat. *Sed cum de hac Tabula* (ait in Præf. ad Lect.) *fuerunt qui dubia moveri veriti non sunt*, *hinc celebris Juriscon-*

consultus Jo. Vincentius Gravina, qui in suis de originibus juris *libris*, *&* de Romano imperio *pluries de ea mentionem fecerat, genuina ne esset, an conficta, tantisper ambegit, dum consuleretur Raph. Fabrettus eruditissimus vir, & Romanæ antiquitatis peritissimus, qui omnem sustulit hæsitationem; ad quam removendam non parum contulit ocularis inspectio, & subtilissima hujus fragmenti discussio a doctissimo undequaque viro, & Præsule dignissimo Francisco Blanchinio Veronensi acta, qui etiam germanum sincerumque esse non opinatus est modo, sed aperte existimavit, asseruitque*. Hæc ille, qui profecto quicquid ad hujus monumenti intelligentiam requiritur, perquam scitè, suis in commentariis retulit. Ceterum Tabula hæc primo reperta est in ædibus Lateranensibus sedente CLEMENTE VI. Cum vero urbis per vim potiretur Nicolaus Laurentii filius (vulgò *Cola di Renzo*) anno circiter 1361. circumornata est figuris, sed neglecta omnino mansit usque ad annum plus minus 1576. quo, jubente GREGORIO XIII. in Capitolium translata est. Hinc inscriptio, eidem monumento recens apposita, quam in primi Voluminis præfatione edidimus.

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
MONVMENTVM REGIAE LEGIS EX LATERANO IN CAPITOLIVM
GREGORII XIII. PONT. MAX. AVCTORITATE REPORTATVM
IN ANTIQVO SVO LOCO REPOSVIT

Mox vero pristino restituta nitori, a CLEMENTE XII. nostro in museo collocata est. De prædictis hujusce tabulæ ornamentis alloquitur scriptor Anonymus in vita ejusdem Nicolai, quæ secundò edita est *Bracciano* 1631.

„ Non molto tempo passao, che (*Nicolaus*) ammonio lo popolo per uno bello
„ sermone vulgare, lo quale fece in santo
„ Joanni de Laterani dereto de lo Coro ne
„ lo muro fece fiurare una granne, e ma-
„ gnifica tavola de metallo con lettere an-
„ tiche scritta, la quale nullo sapea lejere
„ ne interpretare se non esso solo. Intorno
„ a questa Tavola fece pegnere fiure, come
„ lo Senato Romano concedea l' autoritate
„ a Bespasiano 'Mperatore „.

Hæc sane verba, sic crassè compacta, non ad Tabulæ inventionem, sed ad ejusdem ornatus esse referenda patet ex eo, quod, uti diximus, hæc jam Clementis VI. temporibus ab anno 1342. ad annum 1353. innotesceret, *omniumque oculis*, auctore Metastasio, *esset exposita*.

Pretiosum quidem hoc facit Μνημεῖον, quod inscriptum fuerit in ære, pretiosius equidem, si aurata (quemadmodum prætulisse olim apparet) etiamnum in eo extarent elementa. Verum

—— *quid non mortalia pectora cogis*
Auri sacra fames!

Græcorum etiam decreta, in laminis æreis incidebantur, quas Χαλκώματα appellabant, ut videre est apud Mazzochium in *tab. Heracl.* & apud Dalenum Differt. IX. cap. III. In tabulis demum argenteis vota publica quandoque exarata fuisse, constat ex lapide Gruteriano p. CX. pr. ed. num. 3. in quo incolæ Aventicenses *Deæ Aventinæ ob ejus erga se merita* TABVLAM ARG. *posuerunt*.

At laudati Metastasii operis titulum accipe *De Lege Regia, seu Tabula ænea Capitolina, notis, animadversionibus, & variis quæstionibus illustrata per Leopoldum Metastasium Advocatum Romanum Petri fratrem*. Romæ MDCCLVII. Hunc adi, illumque præsertim locum perpende pag. XV. ubi *Senatus enim nec exuit unquam majestatem, neque legem unquam sancivit adversus libertatem &c.*

FOEDVSVE·CVM QVIBVS·VOLET·FACERE·
LICEAT ITA VTI LICVIT DIVO AVG

ADDENDA, ET CORRIGENDA

Asteriscus ea designat, quæ, humanissime suadente, eruditissimo D. Henrico Sanclementio, monasterii SS. Andreæ, & Gregorii in monte Cælio Abbate, emendavimus; nam ut me docet Poetarum princeps; αγαθη δὲ παραίφασιν ἐςιν εταίρε. Ita sane (*Pliniana sunt verba*) cetera egregio illi viro placuisse magis credam, quod quædam displicuisse cognovi.
Lib. III. Ep.13.

TOM. I.

In *Epist. nuncupat.* p. IV. *lin.* 17.

INter opera præclarissimi viri Petri Ant. Comitis BRASCHII, recensenda est eruditissima, *de vero Rubicone* dissertatio

* *Pag.* 11. Num. 5., & pag. 16. col. 1. *lin.* 20.

Pars superior ad Septimium Severum spectat; inferior Commodo restituatur. Loco igitur Capponiani supplementi

| E SEPSEVERO PER |

ponatur, ut nunc in autographo

| M. AVR COMMODO ANT |

sunt tamen qui gemina tribuunt Commodo prænomina, *Marci* nimirum, & *Lucii*.

Pag. 20. col. 2. *lin.* 7. Male Muratorius PAGANAE

Verumtamen cum Philippus a Turre *de Dis Aquilejens. in* p. 309. & Jo. Dom. Bertolius *in antiquit. Aquilejens.* num. 86. legant PAGANAE, ita non Muratorium, sed potius Fabrettum errasse plerique existimabunt. Ipse vero Fabrettianam lectionem retineo, censeoque non PAGANAE, sed FAGANAE, vel FAGANEAE legendum esse, ab oppido *Faganea* nuncupato, hodie „ Castello di Fagagna „ de quo consulendus laudatus Bertolius *in not.* p. 228. num. 284.

Pag. 27. col. 1. *lin.* 37. *mystice* tamen Deum *dicunt*.

Plura ad hanc inscriptionem notavit etiam Thomas Hearnæus *comm.* in Eutrop. lib. VIII. §. 22. edit. Lugd. Bat. 1729.

Pag. 29. col. 2. lin. 18. mendis redundantem invenies.

Idem aperte assero de ejusdem inscriptionis apographo, quod depravatissimum edidit Jac. Rhenferdius in eruditissimo ceteroquin opusculo, cui titulus, *Periculum Palmyrenum*, ad Cuperum misso p. 7. & seq. p. 42. seq.

Pag. 40. col. 2. *lin.* 9. *dignitatem assequi*.

Dictatoris appellatione, haud semper Dux indicatur. Compertum namque est, fuisse apud antiquos Dictatorem convivii: sic Lemniselene, convivii Dictatrix vocatur a Plauto in *Pers.* act. V. sc. 1. Dictator itidem, teste Salmasio, ad Vopiscum in *Caro*, dicebatur, qui ad memoriam dictabat, quippe a Græcis ἀντιγραφεύς appellabatur. Verumtamen cum hæc, lapidis nostri sententiæ accomodari nequeant, ita nec Vulpii interpunctionem tueri possunt.

Pag. 42. *num.* 20. L. SELLIVS GORGIA &c.

Eosdem magistros habes in Inscr. 61. At in ista Q. *Hortesius*, in illa Q. *Ortensius*.

Pag. 52. *num.* 25.

De Cratere, & Hypocraterio, deque Cratere cum basi ad Prytaneum datis *memoriæ ergo*, mentio est in pervetusta inscriptione Sigæa a cl. Chischullio elucidata. Item de Judeorum festo *Cratephoria* (si κρατηφόρια legendum est) consule Plutarcum *Sympos.* IV. Quæst. 5., & adv. Relandum in *antiq. sacr. Hebræor.* orat. II. *inaugur.* p. 34. edit. IV. 1741.

Pag. 55. *num.* 26.

Hanc mihi inscriptionem spoponderat laudatus in notis Pictor, promissa tamen nondum solvit.

Pag. 59. *num.* 9. quinta hujus inscriptionis linea, sic supplenda

X. K. AVG. *de*DICARVNT.

Pag. 64. col. I. SACRILEGIVM COMMISERIT.

Sic Alexis apud Athenæum *Deipnosoph. lib.* I. *Cya-*

Cyathum in alíud oppidum si quis ferat:
Mox deprehensi bona sacrata publico.

* *Pag.69.* num.36. COS. III. DESI.·.· idest *Designato* IV.

Pag.99. num.60. SI QVIS OSSA PREIECERIT.

In lapide Cervoniæ Tychenis apud Phil. a Turre *de Colon. Forojul.* p.355.

SI. QVIS. HANC. ARAM
SIVE. HOC. MONVMENT
VENDERE. AVT. EMERE
AVT EXACISCLARE VOLET
TVM. POENAE. NOMINE &c.

De voce EXACISCLARE consule laudatum Hadriæ Antistitem. Imprecationes, etiam christianos in titulis sepulcralibus aliquando exprimi curasse, licet ex sequenti

QVI SEPVLCRVM HOC
QVAMVIS BREVE DISSIPAVERIT &c.
IN MALEDICTA PATRVM INCVRRAT

nempè *in maledictiones* CCCXVIII. *Patrum qui in Nicæna synodo adfuerunt*, ut scribit Placentinius in *sigl. vet. Græc.*

Ibid. APSTVLERIT. Sic num. 170. *supstitutus*. P pro B etiam Græcos, Æolica dialecto, usurpasse, refert Plutarcus *Sympos.* VI. *quæst.* 8.

Pag.105. num.64.

Cum hanc inscriptionem ex hortis Justinianæis in Museum asportari curassem, eam frustra, quos miseram perquisiverunt, quare suspicari licet, aut clam alium in locum fuisse invectam, aut alium in usum a vinitoribus conversam. Viderat hanc Reinesius in hortis Justinianorum extra Portam Flaminiam: videram & ego anno 1774., sed in alio ejusdem præclarissimæ Familiæ viridario ad S. Jo. Lateran. Verum tamen egregium hoc monumentum (dummodo integrum adhuc sit) temporis beneficio posse recipi, atque in Museo nostro collocari non omnino desperandum.

Pag.108. num. *65. lin.9.* PRÆTOR VRBANVS. De Prætoris urbani munere, dignitateque, profusa eruditionis copia disseruit coram immortalis memoriæ BENEDICTO PP. XIV. Octavianus Guascus Cathedralis Tornacensis canonicus.

* *Pag.119.* col.2. *lin.*1. Si *annus Tribunitiæ potestatis.*

Deleantur, quæ sequuntur: nam Siglæ IMP. VIII. non annos enunciant Imperii, sed quoties Tiberius imperatoris titulum impetrarit, uti advertimus ad num.7. pag.18. col.1. & 2. itemque Num.82. p.160. col. I.

Pag.133. col.2. *lin.29.* LÆLIO PLAVTIO. Lælium Plautium Lamiam &c. lege L. AELIO PLAVTIO, quemadmodum scripseram in textu. Ita non *Lælium* scribendum est, sed cum Almelovenio, quem immerito culpavi, L. *Ælium Plautium Lamiam*, de quo loquuntur Svetonius in Domit. cap. I. & X. atque Juvenalis sat.4.

Pag.136. col. 2. *lin.6.* ANTE CAESAREVM.

Jo. de Vita in *antiq. Benevent.* diss. x. cap.II. hanc protulit inscriptionem.

PVBLIVS VEIDIVS. P. F. POLLIO
CAESAREVM CAESARI AVGVSTO
ET COLONIAI BENEVENTANAE

Vide quæ eruditissimus iste Reatinus Episcopus, de CAESAREO loc. cit. scripsit.

Pag.144. col.1. *lin.29.* non *Vulkanum* compertum est.

Sic *num.* 1279.

C. NASENNI MARCELLI
PONTIFICIS VOLCAN

Nihilominus, re exquisitius perpensa, recte Muratorium verba illa PONT. VVL. K. explicasse *Pontifici Vulkani* (Volcani) censeo; ita ut legi debeat LOCVS DATVS A IVLIO FAVSTINO PONT. VOLC.

Ibid. lin.23. lapis SACERDE.·.·

Nempe quo DIE SACER DE

Pag.147. col.2. *lin.33. apud laudatum Lipsium.*

Et apud Appianum p.69. ꟻIꟻAM, ꟻI-XIT, ꟻALE, ꟻITA

**Pag.152.* col.1. *lin.3. Tribunus Plebis Proconsul*

Legatur, Tribunus plebis, Prætor, Consul.

Pag.162. num. 83.

Characteres, qui primas ordiuntur lineas, totius lapidis scripturam designant.

**Pag.167.* num.85. col.2. *lin.*1. IMP. VIII. COS. V.

Vide quæ paulo superius dixi ad pag.119.

*Pag.*170. col.1. *lin.*33. IMP. III. lege IMP. II.

*Pag.*178. col.1. *lin.* 33. *Tribus nomen prorsus ignotum.*

Idem dico de Tribu, *ibid.* per AGON enunciata.

*Pag.*180. col.1. *auctoravit.*

Græcum Abgari epitaphium typis consignavit Reinesius, ac prope Basilicam S. Pauli inventum tradit. Ejusdem Sirmondi versionem lib. II. ep. 8. accipe

Qui sex bisque decem compleverat Abgarus annos
Parcarum duro est hic situs imperio.
Primævam extinxit lucem, cui livor iniquus,
Mœrore adficiens, & genus & socios.
Germano hunc tumulum Fratri dedit Antoninus
Abgarus olim Rex queis fuerat genitor

*Pag.*181. col.1. *lin.*15. *Ostienses.*

Quos *Ostianos*, & *Ostios* etiam appellatos, Rigaltius docet *in not.* ad Min. Felicis *Octavium* p. 10. in monumentis tamen constanter *Ostienses*. Male quidem nonnulli *Hostia*, & *Hostienses* scribunt, etymon enim, ut bene advertit Gorius, est ab *ore*, seu faucibus; unde *Ostia Tiberina*. In saxo tamen Capranicensi a Grutero edito habetur in *colonia* HOSTIENSI *decessit* p.454. 10.

*Pag.*189. col.2. lin.1.

Nonnulla (quibus mire Castronovanorum historia illustrari poterit) ex epistolis ad me datis ann. 1777. a cl. V. Cajetano Torraca deprompta, recenserem: verum cum eadem inscripta monumenta, eodem anno effossa, Vir eruditissimus, aliis etiam amicis communia fecerit, ita præcitatas epistolas supprimo. Quæ autem magis referunt, in Antologia Romana anno 1777. perquirantur sub NN. XXXIII. XXXVIII. XLI. LII., & ann. 1778.

*Pag.*191. num. 108. FELICI.

Sylla omnium primus Felicis cognomen assumpsit. De Trajano Plinius: *an satius fuit* Felicem *vocare?* Maxentius vero infelicissimus potius dicendus erat. At omnes fere Augusti *Felices* vocabantur: unde Prosper Aquitan. lib. *de Provid.*

Felices dici mos est, quos blanda potestas
In summas apices tumidorum evexit honorum

Deridendus hinc omnino Petrus Ravenn. qui serm. 23. Epist. 13. lib. 2. FELIX, simpliciter, & per antonomasiam pro Rege dixit; nam permultos inter Reges *infelicissimos* fuisse testatur historia.

*Pag.*195. col.1. *lin.*7. *neque tandem in Fastis.*

Solus Henricus Glareanus, cui forsan Panvinii auctoritas imposuit, *Diocletiano* AVRELII nomen tribuit in *comm.* in Eutrop. lib. IX.

*Pag.*200. *num.*117. Corsinio de *Præf. urb.* pag. 191.

Et p. 197. 198. Ad hunc Ti. Fabium Titianum, cum Feliciano consulem A. C. 337. pertinet hæc Panvinii inscriptio

FABIO TITIANO V. C.
CORRECTORI FLAMINIAE
ET PICEN. CONSVLARI
SICILIAE. PRO. CONSVLI
PROVINCIAE ASIAE
IVDICI SACRARVM COG
NITIONVM. COMITI PRIMI
ORDINIS CONSVLI ORDI
NARIO PREF. VRBIS
PEREGRINVS
SERVVS DOMINO
PRESTANTISSIMO

Quædam aliæ editæ fuere a Reinesio & Grutero. V. etiam *cod. Theod.* L. III. t. 1. l. 2.

*Pag.*207. col. 2. *lin.*6.

De duobus Geminis coss. mentio est etiam in lapide Q. Cætronii apud Gruterum p. 535.

*Pag.*210. col.1. *lin.*12. pro AELPHVS, idest *Philadelphus*

*Pag.*812. col. *in.*7. *assertion e cogor*, eo magis quod in consulatibus signandis, Patrem, Tribumque enunciare, insolens omnino fuerit.

Ibid. col. 2. *lin.*14 *uti tradunt Historici.*

Quamobrem P. SVILLIVM RVFVM, inter incertæ ætatis consules recensendum existimo.

Ibid. lin. 29. *Binæ exstant*

Non apud Gruterum, sed inter Reinesii lapides, ut innui tom. 3. num. 1179.

Pag. 221. *num.* 130. PATRI RELIGIOSO.

Hoc quidem Ἐπίθετον, pluribus accomodatur. Heic virum *probum* significat. Sic Cicero homines innocentes, justos, integrosque, *Religiosos* vocavit.

Pag.

*Pag.*230. *num.*139. *collocandum misit*. Pro misso dederam, quod mittere pollicitus est. Ipse vero, saxum adhuc expecto a quo die illud excripsi.

TOM. II.

IN Præloq. p. 3. l. 19. divisa collocari jussit. Quapropter ea in indicibus signare) uti me facturum promiseram) nullius commoditatis Lectori futurum reor.

*Pag.*6. *in not.* col. 5. *Innocuus Aper*.

Simili ferme ratione, qua Virgilius *Georg.* lib. III. cecinit.

Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius ævi

Notandum quoque illud *juvenile figuram*; neutrum scilicet genus pro fœminino, quod antiquum est, atque inusitatum.

*Pag.*8. col. 2. *Orcivia*.

Idem ac Orcinia, vid. Tom. 3. p. 10. col. 2.

*Pag.*26. *in not.* col. 2. *lin.* 1. EX ITAL IVL. DERTONA.

Sic nominatur etiam in C. Vibii Mariani tumulo, V ab urbe lapide sito, quem vulgus *Neronis sepulturam*, & dicit, & credit.

*Pag.*85. col. 2. *lin.* 24. divini illi honores decreti fuere.

Athenienses, primi, inquit Justinus lib. II. cap. 6. *lanificii usum docuere*.

*Pag.*92. col. 2. lin. 17. domus Augusti C. IVLIO EROTI

Cl. Gorius in Inscript. Etrur. Tom. II. pag. 145. *Recognosci non potuit*, ait, *an in primo, vel in secundo versu mendum irrepserit*. Verum nec in primo, nec in secundo irrepsisse mendum, ipse integer, perfectusque omnino lapis testatur. Libertorum *liberti libertæque* non semel e saxis erumpunt, ut diximus Tom. II. p. 43. Ita Libertos nomina Heroum & Cæsarum aliquando sibi adscivisse compertum est. In nostris cap. 6. N. 196. habemus Augustum Valentinum *Immunem*, & cap. VIII. num. 911. C. Julium Felicem *libertum*. Quid si & heic legatur C. *Julius Eros*, libertus *Augusti* liberti? Sanè in nostris loc. cit. legitur C. IVLIVS *Felix*, libertus *Cæsaris* liberti, & ap. Gruterum p. 888. M. Augustus Hypatus, quem libertum fuisse, vel servum autumo.

*Pag.*93. col. 1. *l.* 18. de *Candidariis nemo*

Voverius in not. ad Min. Felicem *Scriblitarios* etiam Pistores ex Afranio nominat.

*Pag.*94. col. 1. *lin.* 36. *Ponitur ara Jovi*

De hac ara videndus Bened. Averanius Diss. x. *in Anth.* N. XXXII.

——— col. 2. lin. 23. *officia præstare* dicebatur. Hæc Didoni animam agenti præstare parata est apud Virgilium lib. 4. Anna soror

——————— *date vulnera lymphis*
Abluam, & extremus, si quis super halitus errat,
Ore legam.

Hæc se Filio præstare nequivisse conqueritur Euriali Mater apud eumdem lib. IX. 485.

Heu terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusque jaces; nec te tua funera Mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi
Veste tegens.

Quandoque *supremum* præstare *munus* dicebatur, ut ex lapide ab Achille Statio *comment. in Catullo* relato.

C . IVL . FABIAN
ANN . XIX.
FABIA PAVLA
AMITA
MVNVS
SVPREMVM

i. e. C. Julio Fabiano &c. *munus supremum præstitit*. Ceterum hæc φράσις est aureæ latinitatis, eaque sæpe usus Cornelius Nepos. In Miltiade: *Atheniensibus officia præstabat*. De Attico: *amicis urbana officia præstat*, & paulo post de eodem: *Fulviæ tanta diligentia officium suum præstitit, ut &c.*

——— *lin.* 33. inscriptionis litt.

Legatur inscriptionis litt. E, F, T constanter sic signari E. F. T

*Pag.*107. col. 2. lin. 21. *Bajulivus*.

Nutritores etiam *lactaneos*, duo nominant marmora in vinea Cœlimontana Marchionis Casalii adhuc extantia, quorum unum accipe

Q LICINIO
Q . FIL.
FLORO
OCTAVIANO

EQ.

EQ. ROM.
AVRELIA
SOTERIS
ET MVSSIVS
CHRYSONICVS
LACTANEI

*Pag.*119. col.1. *lin.*14. Domitiani

Paridem hiſtrionem interemit Nero apud Svetonium cap.55. ſed heic de Paride miniſtratore, Domitiæ adultero agi opinor.

—— *ibi* col.2. *lin.*30. ALEXANDRIAE

Cl. Gorius τὸ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ, in quodam lapide Græcolatino, defunctæ puellæ patriam deſignare cenſuit. At non video quid obſtet, ne ejuſdem defunctæ nomen fuiſſe credatur, ut in noſtris *Num.*285., & 969. Fœminas ab urbibus, oppidiſve ſumpſiſſe quandoque nomen, probavimus *loc. cit.*

*Pag.*127. *N.*302. T. FLAVIVS NARCISSVS.

Ad famoſum illum Claudii libertum fortaſſis hic lapis ſpectat, de quo Svetonius in *Claud.* cap.28. *Libertorum*, inquit, *præcipue ſuſpexit Poſiden ſpadonem* &c. *ſed ante omnes* NARCISSVM *ab epiſtolis*. Adi Tacitum *Annal.* lib.XI., & Juvenalem ſat.XIV. Si me mea conjectura non fallit, ex hoc lapide diſcimus illum appellatum fuiſſe T. FLAVIVM NARCISSVM quod ab Hiſtoricis reticetur, ac tunc nomina haberentur ejuſdem Uxoris, & Filiæ, de quibus nemo meminerat. Verum ſatis exploratum eſt libertorum prænomina, atque cognomina conſtanter a Dione, Tacito, Plutarco, Svetonio, ceteriſque hiſtoricis ſupprimi. Dum hæc ſcriberem, æneum ſigillum nuperrimè inventum, NARCISSI Claudii Imp. liberti nomen præferens, mihi ſpectandum attulit Julius Candiottus



NARCISSI . TI
CLADI PROCY

Cernis heic Y, pro V, ut in lapide a Lupio edito in *epit.* Severiano p.56. ubi

AGATOPI ♡ IN P:::
QVI YIXIT. ANNI:::

Votivum hoc eſſe ſigillum autumabant litteratiſſimi quidam viri, qui ſigilla Diis quandoque oblata fuiſſe affirmabant, provocabantque ad illud Dalenii ſaxum Diſſ.IX. p.787.

MATRI AVG
CONSERVATORI
CORPORIS SVI
MERCVRIALIS AVG
N. V. EX IVSSV
NVMINIS IPSIVS
SIGILLVM MARMOREVM
POSVIT

At heic non de ſigillo ſignatorio agitur; ſed de ſimulacro lapideo. Sigilla enim, auctore Salmaſio, ad *Trebell. Poll.* ſunt ζώδια, hoc eſt figuræ *vel hominum*, *vel beſtiarum*, *auro*, *vel purpura expreſſæ*. Adi Macrobium *Saturn.* lib.1. cap.IX.

*Pag.*137. col.1. *lin.*19. *Monetis*, *Thermis* &c.

Hinc in numis præſertim Domitiani, Adriani, Sept. Severi, Caracallæ, Getæ, atque Gallieni, mulier ſtans, dextra ſtateram, ſiniſtra cornucopiam geſtans cum epigraphe MONETA AVG. S. C. ET MONETA AVGG. S. C. cui cudendæ ſervi iſti *de moneta* nuncupati præerant.

*Pag.*146. col.2. *lin.*11. perſpicuè enunciat

Hujuſce auctoritati ſuffragatur ſequens epitaphium

ANTONIA. CHARIESSA
IMMVNIS. SIBI. ET
M. ANTONIO MYRTILO
CONTVBERNALI SVO
ET. M. ANTONIO
BOETHO

legebatur hoc olim in ædibus Maximorum; nunc vero in ædibus Patritiorum extat.

*Pag.*148. In tabula Antiatina.

Antiatini monumenti paginæ, cui apponendus erat *Num.* 148. perperam appoſitus eſt numerus 162. Sphalma, a librariis in digerendo Volum. II. emendetur.

*Pag.*162. *num.*357. AQVILONI

Sic minus recte meus exſcripſerat Amanuenſis, cujus opera uſus ſum aliquando, cum febri laborarem: omiſit ſcilicet haſtas in poſtrema littera, ita ut efficeretur I pro K

Erro-

Errorem ocalariter agnovi, emendavique in ſecundo ejuſdem marmoris exemplari. Sed cum ad explicandam inſcriptionem aggrederer, mihi *primum*, ideſt *erroneum* illud in manum venit, quod *ſecundum*, nempe emendatum cenſebam. Hac igitur Ω' *μονυμιας* hallucinatus, *ſic* inſcriptum eſſe in Muſeo marmor affirmavi. Legatur ergo AQVILO NK. *Aquilo* NIGER KAESIVS, (uti legendum eſſe innueram p.166. col.1. lin.2. & ſeq.) ipſe vero grates refero oculatiſſimo, humaniſſimoque comite Ludovico Bianconio, cujus monitu mendum nunc heic corrigo.

*Pag.*165. col.1. *lin.*20. IN FACTIONE VENETA.

Ita M. Aurelius Mollicius, & M. Aurelius apud Reineſium VICERVNT, ille PALMAS N. CXXXIII. SIC. IN RVSSEO. LXXXIX. IN PRASINO XXXII. IN VENETO. N. V. IN ALBO. N. VII. PRAEMIA XXX. Iſte PALMAS NVMERO. DCCXXXIX. SIC. IN RVSSEO N.DCLV. IN PRASINO LV. IN VENETO XIII. IN ALBO N. XVIII PRAEMIA N. XI. OCTOIVG. N. VIII. DEC. VIII. SEIVG. N. III.

*Pag.*166. col.2. lin.16. *celebrat tabula Muratoriana*.

Celebrant quoque Juvenalis, & Martialis. Satyricus nempe *ſat.* 8.

Sed venale pecus Corithæ poſteritas, &
Hirpini, ſi rara jugo victoria ſedit.

Epigrammaticus lib. III. 63.


Hirpini veteres, qui bene novit avos.

Lipſius ad hunc locum: *equum*, ait, *hic intelligit, in circo nobilem, & multarum palmarum*. Cent. *ſing.* ep.26.

*Pag.*178. *num.*390. D. FILIO. PAL

De tribu *Palatina* vide Tom. III. pag.11. col. 2.

*Pag.*191. Num.405. ſepulcra, defunctorum imaginibus ornata; innumera viſuntur. Placet tamen heic tabulam non ante editam, defuncti effigiem præferentem exhibere. Extabat hæc olim in quadam oppidi Occimiani eccleſia, ubi jamdiu pro menſa Aræ maximæ poſita fuerat. Hujuſce exemplar nuperrime miſit clariſſimus Caſalenſis cathedralis canonicus, Ignatius de Joanne amiciſſimus meus.



Verum exploratiſsimum eſt Defunctorum imagines a veteribus, non in ſarcophagis tantum fuiſſe collocatas, ſed modo domi in tablino, ſeu pinacotheca, quæ vel locus erat atrio proximus, ut docet Feſtus, vel ipſius atrii pars, teſte Vitruvio; modo in celeberrimo urbis loco, puta in Foro, immo aliquando in ſacrariis, in templis &c. Adi Plinium lib. II. *epiſt.* VII. Svetonium *in Aug.* Tacitum *Annal.* III. 64.

Pag. 195. col. 1. *lin.*4. dF ideſt *benemerenti*.

Littera E loco F. non ſemel reperitur in ſaxis, in quibus EVEIVS, EECIT, EELICITAS; pro *Fufius*, *fecit*, *felicitas*. Aſt F pro E heic primum occurrit, inſcitiæ forſan quadratarii tribuendum, qui in eodem verbo perperam pariter inſculpſit d pro B.

*Pag.*198. col.1. *lin.*5. *Ex tribu Quirina.*

In lapide græco apud Reineſium claſſ. v.

num. 7. & apud Sponium *sect.* x. num. 128.

Λ . Κ·. .·. ΚΙΟΣ
ΚΥΡ . ΠΡΟΥΔΗΝΣ
ΙΠΠΕ.ΤΣ . ΡΩΜ

Lucius Castricius Cyrina (Quirina) tribu Prudens eques Romanus.

Pag. 194. Num. 408. VIXIT ANNIS. pro ANNOS; quod tamen non in epitaphiis tantum, sed etiam in Plinii epistolis legitur lib. VIII. 13. ubi *Macrinus vixit cum uxore triginta novem annis*.

Pag. 199. *num.* 416. RVFINIANA

Male Boldettus tom. II. pag. 439. exscripsit RVFINIANVS. Quomodo enim *Rufinianus*, FVRIVM ATTICVM, conjugem appellasset? bene autem siglas D. M. apposuit, quas ego in meo exemplari, a typographis omissas sero adverti.

Pag. 203. Num. 447. CASTOREA SVB IMAGINE GENERAVIT.

Genethliacorum vanitatem damnant, ridentque innumeri, ut ita dicam, auctores, qui a Lindebrogio accuratissime recensentur in *not.* ad Censorin. de D. N. cap. 13. Magis utique risissent, si perlegissent opusculum, cui titulus: *Fortuna*, seu *Methodus adhuc nemini cognita erigendæ figuræ cœlestis in conceptione*. Lugd. 1679. Hinc recte in epitaphio Taurinensi

CREDITE MORTALES ASTRO NATO
NIHIL EST SPERABILE DATVM

Monumenta tamen, nati pueri horoscopum inspectantem fœminam repræsentantia, nonnulla in museis cernuntur. Conf. Bellorii *Admir.* Th. Bartholin. *de puerp. vet.* p. 51. 52. 53. aliosque.

Pag. 204. col. 2. *lin.* 14. Adde *sine crimine*. Macrinus, teste Plinio lib. VIII. ep. 5. *vixit cum uxore triginta novem annis sine jurgio, sine offensa*. Immerito ergo Socrates, *uxorem viri naufragium esse*, dictitavit.

Pag. 205. col. 1. *lin.* 27., *ut quidam sunt interpretati*.

Non enim defunctum, sed viventem virum, marmor enunciat.

Pag. 215. col. 2. lin. ult. *Simillima cycno*.

Apud Muratorium p. 229. 8. *Julianus* &c. DE SVA MEDIOCRITATE *testamento fieri ponique jussit*.

Pag. 217. *Num.* 489. SERVILIAE ACTE VIXIT. *annos* L.

Pag. 220. col. 2. *lin.* 31. *uxorem* de *legat.* 3.

Sic in Hispanico lapide apud Achillem Statium *Comment.* in Catull. epigr. 102.

VIRIAE
PRIMITIVAE
VIX . ANN . XVIII
MENS . I . DIE . XXIV
L . VERIVS HELIVS
CONIVGI DVLCIS
HAVE DOMINA VALE DOMINA

Hinc Muretus ibid. ep. 62. *Dominas vocabant, quæ conveniebant in manum*; idest *Matresfamilias*.

Pag. 227. col. 1. *lin.* 13. Qua fronte sese puellam appellaret. Perlege, quæso, notas ad inscript. *num.* 1264. pag. 168. tom. III. col. 1. *lin.* 1. & seq.

Pag. 229. *num.* 512. col. 1. *lin.* 2. *Metacismus* seu potius metathesis: vitium Romanæ plebis, quæ etiamnum *crapa*, *crapetto*, *frebe*, *Strapontina*, *Ternità*, assidue pronunciat.

—— col. 2 lin. 22. nusquam reperitur.

Porro, *signum* pro *cognomine*, etiam Christiani dixerunt: ita in lapidibus ab eruditissimo Clemente Blasio Mon. Camaldulense vulgatis, legitur N. XX. *Aur. Secundinæ* SIGNO SIRICA, & N. XXI. *Bitaliano* SIGNO CEPVLA.

TOM. III.

Pag. 4. col. 1. lin. 32. a Fabretto editus.

Athenienses, teste Suida, virginitatem honorandi causa, in sepulcra illorum qui cœlibes decesserant, vas quoddam statui decreverunt, aqua repletum, hausta ex fonte, cui nomen fecerat Callirrohe virgo Attica. Vid. Petitum de *Leg. Attic.* p. 496.

Pag. 7. col. 1. *lin.* 42. AEDIFICAVIT.

De *Cupa* vide Salmasii notas ad Capitolini verba in *Maxim.* cap. 20. *Ponte itaque cupis facto*, & notas Casauboni ad illa Vopisci *in Aureliano*: *facta erat ratio dogæ, cuparum, navium, & operum*.

Pag. 9. col. 2. *lin.* 6. Hactenus Gorius

Apud Fabrettum cap. IV. pag. 287.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ ΤΟΔΕ
CΗΜΑ ΦΙΛΩΙ

& in

& in lapide Barberiniano apud Muratorium p.2075. CHMA ΦΙΛΟΙC : *sepulcrum amicis.*

—— *lin.*13. *Columnas inscriptas* vertere debuissent.

Immo vero *Cippos*.

*Pag.*10. col.2. *lin.*17. ORCIVIA.

Anthidis nomen, derivatum, ut puto ab *Orcinia*, sive *Orciniana sponda*, de qua Martialis. Vide, si quid refert, quæ de hac voce diximus Tom. II. pag. 8. col. 2. Sane in Nævii epitaphio apud Gellium, ORCINVS est *Plutonis domus*.

*Pag.*11. col.2. *lin.*15. *collocare concessit*.

Athenis sæpe, servis fidelitate præstantibus, propriam Patroni sepulturam communicabant. *Æquitatis autem*, ait Amasæus ex Pausania lib.1. *plenissimum illud plebiscitum fuit, quo publicæ sepulturæ honor est cum servis communicatus, eorumque nomina columnis incisa sunt, quod fideliter, & strenue Dominis in prælio operam suam navassent*.

*Pag.*12. *num.* 258. ITER

Ficoronius, quem secutus est Bonada, perperam huic voci affixit græcum Π, ita ut in utriusque exemplari legatur propositio *per*, pro *iter*.

*Pag.*13. col.1. *lin.*6. VAL.

Fortasse V. A. L. *vixit annos quinquaginta*:

*Pag.*14. col.1. *lin.*12. *Veteres* &c.

Veteres primum *Athenacora* cum C; postmodum cum G. scripserunt. Hujusmodi migrationis author fuit Sp. Carvilius, qui post bellum Punicum elementum omnium primus in Latium invexit, uti advertit doctissimus Alexius Mazochius *in Tab. Heracl.* P.II. pag. 550.

*Pag.*16. col.2. *lin.* 10. idest dies Solis.

Ejusdem scripturæ exemplum habetur apud Boldettum lib. 11. cap.6. p.401.

*Pag.*17. col.2. *lin.*2. *non assequor*.

Sanè Cellarium minime latebat ingens illud Claudianum marmor, quod etiamnum in Barberinianis ædibus adservatur, in quo semipedalibus, nitidissimisque characteribus sculptum legimus *Ti. Claudio* CÆS. *Aug.* &c.

—— Ibid. *Num.* 544. PHRONTIS.

Nomen etiam fuit viri a Polygnoto picti in Apollinis Delphici templo, ut refert Pausanias lib. x.

*Pag.*23. col.2. lin.3. videbis cap. VIII.

In Museo Kircheriano

TII LAPIS OBTESTOR LIIVITIIR SVPIIR
OSSA RIISIDAS

Pag. 26. col. 2. *lin.* 6. PONERE DEBVERAS.

Elegantissime in marmore quodam Spalatensi, a cl. Ab. Zaccaria inter Salonitana edito.

Quod si longa magis nexissent stamina parcæ
Æquius iste lapis patris super ossibus esset.

—— *Ibid.* lin. 22. *Excipiam in me priores, priores*.

S. Aug. Serm. 110. *Aure audivimus*, inquit, *optantem Matrem ante se finire istam vitam filios suos, longe contrariis votis consuetudini humanæ. Omnes enim filios suos ex hac vita migrando præcedere volunt, non sequi*. Hactenus Hipponensis Antistes, cujus tamen sententiæ adversantia, non pauca afferri possent exempla.

*Pag.*28. col.2. *lin.*3. *vixit annos* CV.

Nonagenarios Senecæ ætate perraros fuisse, apertissime colligitur ex ejusdem Philosophi *Epist.* LXXVII. ubi hæc: *Si ad naturam rerum respexeris, etiam Statiliæ vita brevis est, quæ inscribi monumento suo jussit annos se nonaginta novem vixisse. Vides aviculam gloriari senectute longa: quis illam ferre potuisset si contigisset centesimum implere?*

*Pag.*42. *lin.*38. *ubi Asterius*: HIC CVBAT.

Item apud Marangonium „delle cose Gentilesche „ cap.82. pag.462., qui repertum in Calixti cœmeterio christianum lapidem edidit, in quo SIMPLICIANA IN PERPETVVM RECVBAT.

*Pag.*45. *num.*667. STAPHYLVS.

Ejusdem nominis, rerum Thessalicarum, Æolicarum, & Atticarum scriptor, memoratur in scholiis Apollonii Rhodii *Argon*. lib.I. & apud Arpocrationem, Sex. Empiricum, Athenæum, Plinium.

Pag. 63. col.2. l.31. *facere consuetudinem stupri*.

Citandus potius erat Catullus, penes quem hæc leguntur Epigr. CXI.

Aufilena bonæ semper laudantur amicæ,
Accipiunt pretium, quæ facere instituunt.
. . . .

Aut

Aut facere ingenue est, aut non promisse pudicæ.

Aufilena fuit.

item Ovidius scribens

Quæ, quia non licuit, non facit, illa facit.

In istis quidem versibus, τὸ *facere*, obscœnum omnino sensum profert. At vide (si quid refert) Jani Douzæ *Præcid.* pro Q.Val. Catullo, Mureti *comment. in eumd.* Adi præter istos Kirchmannum &c.

*Pag.*67. col: 1. lin. 4. PARTHENOPEO. Parthenopei nomen filio suo imposuit Atalanta, quia, inquit commentator Statii *Theb.* IV. *eum diu sub virginitate celaverat.*

*Pag.*73. col.2. *lin.*5. *in Parente.*

Notarum inventores plures fuere, *Ennius* junior quem laudat Svetonius de *ill. Grammat.* I. *Tiro*, seu potius Cicero: *Persannus*, & *Philargius* apud Isidorum: *Mæcenas*, & *Aquila* ejusdem libertus, teste Dione. Seneca demum, aucto numero notarum, opus in quinque millia effecit. Tironis, & Senecæ notas typis consignavit Gruterus T. II. At cum ex illis obscuritas oriretur, Justinianus vetuit, ne quis eas amplius in scriptis publicis adhiberet.

*Pag.*78. col.2.

Quoties mulieres reperimus, tria præferentes nomina, eorum primum, prænomen esse mea fert opinio. Quale enim est *prænomen*? Illud quidem, quod nomen præcedit; nomen inquam, cui succedit *cognomen*. GAVINIA igitur *prænomen* erit: VALERIA nomen: SCOLASTICA prænomen. Attamen, si *Gavinia*, *Trebonia*, *Sallustia*, *Alcumia*, & similia, prænomina fuisse fœminarum quis inficiatur, habeat loc. cit. PVBLIAM *Luciam*, TI *Æmiliam Priscam*. In nostris *num.* 540. T. *Eupliam*, & apud Gruterum A.*Æmiliam Priscam*, CN.*Coccejam Irenem*, L.*Domitiam Claram*, aliaque nomina, quæ interdum virorum fuisse prænomina, ex monumentis perspicuum est. Ipse profecto, ut eos non plane absolvo, qui singulis fere fœminis prænomina indiscriminatim adsignant, ita neque iis assentior, qui singulas caruisse prænomine contendunt.

*Pag.*80. *num.*843. DIE SATV:::

Ad Saturninam gentem sepulcrum spectans indicare, hunc lapidem censeo; immo ad aliquem ex hac gente mortuum *die Saturni* FL. ARCADIO AVG. consule, qui sexies consulares suscepit fasces, ann. scil. Ch. 385. 392. 394. 496. 402., & 406. Verumtamen in conjectura hæreo.

*Pag.*87.col.1. *lin.*4. FL.ARISTVS. V.C.

In saxo Salonitano p. XXXI. 83.

SEIO DALME HO
MINI BONO QVI
INCENDIO PRES
SVS EST AVRELIA
VICTORINA VXOR

Ex conjunctione vocum *Homo*, & *bonus*, *Homobonum* emersisse arbitror, exindeque sanctum illum *Homobonum* qui sartor fuit, & non latro: idem dicas velim de *Deodato*, *Bonifacio*, *Homodeo*, *Othobono*, aliisque nominibus.

*Pag.*93. col.2. *lin.*4. Plinio *aranei* species

Pyrallidis prostitutæ fœminæ, quam Caligula in deliciis habuit, meminit Svetonius cap.36. OPTIMAM vero, & SANCTAM ejusdem nominis mulierem commendat ARTEMISIVS LIB. apud Gruterum p.939.

*Pag.*96. col. 1. *num.*948. ARAM POSVIT. *Ara* pro cippo *cinerario*.

*Pag.*101. *num.*983. col.1. *testamentum haud perficere potuit*: τὸ SIGNIFICABO vox est testamentaria. *Si auditus capaces sint*, inquit Calvinus, *vel interrogati non possint* significare *velle se periculo suo hæreditatem adire*. Qui suam enim voluntatem verbis aperire nequibat, eam, ut poterat, nutabat; *signis* nimirum adstantibus communicabat.

*Pag.*114. *num.*1161. COZMVS.

Consule Alciatum *in Parerg.* lib.4. cap.14. ubi de littera Z pronunciatione agit, & Eustath. ad *Iliad.* p.164., qui ostendit antiquos Græcos in multis vocabulis Z pro Σ adhibuisse

*Pag.*116. col.1. *lin.*20. scripsit.

Apud Justinum lib. XXXVIII. cap. V. *Chrestum* Bithyniæ regem reperimus, qui diu, ante CHRISTVM natum, floruit.

*Pag.*117. col. 2. *lin.*9. Figulorum artem: *adde* quam *Cretariam* interdum denominatam conjicio ex saxo Gruteri p.641. in quo

ARTIS CRETAR. DEF
QVI VIXIT. ANN. XXX

*Pag.*118. col.1. *lin.*10. lege: *testati sunt historici*, *Plinius*, *Plutarcus*, *atq. Aur. Victor*.

——— col.2. *lin.*29. OP. DOL. *opus doliare*

Eru-

Eruditiſſimus *Cardonius Monachus Baſilianus* laterem edidit, in quo legitur OPVS SERVILE Vid. ejuſd. diſſert. *de Tuſcul.* M. T.Cic. *num.* 27.

*Pag.*142. col.1. *lin.*3. fuiſse D C. advertit.

Extat & Arabica quædam ſepulcralis inſcriptio a Pomp. Sarnellio edita, in qua hæc (Longvervæo interprete) leguntur

HOC SEPVLCRVM EST
BAZAINABI FILII ABDELMALVDI
OBIIT XXI MENSIS SCHABAN
DIE SOLIS ANNI DLXXVI

Vid. *Antich. di Pozzuolo* cap. v.

*Pag.*146. col.1. *lin.*25. *conjicimus*.

Conſului etiam (ſed fruſtra) Rutilium Numantianum in *Itiner.* & Jo. Petrum March. Locatellium olim Capitol. muſei curatorem in eruditiſſima de portu Oſtienſi diſſertatione

*Pag.*149. col.2. *lin.*23. Ch.384.

Hic fortaſſe eſt ille Ricomerus, ad quem data eſt Libanii *epiſt.*82.

*Pag.*153. col.1. *lin.*29. omnino Chriſtiana. Sedulius carm. lib.v. de corpore Chriſti

Ergo ubi depoſiti theſaurum corporis amplum,
Nobilis accepit Domino locus ille jacente.

*Pag.*157. col.1. *lin.*44. *concurrere*

Cornelius denique Nepos, aurei ſeculi ſcriptor egregius, in Ageſilai vita dixit: *cum animadverteret Deorum numen facere ſecum*; ad quem locum Lambinus, *nimirum*, ait, *ſe adjuvare*.

*Pag.*160. col.2. *lin.*43. *quem celebraverat conſulatum*.

Scio Almelovenium, & Muratorium bis Eurharico conſulatum tribuiſſe; ideſt Ann. Ch.510. cum Boetio, & iterum ann. Ch. 119. cum Juſtino Imp. At primo, Boetium in conſulatu quem iniit ann. Ch. 510., conlegam non habuiſſe, conſtat ex Caſſiodorio, Petavio, & Anglicanis R. H. ſcriptoribus. Secundo, Fl. Eutharicum Cillicam hanc dignitatem ſemel tantum obtinuiſſe, ex laudatis Faſtographis, quibus ſociandus Panvinius, planè colligitur. Auctoritatem autem IGNOTI a Valeſio editi (qui Theodoricum, Eutharico, *viro nimis aſpero*, *contraque Catholicam fidem inimico*, conſulatum tradidiſſe aſſerit) cum penitus contempſerint Faſtorum reſtitutores omnes, ita non magni faciendam arbitror. Boetius igitur, aut conlegam in ſecundo conſulatu non habuit, aut a noſtro diverſum.

*Pag.*162.*n.* 1253.*l.*7. BENEQVENTI.

Nec ethnicum *Erculii* nomen, a Chriſtiano viro aſſumptum, mihi novum. Superius enim *num.*1252. FORTVNA legitur; & in variorum collectaneis, VENVS, HERCVLIA, APHRODITE, MARS, AMMON, BACCHVS, CASTOR, POLLVX, ut opportune advertit laudatus alias diſertiſſimuſque Cajetanus Migliore. *Comment. in mut. Neophit. tit.* §. IX. Apud Larinates extare templum in S. *Veneris* honorem excitatum, refert cl. Jo. Andreas Tria *Mem. di Larino* pag. 353. IOHANNI demum PP. II. ann. Ch.532. *Mercurii* nomen fuiſſe teſtatur ſaxum in templo S. Petri *in vinculis* parieti affixum. Nec mirum: Chriſtianos enim, nomen quod cum adhuc ethnicam profiterentur ſuperſtitionem prætulerant, ſæpiſſime retinuiſſe, pro certo habeo.

Ibidem col.2. not. ad annos 1254. Verba hæc VIII. KALIV. *octavo kalendas Julias*, ideſt die 24. *Junii*, reſtituenda ſunt adnotationi *num.*1252. Quæ ſequuntur, nempe *uſum ſcribendi* Є pro E &c. ad *Num.*1254. pertinent: itaque in textu ſub eodem *num.* imprimendum erat MARCELLINVS.

*Pag.*164. col.2. *lin.*28. haud mihi inveriſimile videtur.

Revera foſſores (quorum collegii Conſtantinus M. auctor fuit), laici erant non clerici, ut colligitur ex *Nov.*59. *Nov.*43. *Leon. Nov.*12. lin.18. C. *de ſacr. Eccleſ.* In militia quoque fuere Foſſores, nominanturque a Statio Theb. lib. II. ubi

——— *ceu ſepta novus jam mœnia laxet*
Foſſor, & hoſtiles inimicent claſſica turmas.

Hi cuniculos faciebant, ut per eos introgreſſi, milites murorum fundamenta facilius deſtruerent.

*Pag.*165. col.1. *lin.*15. ſolviſſe narratur

Lapidis fragmentum ad Foſſores iſtos ſpectantis vulgavit cl. Jacobus Durandius (*delle antiche Città* &c.) pag.13. ſic

CRESTIANIS FOSSORIBVS
ADREFRIGERIVM XC IN PERP

*Pag.*167. col.2. *lin.*12. *vigor integer.*

Adverte tamen voces *integri*, *integer*, *integrum*, in lapidibus ſepulcralibus quandoque ſignificare defunctorum corpora *integra*, ideſt *non exuſta*, fuiſse condita, uti patet ex quodam ſaxo apud Lupium p. 154.

Ita apud Boldettum lib.1. cap.18. p.73. 74. in duobus ſaxis legitur CORPVS INTEGRVM CONDITVM SARCOPHAGO. Caſtos etiam pueros, caſtaſque puellas, *integros*, *integraſque* dictas adnotavi apud Catullum epigr. xxxv. ubi

> *Dianæ ſumus in fide*
> *Puellæ, & pueri integri:*
> *Dianam Pueri integri,*
> *Puellæque canamus.*

*Pag.*168. col.1. *lin.*15. *Scriptores*

Deſponſata tantum fuit Aureliano, T. Aurelii cos. F. a quo tamquam Chriſtiana eſt accuſata.

*Pag.*174. col.1. *lin.*22. *Non mortua, ſed data ſomno.*

Sic etiam recentiore ætate Card. Bern. Scotus NON . MORTVVS . EST . SED DORMIT in Baſilica S. Paulli; celeberrimuſque Card. Rodulphus Pius Carpenſis QVI DORMIT (in templo SSmæ Trinitatis in monte Pincio) IN.TERRAE.PVLVERE. EVIGILABIT e marmoreo ſepulcro, in quo a PIO PP. V. conditus eſt.

*Pag.*181. col.1. *lin.*42. juxta vias publicas.

Et in littoribus ſæpe extructa fuiſse ſepulcra aſserit Claudius Guichardus lib. II. cap. 5. Quoniam vero de diverſis ſepulturarum extra urbem locis occurrit ſermo, decet me heic retractare quod in opuſc. *de Rom. funer.* leviter aſserui; campum ſcilicet Martis intra pomœrium, ut hodie, extitiſse.

*Pag.*200. col.1. *lin.*18. cantus audirent.

Multis enim incitamentum amoris eſse canendi peritiam, innuit Menander in *Theſaur.* ubi


Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐς ἔρωτος μουσική.

*Pag.*205. col.2. *lin.*16. *de Stephanoph. Græc.* adde: Diſs. v. ubi de artificibus ſcenicis: ſeu Τεχνίταις etiam loquitur.

*Pag.*224. col.2. *lin.* 35. adde

Sane, Julianum apoſtatam *ſacrorum Regis* titulum uſurpaſſe teſtatur Alb. Phil. Hoiermannius Cap. I. §. 1. p. 9.

Priuſquam finem faciamus, animadvertendum eſt, puncta, in omnibus fere noſtrarum inſcriptionum autographis, in medio conſiſtere, hoc ſcilicet pacto
IMP·CAESARI·T·AELIO·HADRIANO
non ad calcem elementorum, uti
IMP. CAESARI. T. AELIO. HADRIANO
Verum, licet aſſiduè iis ad quos ſpectabat inſiſterem, ut ea in medio apponerent, quemadmodum in MSS. appoſueram, ſaxum verberavi. Monitos denique lectores volo Inſcriptiones, quæ habentur ſub numeris 941. 980. 982. 1042. 1153. meam quippe præter intentionem bis fuiſse editas; quod ſane pleriſque collectoribus contigiſse, non ſemel notavimus.



TO-

TOTIUS INDICIS
HORUM TRIUM VOLUMINUM
CONSPECTUS.

CAP. I.

Dii.

II.

Deæ.

III.

Votiva, resque, formulæque sacræ.

Ali-

I V.

Miniftri facri.

V.

Augufti, Cæfares, Reges.

M. Au-

V I.

Augustæ.

VII.

Consules.

VIII.

Magistratus.

IX.

Militaria.

Veri.

X.

Provinciæ, Urbes, Oppida, Populi, &c. Viæ, Vici, aliæque Urbis partes.

Lepi-

XI.

Tribus .

XII.

Officia minora, officia domus Augustae & Artes .

XIII.

Funebria, & ſepulcralia in Epitaphiis Gentilium.

In inscriptionibus Christianorum.

XIV.

Grammaticalia, & Orthographica.

o par-

XV.

Siglæ .

XVI.

Eruditissimi antiquarum inscriptionum Collectores emendati .

Tom.

XVII.

Virorum nomina.

A

B

C

M. Ju-

L. Por-

Ta-

T

V

Vo-

XVIII.

Mulierum nomina.

A

Fe-

Mar-

Suc-

XIX.

Christiani .

XX.

Christianæ .

XXI.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM
DE QUIBUS IN NOTIS AGITUR.

Ca-

D

Diri

I

L

M

N

O

P

Por-

Tau-

V

X

Y

Z

ERRATA	*CORRIGE*
TOM. I. In Inſcriptionibus .	
Pag. 91. Num.51. CAΠAPIΔI	CAPAΠIΔI
176. Num. 95. AGOP	AGON
230. Num. 140. lin. 15. NOSDRVM	NOSTRVM
In Commentariis .	
39. col. 1. l.34. Dianiam	Dianam
62. col.1. l.27. ap. Reineſius	ap. Reineſium
63. col.2. l.ult. *cuntinetur* .	*continetur*
TOM. II. In Prœloquio ,	
1. l.27. intia	ingentia
In Inſcriptionibus ,	
57. Num.198. SISI	SIBI
132. N.318. l.3. CAESARIS	CAESERIS
196. ad Inſcript. N. 416.	adde D . M
204. N.448. SNE	SINE
206. N. 456. MERE	MERENTI
In Commentariis .	
2. col.28. Gruterus p.	Gruterus p. 274.
29. col.2. l.3. ex ædibus &c.	ex latomiis lapidariis Petri Valle lapicidæ,
72. col.2. l.15. in Inſcript.115.	in Inſcript. 151.
93. col.1. l.42. ſenis	Senis
100. col.2. l.9. Gregorius	Georgius
111. col.2. l.11. PRAGON	PRAECON
117. col.1. l.10. Θ	φ
136. col.2. l.2. Claudum	Cladum
201. col.1. l.29. illuſtrator ; plura	illuſtrator , plura
220. col.2. l.21. Sotor	Soror
228. col.1. notæ num.108.	510.
229. col.1. notæ num.507.	512.
TOM. III. In Inſcriptionibus ,	
24. Num.580. ETVROPVS	EVTROPVS
34. N.618. NETHE	METHE
41. N.643. CLBRAE	CLARAE
42. N.655. AGATHNPVS	AGATHOPVS
99. N.972. NARRCIS	NARCIS
In Commentariis .	
4. in fin. 122.	123.
7. col.2. l.11. in *Antiq.*	in *Antig.*
8. col.2. l.4. Lupud	Lupium
12. in fin. ITER	C. IVL
16. col.1. l.5. ΔIOKAHC	ΔIOKΛHC
25. col.1. l.15. ut diximus	ut mox dicendum p. 33.
39. col.2. l.17. od	ob
42. in fin. mavelis	maveris
ib. col.2. l.penult. ſciicet	ſcilicet
42. col.2. l.33. Hiſpanica	Hiſpanicа
43. col.1. l.18. Seeuci	Seleuci
44. col. 1. l.penult. pro A	pro E
ibid. Ter	Bis
50. col.1. l.5. arceſſat	arceſſit
52. col.2. l.1. cordium	corda
66. col.2. l.26. nuperrimè	inferius
69. col.1. l.15. num.873.	num. 876.
70. col.1. l.8. ſublaſtæ	ſubleſtæ
80. col.1. l.18. Patronos	Patronas
ib. l.8. GAIILIVS	CAIILIVS
ib. col.2. l.9. Theidi	Thaidi
87. col.2. l.18. HEBOIDI	HEROIDI
96. col.1. l.17. diptongo	Diphtongo
107. col.2. l.16. ATDRASTES	ATDRATSVS
137. col.2. l.31. confundentur	confuderentur
140. col.2. l.ult. fit	ſit
162. col.1. l.12. N. IIII.	N. III.
168. col.2. l.24. pejore	pejore , de quo
195. col.1. l.14. *dilapſi* .	*Adde* : ex verſione Gualtheri ; at vid. Vulgat.
200. col.2. l.12. verlit	vertit
ibid. l.23. ſepulcali	ſepulcrali
203. col.1. l.30. ordinis	ordini .
210. col.1. l.37. legore	lepore
ibid. l.17. Lectiſſimi	Latiſſimi
226. col.2. l.15. Marnis	Marchionis
238. Num.1367.	1366.
ibid. l.20. Antiquiſſimem	Antiquiſſimum